

# PATROLOGIÆ

## CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,  
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA INNOCENTII III (ANNO 1216) PRO LATINIS  
ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT.

### RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA  
ECCLESIE SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIUM OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIPUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADNOTATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA; DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET HERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATEAT, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERBUS, A PRIMO GENESIOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT. EDITIONE ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONDENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTINQUE INTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

### SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE GRÆCÆ  
A S. BARNABA AD BESSARIONEM

ACCURANTE J.-P. MIGNE

Bibliothecæ Cleri universæ

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

---

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXLII

---

NICEPH. BLEMIDA, GEORGIUS CYPRIUS, ATHANASIVS, CP. PATRIARCHÆ.

---

PARISIIS

APUD CARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,  
IN VIA DICTA : AVENUE DU MAINE, 189, OLIM CHAUSSÉE DU MAINE, 127.

1885

OCR ABK / FR





TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULA XIII-XVI. ANNI 1253-1320.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ,

ΤΟΥ ΒΛΕΜΜΙΔΟΥ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

N I C E P H O R I

B L E M M I D Æ

O P E R A O M N I A

*THEOLOGICA, EXEGETICA, LOGICA, PHYSICA*

*Partimjam edita, partim huc usque anecdota;*

PRÆMITTUNTUR

**GREGORII CYPRII, ATHANASII,**

**CPOLITANORUM PATRIARCHARUM,**

*SCRIPTA VARI ARGUMENTI, A BERNARDO MARIA DE RUBEIS ET ANSELMO  
BANDURIO DISSERTATIONIBUS AC NOTIS ILLUSTRATA.*

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE

**Bibliothecæ Cleri Universæ**

SIVE CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

---

TOMUS UNICUS.

---

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,  
IN VIA DICTA: AVENUE DU MAINE, 189, OLIM CHAUSSÉE DU MAINE, 127,

—  
1885

OCR ABK / FR

# TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULA XIII-XIV. ANNI 1255-1320.

## ELENCIUS

### AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXLII CONTINENTUR

#### GEORGIUS CYPRIUS CPOLITANUS PATRIARCHA

#### NOTITIA EX LEONE ALLATIO DE GEORGIIS

<i>Georgii Cyprii vita, ab ipso scripta, et ex cod. Leydensi a Bernardo de rubeis. Col.</i>	9
<i>Edita et notis illustrata; accedunt Dissertationes duæ historico dogmaticæ.</i>	17
<i>Index nominum et rerum præcipuarum quæ in Georgii Cyprii Vita, in Notis et in Dissertationibus continentur.</i>	221
<i>Anselmi Bandurii in Georgii Cyprii scripta apologetica Monitum.</i>	227
<i>Georgii Cyprii Expositio fidei contra Veccum. Accedit Joannis Chilæ, Ephesi metropolitæ, Epistola ad imperatorem.</i>	238
<i>Contra Marcum, ex Judæo Christianum.</i>	247
<i>Apologia pro tomo suo, pravæ doctrinæ suspecto.</i>	251
<i>Epistola ad Andronicum imp.</i>	267
<i>(Huc usque Georgii scripta ab Anselmo Bandurio edita.)</i>	
<i>De processione Spiritus sancti, ex Dosithei Τόμου ἀγάπης.</i>	269
<i>Laudatio S. Georgii martyris, ex cod. Vatic. in Aprili Bollandiano.</i>	299
<i>Encomium Michaelis Palæologi, « novi Constantini », ex Boissonadii Anecdotis, cum interpretatione nostra.</i>	345
<i>Encomium Andronici Palæologi, ex eodem ibidem.</i>	387
<i>Chria, id est oratoricæ amplificationis specimen.</i>	417
<i>Georgii Cyprii Epistolarum Index.</i>	421
<i>Epistola ad amicum (exstat col. 125).</i>	
<i>— ad Andronicum imp. (col. 267).</i>	
<i>Encomium maris, sive de universa aquæ natura, ex ed. Fed. Morelli.</i>	433
<i>Proverbiorum collectio, ad calcem Apostolii.</i>	445

#### ATHANASIUS CPOLITANUS PATRIARCHA

<i>Notitia ex Anselmi Bandurii Imperio orientali.</i>	471
<i>Ordo Epistolarum Athanasii ex codice Regio.</i>	Ibid.
<i>Epistolæ.</i>	479

#### NICEPHORUS BLEMMIDA

<i>Notitia ex Bibliotheca Fabricii ed. Harles.</i>	527
<i>(Cf. not. Editoris Patrologiæ de Nicephori scriptorum quorundam editione quam Harlesius ignoravit.)</i>	
<i>De processione Spiritus sancti orationes duæ, ex Leonis Allatii Græc. orthod.</i>	533
<i>Sermo ad monachos monasterii ab ipso exstructi, ex Dosithei Τόμου ἀγάπης.</i>	585
<i>Epistola encyclica de Marchesina, imp. Joan. Ducæ pellice, quam templo ejecerat Blemmida.</i>	605
<i>Oratio de regis officiis. Præmittitur editoris Romani Monitum.</i>	611
<i>Ejusdem orationis textus alter.</i>	657
<i>Epitome logica, Græce an. 1605 Augustæ Vindel., Latine 1607 ibid., a Joanne Wegelino edita.</i>	675
<i>Epitome physica, ex ejusdem editione.</i>	1005
<i>Expositio in Psalmos ex tribus codd. Gr. Paris. 150, 810 et Coislin. 102 nunc primum edita.</i>	1321

# GEORGIUS CYPRIUS

## CONSTANTINOPOLITANUS PATRIARCHA

### NOTITIA

(Leo Allat. *De Georgiis*, n. LXXIII, apud Fabric. ed. vet. tom. X, p. 805.)

Georgius Cyprius, postea Gregorius vocatus, ex diacono Ecclesiae Constantinopolitanæ patriarcha, quem modo Georgium, modo Gregorium Gregoras in Historia, et alii nuncupant. Pachymores lib. vii, de Arsenoitis: Ὁμολόγησεν δὲ τῶς τὸν Γρηγόριον πατριάρχην. Τοῦτο γὰρ ἦν ἐκείνου, καὶ τὸ ἐκ Γεωργίου μοναχικὸν ὄνομα. *Fatebantur eatenus Gregorium patriarcham; id namque erat illi nomen, quod a Gregorio, dum monachum induit, sibi sumpserat.* Primum pro Latinis una cum Vecco, Meliteniota, et Metochita sentit, Gregoras de Vecco lib. v: Καὶ λέγων, καὶ γράφων, καὶ δογματίζων, ἔχων συνεργούς, καὶ συλλήπτουρας τοῦ ἀγῶνος τὸν τε Μελιτηνιώτην, καὶ τὸν Μετοχίτην ἀρχidiaκόνους ὄντας τοῦ βασιλικῷ κλήρου, καὶ εἶτε Γεώργιον τὸν ἐκ Κύπρου. *Et dicendo, et scribendo, et dogmata statuendo; ejus certaminis adiutoribus Meliteniote, et Metochite imperatorii cleri archidiaconis, et insuper Georgio Cyprio.* Hoc etiam Latinorum iudicium Georgium indicat Pachymores lib. v: Τότε γοῦν καθισθέντων, τιμηθέντων δ' ἐπὶ καθέδρα καὶ ἀμφῶν τότεων ὡς συναγωνιζομένοι τῇ βασιλεῖ τοῦ τε ἀρχidiaκόνου Μελιτηνιώτου, καὶ τοῦ πρωτοποστολαρίου Κυπρίου, ὁ ῥήτωρ ὁ Ὀλόβωλος ἴστατο προσδουκῶν τὴν ἀπὸ βασιλείας ἐκχώρησιν. *Cum itaque sedissent, honoratiquæ essent cathedra hi ambo, inquam qui suffragarentur imperatori archidiaconus Meliteniota, et protopostolaris Cyprius, rhetor Olobolus stans ab imperatore licentiam exspectabat.* Qui lib. vii, cap. 34, refert eundem apud Italos natum, et adultum sese postmodum inter Græcos coniecisse. Τί παρόντες, ἔλεγεν, Veccus scilicet, ἐμὲ τὸν παρὰ Ῥωμαίοις καὶ ἐκ Ῥωμαίων γεννηθέντα τε καὶ τραφέντα συγκατὰς περιβάλλοντες λοιδορίαις, ἔπειτα φεύγετε; ἄνδρα δὲ παρ' Ἰταλοῖς γεννηθέντα, καὶ τραφέντα, καὶ οὐπω ταῦτα, ἀλλὰ καὶ αὐταῖς στολαῖς καὶ γλώττῃ πρὸς τὰ ἡμέτερα παρεισφρήσαντα εὐφημοῦντες δέχεσθαι; *Quid passi, aiebat, me inter Romanos et ex Romanis natum, adultumque crebris conviciis lacessitis, postmodum fugitis; virum vero apud Italos natum, adultumque, neque hæc solum, sed qui indumentis ipsis et lingua ad vos irrepsit, collaudantes excipitis?* Postea Græcis adherens post Josephi Galesiotæ obitum, licet Veccus ipse viveret adhuc, et coram synodo causam suam diceret, per vim, ac nequitiam, ipsiusque etiam Georgii invidentiam pulsus, in patriarchale solium intruditur (a): cui justo Dei iudicio non solum hostibus, sed amicissimis, quibus potissima quæque in Ecclesia contulerat, invisus, cum injuriam ferre non possot, renunciat (b), et sese in Deiparæ Hodegorum dietæ monasterium confert, et non multo post prope divi Androæ monasterium moritur. Vir fuit acerrimi ingenii, facundus, eloquens et pæne dixerim disciplinis omnibus imbutus. Georgius Pachymores, lib. vii, de Andronico seniore: Ἐκλέγετα μὲν εἰς πατριάρχην τὸν ἐκ Κύπρου Γεώργιον, ἄνδρα λόγις ἐντραφέντα, καὶ σφραγίδα τοῦ πατριάρχου Ἰωσήφ φέροντα, τὸ τοῦ πρωτοποστολαρίου εἰς ἀνακτόρων ἐπιφροῦμενον σημείωμα· καὶ τούτῳ μὲν δόξας Ἰωσηφίτας μὲν ἐκ τῆς σφραγίδος ὑποποιούμενος, Ἀρσενιώτας δὲ τῷ μὴ κατὰ τὰ διατεταγμένα τῷ Ἰωσήφ ἐπὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ συγχωρεῖν γίνεσθαι. *Eligit porro in patriarchum Georgium Cyprium, virum sermonibus inpulcritum, et ordinatum a patriarcha Josepho, protopostolarii dignitate in palatio condecoratum: in hoc etiam visus Josephitas ex ordinatione sibi conciliare, Arsenoitas etiam, quod non secundum præscriptum a Josepho in Ecclesia usu exsequi permetteret.* Gregoras lib. vi: Καὶ ἦν τῆνικαῶτα ἀνὴρ ἐν λόγοις ἐπίσημος τῷ βασιλικῷ συγκατελεγμένος κλήρῳ Γεώργιος ὁ ἐκ Κύπρου, ὃς τὸν ἐν ταῖς γραφαῖς εὐγενῆ τῆς Ἑλλάδος ῥυθμὸν, καὶ τὴν Ἀττικίζουσαν γλῶσσαν ἐκείνην πάλαι πολλὸν ἤδη χρόνον λήθης κρυβέντα βουλοῖς, φύσεως δεξιότητι, καὶ φιλοπονίᾳ τελειωτέρῃ πρὸς ὧς ἔγαγε, καὶ αἰονεῖ τινα ἐχαρίσατο ἀναδείξαι. Τοῦτον ἐμελέτησέ τε, καὶ προὔτεθύμνητο ἐς τὸν πατριαρχικὸν ἀναγαγεῖν θρόνον ὁ βασιλεὺς, ἄρτι καὶ τὸ μοναχικὸν

(a) A. C. 1283.

(b) A. 1289.

ἀλλὰ ζήλον στήματα πάλιν οὐχ ὑπ' οὐδενός τῶν ἀπάντων ἐβούλετο τὴν χειροθεσίαν αὐτὸν εἰληχέναι ὁπόσοι τῆ τοῦ ὀνόματος καινοτομίᾳ κεκοινωνήκασαν, ἀλλ' ὡς ἀκονιόνητον ἑαυτὸν συντήρησεν, ὡς κινυνεύειν πύρρον βραδύναεν τὰ τῆς σπουδῆς. Προσβλήθη μάλιστα παρὰ τοῦ βασιλέως μετὰ τὰς ψήφους, καὶ μαρτυρίας τὰς ἐφειλούσας, καὶ τὴν ποιμαντικὴν βλάβην ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ βήματος παρὰ τῆς τοῦ βασιλέως εἰληφει χεῖρος, κατὰ τὸ πάλαι κρατῆσαν ἔθος. καὶ ἦν διενεργῶν, καὶ δυνάμιον ἔστιν ἃ τῶν πατριαρχικῶν δικαίων ὅσα οὐχ ἱερωσύνης ἔδειτο. *Erat autem lum insigni vir facundia, ex imperatorii cleri collegio, Georgius Cyprius, qui elegantes Graecae litteraturae numeros, et Atticam illam linguam longo jam tempore oblivionis gurgite detraersum ingenii dexteritate, ac singulari studio in lucem produxit, ac velut ab inferis revocavit. Hunc cum non ita pridem monasticum habitum induisset, in animo habebat, et studebat imperator, ad patriarchicum solium evehere; a nemine tamen eorum illi manus imponi volebat qui novum illud dogma amplexi fuissent: ut periculum esset, ne res diutius differretur. Est tamen ab imperatore post debita suffragia, et testimonia designatus; et pastorale pedum in imperatorio suggestu, veteri more ab imperatore porrectum, accepit. Proinde negotiis intentus, patriarchicum jura, quae cum sacerdotio nihil conjunctum habebant, administrabat. De ejus patriarchatu Pachymerius, lib. vi: Eligit in patriarcham Georgium e Cypro, hominem eloquentia enutritum, a Josepho patriarcha ordinatum, et dignitate prolapostolarii in regni insignitum. In hoc etiam Josephus ex ordinatione, ut videbatur, sibi concilians; Arsenoitis vero quod non uti constituerat Josephus, in Ecclesia fieri permitteret. Et Ephremius in Chronico:*

Πάλιν Ἰωσήφ ἀπολαμύθει Ἐρόνον·  
Ὅσπερ λιπόντος τὸν βίον καὶ τὸν ἠρόνον,  
Σοφὸς τις ἀνὴρ Γρηγόριος Κυπρόθεν,  
Λήγον σοφῶν μαθήματα, μουσικὴν ἔστιν,  
Εἰς πατριαρχῶν ἀνεβιβάζθη ἠρόνον,  
Ὅστις πατριῶς, καὶ πατριεῆς οἰκίας  
Φυγὰς ὑπάρξεας πᾶσι ἔτι ἰσὺ τυχάνων  
Παιδεύσεως ἔρωτι καὶ μαθημάτων

Ἰελοῖων κατοικῆ πρὸς πόλιν Κωνσταντινου.  
Αὐτὸν δὲ μαθημάτων ἐνδοξὸς καὶ πόνοις  
Ἀφίκετο πρὸς μέγα τι παιδείας βάθος.  
Ἐἴτε κατὰ τὴν γνήσιμον στεφάνου,  
Καὶ συνταγὰς κλήρων γε τῶν παλατίου  
Ἀρχιούτης πέποινε τῆς Κωνσταντινου,  
Τὰ τῶν μοναχῶν πρὶν τελεσθεῖς, ὡς ἔθος.

*Rursum Josephus thronum recipit, et cum vitam thronumque deposuisset, sapiens quidam vir Gregorius ex Cypro, sermonum sapientum alumnus, et Musarum sacrarium, in thronum patriarchalem enectitur, qui a prima aetate patriae puterumque domo extorris eruditionis ac mathematicum amore flagrans, ad Constantinam urbem se recipit: ubi, disciplinis et laboribus deditus, in magnam sapientiae culmen pervenit. Tandem imperatori innotuit, et clero palatii ascriptus, praesul Constantinopolitanus efficitur, cum prius, ut moris est, monasticum habitum induisset. Hinc mira Georgii Phranzae, lib. 1, cap. 7, oscitantia animadvertenda est, qui in serie patriarcharum nullum hunc Gregorium posuit, sed scribit: *Veccum patriarcham sua sede depulsum monachus quidam Athanasius nomine excepit.* Quod homini rebus saecularibus intento, nec ecclesiasticis multum dedito, quia infortunis ac mala valetudine fracto, excidisso nil mirum. Aristotelis Platonisque scriptis addictissimum, neque in illis excolendis oleum aut oporam perdidisse, tradit Joannes Veceus, orat. prima ad Constantinum: *Ὡς τὸ Ἀριστοτελικὸν τε καὶ μεγάλῃ Πλάτωνι ἐγκωμώμενον. At quam ratione Aristotelicum te, et maxime ob Platonem, jactabundum.* Et: *Εἰ μὴ πόσις Ἀριστοτελικῶς πεποιημένος δόγματιν ὁποῖον αὐτὸν τε εἶναι λόγῳ παριστῶσιν οἱ σοί. Nisi quis Aristotelicis visis placitis, qualem te commentationes luce demonstrant.* Pachymeres de ejus morte, lib. viii *Hist.*, cap. 16: *Τούτων οὕτως ἐχόντων ὁ μὲν πατριαρχὸς τῆς Γρηγόριος νόστον πολυημέρων κατεργασθεῖς, ὡς δὲ τινες ἔλεγον, καὶ διὰ τὴν παρόρασιν ἐκ μικροφυγίας μετ' οὐ πολὺν χρόνον τὸν βίον. Καὶ τὸ μὲν ἐν ψαλμοῦν ἠάπτου κατὰ τὸ εἶδος ἐδίδου, τὸ δὲ ὡς ἀρχιερεῖα, ὡςπερ ἡ κακίους ὤρετο τὴν ἱερωσύνην παρακατέχων συχνῶς ὁ κρατίων ἀποστέλλων ἀπέλασε, καὶ τῆ ἀναταξία ἐπίσταρπεν ἐπιτάττων, ἥτις ἦν ἡ Ῥοῦλαίνα, μὴ τε ποιοῦτον ἐπιτελεῖν, ὃ δὲ καὶ γίνεται. Hinc cum ita se haberent, Gregorius, qui ante patriarcha fuerat, morbo diutino confectus, ut vero nonnulli dicebant, quod contempni se videret, ex pusillanimitate non multo post vitam finit, et iusta illi, uti par erat, cum canticis fieri concedebant, at non ut pontifici, quemadmodum ille opinabatur, pontificatum sibi vindicans, sapius imperator nuntios mittens interdicebat, suaeque nepti, quae erat, Kaulaena, ne quid contra tentaret, munus jussu, quod et factum est. Et dixerat de eodem supra cap. ix: *Καὶ γε τῶ τῆς Ἀριστοτελικῆς μονοδρίῳ ἐχόμενῃ πρὸς καίμενῳ τῆς τοῦ ἁγίου Ἀνδρόν, τοῦ ἐν τῇ Κρίσει μονῆς, ἐκεῖ γὰρ ἡ πρωτοῦβεστιάριστα Ῥοῦλαίνα συνήγεν ἐξ ἑαυτῆς περιθάλπουσα τὰ μεγάλα, φέρων ἑαυτὸν ὀλίωσιν. Et in Aristeres monasterium non longe a S. Andreae, quod in Crisi est, monasterio, situm: ibi enim protoestiarissa Kaulaena de suo fovens opulentissime exceperat, sese deditus proripuit. Scripsit pleraque in omni genere scientiarum.***

1. Illius edita sunt, Ἐγκώμιον εἰς τὴν Θάλασσαν, εἴτ' οὖν εἰς τὴν τοῦ ὕδατος φύσιν. *Encomium in mare, sive in universam aquarum naturam.* Graece a Bonaventura Vulcanio cum libello Aristotelis *De mundo*, Lugduni Batavorum apud Raphelungium, 1591, in 8. Meminit illius in Bibliotheca Robertus Constantinus.

2. Proverbia ab eo in unam collecta, et ordine alphabetico digesta Graece cum Pareniis Michaelis Apostolii a Petro Paulino Latino versis Lugduni Batavorum apud Elzovium, 1619, in 4. Na exsulare

dicit in bibliotheca Vaticana Gesnerus. Sed fallitur, cum hæret, an eadem sint quæ Aldus cum Græcis Æsopi Fabalis olim impressit. Sunt enim diversa, pauciora, detruncatiora, et fortasse non multi pretii. Robertus Constantinus in *Biblioth. Cyrum* mira oscitantia fecit, *Grægorius Cyrus Parvemiæ Græcas*.

*Ejus sententiæ Græcæ seorsim in octavo Coloniae excusæ anno 1536.* Epitomo Gesneriana, quæ item tradit, Gregorii opera Latine versa fuisse a Bonaventura Vulcanio, ni fallit nos. Inedita sunt.

Encomium in *Georgium logothetam Acropolitam* habuero Dousæ, ex quo ἀποσπασμάτιον cum Acropoli-  
lita Georgio odiderunt (c-d). Utinam totum edidissent!

*Fabulæ* habentur in bibliotheca Bavarica, cod. 66.

*Epistolæ CCIII (e)* partim scriptæ, antequam onus patriarchatus suscepisset, partim postquam illius cura ipsi commissa fuit, in bibliotheca Anthonii Augustini cod. 69. Erantque in Lolliana, et Monachii Bavaricæ, sed sine titulis. In Ambrosiana leguntur CLXVI.

Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Διονύσιον τὸν Ἀεροπαγίτην. *Encomium in S. Dionysium Aeropagitam.* P. Ἡ μὲν πρόθεσις τῆς λόγου δικαία, ἡ δὲ ἐπιχειρήσις τολμηρά. Διασκοπεῖται γὰρ Διονυσίου τοῦ πάντοτε τὸν ἔπαινον, In bibliotheca Vallicellana D. 23, et Palatina, codice 374.

*Descriptionem et Encomium urbis Constantinopolitanæ.* Eam habuisse in χειρῆλοις suis Bonaventuram Vulcanium refert Theodorus Dousa Notis ad Chronicon Georgii logothetæ.

Cyprii patriarchæ Constantinopolitani oratio in *Georgium martyrem, in Dionysium Aeropagitam, in Marinum martyrem, in S. Euthymium episcopum Madytenum, in Andronicum Palæologum imperatorem.* (In Palatina, cod. 372; Froherus in Chronologia, anno 1283). Sunt et *Theoduli cujusdam, et Cyprii declamationes panegyricæ in hunc Andronicum* (Seniorem nempe Palæologum, in bibliotheca Palatina). In *Michaelem item imperatorem.* (Robertus Constantinus in Bibliotheca). Gregorii patriarchæ de vita sua, et epistolæ 166 in Ambrosiana, licet paulo supra in eodem Indice legatur: *Gregorii Cyprii Epistolæ selectæ. Aliud item exemplar. Item de vita sua Epistolæ numero 166.* An opus hoc de vita diversum est ab Epistolis, vel Epistolis ipsis vitam suam exprimit? Mihi adhuc incertum est.

*Georgii Cyprii contra Beccum Joannem Tomus sanctæ synodi, sive columnæ orthodoxiæ. De mensuris. De fide. De prædicamentis. Hanc inscriptionem legi in Græco Catalogo bibliothecæ Vaticanæ; nec satis scio, an omnia ad eundem auctorem referenda sunt.* (Gesnerus). Possevinus ex eodem refert scripsisse adversus Vaccum Joannem librum, qui inscribitur sanctæ synodi, sive Tomus, sive Columna orthodoxiæ. De mensuris. De fide. De prædicamentis. *Et hic quidem Latinus versus fuit, sed ejus Sententiæ Græcæ excusæ fuerunt Coloniae anno 1536.* Ut verum fatear, male ut ex Possevini verbis extrico. Quid nos vero de hujus auctoris scripto adnotabamus? Multa in controversiis theologicis non cum Vacco solo sed aliis etiam, a quibus hæreseos insimulatus est ad satietatem conscripsit. Gregoras, Ἔδοξε γὰρ αὐτῷ μὴ ἀρκοῦσαν εἶναι τιμωρίαν κατὰ τοῦ Βέκκου τὴν ὑπερόριον δόξαν, καὶ ἀπαγωγὴν τῶν φίλων, καὶ συγγενῶν, ἀλλὰ καὶ λόγους, καὶ γραφαίς, καὶ τοῖς δόγμασι, καὶ ἀντιπάλοις προβλήμασι τε καὶ δόγματι ἀντισυλλαγίζομενος. ἐν ὅσῳ γε μὴν ἐκείνῳ καὶ τοῦ ἐκείνου μαχόμενος οὗτος ἦν ἐλάνθανε τιτριωσόμενος ὑπὲρ ἄλλων αὐτός. Κἂν τούτοις καὶ αὐτὸς ἀλισσόμενος, οἷς ἄλλων ἐπελαμβάνετο· καθάπερ εἴ τις τοξεύων ἐχθρὸν, καὶ πολέμιον, ἐλάνθανε καιριώτερον αὐτὸς τοξεύομενος παρά πλευράν ἐκ τῶν ὁμοφύλων. Ἐπελάθοντο γὰρ αὐτοῦ ὡς βλασφημούντος τινὲς τῶν ἀρχιερίων, καὶ τῶν τοῦ κλήρου, καὶ παρῆνον ἕς τινὰς μετατιθέμενα τῶν λέξεων ἀκίνδυνον εἶναι καὶ λοιδορίας ἐκτός. Οὐ μὴν ἔδοξε τὰ τῆς παραινέσεως τούτῳ τυγχάνειν ὑγιᾶ καὶ ἀνύποπτα, ἐλλ' ὑποκαθήμενον ἔχειν, καὶ ὑφέρποντα φηόνον. Ταύτη ται καὶ ἐνίστατο, καὶ παρωξύνετο πρὸς ἀντιλογίας καὶ ἀπξδεξέων ἀποδείξεις, καὶ λόγοις λόγους συνείρων ἐπὶ πολὺ διατίλοι ἀποφράττοντάς τε τὰ τῶν ἐγκαλούντων, ὡς ἐδόκει, στόματα, καὶ ὑπερείδοντας, ὡς ἐνήν αὐτὸν, καὶ τὸ σταρβὸν τοῖς αὐτοῦ περιποιημένους λόγοις. *Becco enim non satis supplicii esse ratus, quod extorris ab amicis, et cognatis avulsus esset, verbis etiam et scriptis eminus illum feriebat, et ejus scripta et decreta refellebat, et contraria problemata et dogmata colligebat. Dum vero illum et sectatores illius oppugnat, imprudens et ipse ab aliis vulneratus est: et in iis captus, quibus alios captabat; non aliter quam si quis tela in hostes conjiciens, ipse a suis ex obliquo graviolem plagam acciperet. Quidam enim e pontificibus et sacerdotibus eum reprehenderunt ut blasphemantem, ac monuerunt ut, vocabulis nonnullis mutatis, periculum et conviciam mularet. Ea admonitio non sincera illi visa est, sed ab occulta invidia proficisci. Proinde rem urgebat, et ad contradicendum acuebatur, et probationes probationibus ac disputationes disputationibus cumulabat, quibus et accusatorum ora, ut pulabat, oblutaret, et suam sententiam pro virili tueretur.* Non tantum ergo hostium, sed amicorum etiam objectionibus vexatus Gregorius synodum Constantinopolim coegit, qua se a falsis criminatio-  
nibus expurgaret, et aliorum erroribus detectis vera, quam ipse profitebatur, fidei ac dogmatum norma reliquis traderetur, quod non nisi scripto fieri posse ratus, *Tomum synodicum* exposuit. Quem ob res in

(c-d) Lugud. Batav. 1613, 8.

(e) In bibl. Cæsarea exstant Epistolæ CXCI, ex quibus centesima decima quinta et quæ eam sequuntur ἐκδοθεῖσαι ἐν τῷ πατριαρχίῳ, hoc est, scriptæ a Cyprio cum jam esset patriarcha; priores

CXIV, ante susceptum patriarchatum. Vide Lambecium VIII, p. 516 seqq. In bibliotheca Leidensi habentur Epistolæ ejusdem prope trecentæ. Vide *Diarium Belgicum Mucndelyke Vitricksels*, a. 1718 mense Septembri.

eo fidei traditas sinceris, nulloque contaminatus mendacio, ut ipse existimabat, sed confidenter nihil et proterve, nullis licet erroribus implicatum, infectumque blasphemias, *Columnam orthodoxiæ* æque ac Leonis summi pontificis Epistolam, Patres Chalcedonenses, at quam dispari conatu et cum potissimum in Veccum ipsum invehretur. *Tomum contra Veccum synodicum* nuncupavit. Et hoc est opus tantopere a Gesnero et Possevino conturbatum, non adversum a Tomo plena synodo promulgatum contra Veccum, cujus mentio fit in Epilome Gesneriana.

Et alia quoque contra Veccum scripsisse indicio sunt ipsius sermones contra eundem. *Gregorii Cyprii sermones contra blasphemias Vecci in 4<sup>o</sup> manuscrip. biblioth. imperatoris Viennæ.* Epilome Gesneriana. Quidquid autem adversus Veccum Georgius scripto commendaverat, non minori animi æstu, imo mascula eloquentia redarguens ipse Veccus passim refellere conatus est, et potissimum quatuor ad Constantinum libris, quorum illud est principium: *Φθάνω μὲν τάλας, καὶ οἷον διορισάμενος ἑμαυτῷ τὴν κατὰ τῶν ἀντιλεγόντων τῆ ἀληθείαν.* De Tomo Georgii Cyprii et ut contra eum scripserit Veccus, plura Pachymerius, lib. viii, cap. 1. Et hac eadem occasione Cyprium pluro in Latinos et catholicam veritatem evomuisse, testis est inter alios Georgius Scholarius, qui ex schismate fuit, in Proœmio de processione Spiritus sancti contra Latinos. Cum enim de iis scriptoribus ageret, qui contra Latinos calumiam acue- rant, post iudicium de antiquioribus probatum subdit: *Τῶν δὲ ὑστέρων ἀπάντων βέλτιον μὲν καὶ ἰκανώ- τερον, καὶ τῷ μεγέθει τῆς ὕλης ταύτης συμμέτρως, μάλιστα μὲν ὅτε θεσπέσιος Νεῖλος, καὶ ὁ ἱερός Θεο- φάνης, μετ' αὐτοὺς δὲ καὶ τῶν ἱερῶν Γρηγορίων οἱ ὁμώνυμοί τε καὶ ἀκριβεῖς ὁπαδοὶ συνεγράψαντο. Posteriorum vero omnium melius quidem, et magis sufficienter, et pro materiæ huiusce dignitate satis congruenter divinus Nilus, et sacer Theophanes: post eos sacri Gregorii cognomines, et fidissimi socii conscripserunt.* Alter fuit Palamas Gregorius, qui plurima in Latinos oblatravil: alter Gregorius hic Cyprius patriarcha Constantinopolitanus, qui eandem spartam ad extremum usque spiritum coluere. Joannes item Veccus, orat. 3. ad Constantin. : *Οἶδας ὡς τινες μὲν τούτων ὑπ' ἀρχηγῶν Κυπρίῳ ταττόμενοι πρὸς τοῖς ἄλλοις κατὰ τοῦ εὐσεβοῦς φασὶ δόγματος, καὶ εἰς ὁμονομίαν διαβάλλουσι ἐκπόμενοι. Nosti non- nullos ex his qui ducem Cyprium sequuntur inter alia, quæ adversus primum dogma oblatrant, processionem tanquam æquivocam, condemnare.*

Scoriaci in biblioth. Regia legitur Gregorius patriarchæ Constantinopolitæως τοῦ Κυπρίου Ἀπολογία εἰς τὴν Ἐπιστολὴν Μάρκου τοῦ Ἐφέσου. *Gregorii patriarchæ Constantinopolitani Cyprii Apologia in Epistolam Marci Ephesii*, VI, num. 14, non sine, ut puto, exscriptoris mendo. Qui enim potuit respondere Cyprius sub Andronico seniore Marco Ephesio antistiti sub Joanne Palapologo, antiquior centum triginta ad minus annos juniori? Quare dolendum est illud Cyprii τοῦ Κυπρίου, et substituendum Πρωτοσυγγέλλου Protosyncelli (f); is enim in Marcum Ephesium scripsit, et calumniis illius in Romanam Eccle- siam respondit, ut ex edito jam opere post concilium Florentinum apparet.

Servatur pones me βίος καὶ πολιτεία, καὶ μερικὴ θαυμάτων εἰρήνησις τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου Πατρὸς ὁμῶν Λαζάρου, τοῦ ἐν τῷ Γαλησίῳ ὕρει ἀκησαντος, συγγραφεὶς παρὰ τοῦ ἀγιωτάτου patriarchæ κυροῦ Γρηγορίου. *Vita et res gestæ, et peculiaris miraculorum narratio sancti et Deum ferentis Patris nostri Lazari, qui in Galesio monte vitam asceticam excoluit, descripta a sanctissimo patriarcha domino Gregorio.* Qui non alius erit, quam Cyprius. Namque post Romani Argyrophylī imperium sub quo florhat Lazarus ad direptam usque urbem, præter Gregorium Protosyncellum, ad quem referre minime potest, nullus alius Gregorius patriarchatum administravit. Baronius, *Annalium*, anno 960, non alienus ab hac sen- tentia, auctorem Vitæ Georgium vocavit: *Claruit hoc tempore in Oriente S. Lazarus monachus in Galesio monte juxta Ephesum, cujus vitam scripsit Georgius patriarcha.* Scriptio est satis elegans, et accurata, et rara.

(f) Gregorius Protosyncellus, patriarcha CPol. ab ann. 1445 ad 1453, de cujus scriptis addendus Petrus Arcadius in *Concordia utriusque Ecclesiæ* circa doctrinam de sacramentis, lib. ii, c. 15,

p. 112 seq., ubi etiam docet quinque capita in de- fensionem concilii Florentini ab eo scripta, diversa utique esse a totidem capitibus quæ Gennadio ab- judicare voluit Caryophyllus.



**GEORGI**  
SEU  
**GREGORII CYPRII**  
PATRIARCHÆ CP.  
**VITA**

*QUÆ EX CODICE LUGDUNO-BATAVENSIS NUNC PRIMUM GRÆCE IN LUCEM  
PRODIT CUM LATINA INTERPRETATIONE ET NOTIS;*

ACCEDUNT

DISSERTATIONES DUÆ HISTORICÆ ET DOGMATICÆ, CUM EPISTOLA EJUSDEM  
CYPRII AD AMICUM, ET MOSCHAMPERIS, EXCHARTOPIHYLACIS, AD IPSUM,  
QUEIS BYZANTINA GEORGI PACHYMERIS HISTORIA ILLUSTRATUR;

AUCTORE

**FR. JO. FRANC. BERN. M. DE RUBEIS.**

ORDINIS PREDICATORUM

(Venetiis, MDCCLIII, typis Jo. Bapt. Pasquali, superiorum permissu ac privilegio.)

**AD LECTOREM.**

Operis elucidandi, qualecunque prodit in lucem, datam occasionem propositumque consilium paucis accipe, Lector benevole. Cum typis Venetis Byzantinæ Historiæ volumina anno 1729 recudi cœpta fuerint, nova hæc editio pretium aliquod ut haberet, nihil ab eo qui curam ejus assumpserat, prætermisum diligentia fuit, quo accederent cum emolumento opera, vel opuscula, si qua ad idem argumentum spectantia nondum edita forent. Ad amicos litteratosque viros intra et extra Italiam datæ litteræ sunt, quæ urgebantur ipsi, ut suas pro humanitate voluti symbolas conferrent ad novæ editionis amplificationem. Lugduno-Batavorum epistolæ plurimæ et opuscula argumenti varii quæ Georgius, seu Gregorius Cyprius, litterarum nomine clarus, ac patriarchæ Constantinopolitani dignitate conspicuus, tertiodécimo æræ Christianæ sæculo scripserat, transmissæ fuere, voluminibus manu exaratis comprehensa duobus, quorum alterum Græcum textum complectitur. Latinam versionem alterum ab anonymo quodam ejus loci concinnatam. Editioni Venetæ ita consulentem amicum, præ oculis habuisse putaverim Petri Lambacii, viri celeberrimi, adnotationem ad similem Casareo-Vindobonensem codicem, libro VIII Bibliothecæ recensitum: *Dignissimæ profecto sunt, inquit, omnes illæ epistolæ (Gregorii Cyprii,) ut tanquam eximium Corporis Historiæ Byzantinæ supplementum, Græcæ et Latine, in lucem proferantur, et quidem potissimum ob Georgii Pachymeris Historiam imperii Andronici Palæologi senioris, quippe quæ harum beneficio epistolarum (imo etiam opusculorum,) innumeris fere locis illustrari potest.* Hæc eadem est Danielis Nesselii animadversio in Catalogo parte V, num. CI. Manus ultima demum editioni Venetæ imposita fuit, quin Cyprii sive epistolæ, sive opuscula pro votis locum in ipsa habuerint. eam fortasse ob causam, quam mox aperiemus. Contigit post annos, ut quod Lugduno-Batavensis codicis transmissum fuerat apographum, neglectumque jacebat, singulari mihi dono daretur: statimque mihi mens insederat, ut patriarchæ Constantinopolitani lucubrationes, quas docti viri expetebant, aut omnes, aut majorem partem, publicam prodirent in lucem. Quominus vero compos votorum fierem, Latina versio, quæ transmissa fuerat, inhibuit, utpote quæ rudis admodum reperta sit, minusque consona textui Græco, imo certe repugnans: quæ fortasse causa fuerit, ne in editione Veneta Historiæ Byzantinæ locum obtinerent memoratæ Cyprii elucidationes. Præcipua spe deceptus,

haud operæ dispendium fore nihilominus existimaverim, si leve saltem istius codicis exhibeam specimen aliquod: epistolis nempe omnibus et opusculis, quæ in eo continentur, singillatim indicatis: ac binis etiam epistolis unoque opusculo nunc primum cum nova Latina interpretatione in lucem emis- sis. Illud inter opuscula selectum est, quod ab ipso Cyprio *De rebus suis* inscriptum, primum locum tenet, tum quia in Cæsareo-Vindobonensi codice mutilum exstat: tum etiam quod viri illustris, varioque fato celebris, diligentissime cum patria natales refert, genus, indolem; prima studia, ac itinera ad eximiam litterarum peritiam assequendam suscepta; ecclesiastica munia, principemque in urbe regia sacram dignitatem; partesque diversas ejus, itemque adversas in ea, quæ tunc utriusque Ecclesiæ inita concordia fuit: atque demum potissimum, quod inde mihi daretur ansa, ut Pachymerianam Michaelis Palæologi, et Andronici filii imperatorum historiam haud modico, ut putabam, emolumento illustrarem. Eam intelligo Historiæ a Pachymere scriptæ partem, quæ negotia Ecclesiarum spectat: sive quæ sub Michaelis Palæologo acta sunt in dogmatis discussione de processione Spiritus sancti a Patre, et a Filio, vel per Filium, ac inita utriusque Ecclesiæ in œcumenica synodo Lugdunensi unione, eademque postea rupta ac eversa sub Andronico successore: sive quæ pertinent ad patriarcharum successionem, qui pro vario partium studio promovebantur in Ecclesiæ thronum, ac throno detrudebantur, Hinc vero *Dissertationes dux, historicæ, et dogmaticæ*, quæ præcipuam operis partem conliciunt, olucubratae sunt, ac binis etiam locupletatæ epistolis Græcæ simulque Latine nunc primum editis. Gravissima pro catholico dogmate momenta a Pachymere, schismatico licet viro, indicata, ac æstu schismatico aliquando despecta, validissimo vindicantur: chronicaque difficultates plures, ad patriarcharum regiam urbis quod attinet successionem, in ejus occurrentes Historia, nec adeo feliciter a doctissimo interprete Petro Possino, aliisque post ipsum peritissimis viris expeditæ, novum revocantur ad examen, ac sano felicius (absit verbo invidia!) fortasse expediuntur. Hæc igitur mihi data olucubrandi opusculi occasio, Lector, benevole, hoc etiam propositum mihi in eo conficiendo consilium. Labores conatusque meos, tametsi exiles, pro tua excipias humanitate: si quidvo ipsi attulerint emolumenti, pro tua æquitate tuearis.

ΤΟΥ ΣΟΦΙΣΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΛΟΓΙΣΤΑΤΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ  
ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΚΥΠΡΙΟΥ

ΔΙΗΓΗΣΕΩΣ ΜΕΡΙΚΗΣ ΛΟΓΟΣ

ΤΑ ΚΑΘ' ΕΑΥΤΟΝ ΠΕΡΙΕΧΩΝ

SAPIENTISSIMI AC DISERTISSIMI PATRIARCHÆ

CONSTANTINOPOLEOS

GREGORII<sup>(1)</sup> CYPRII

PARTICULARIS HISTORIÆ SERMO

RES SUAS CONTINENS (2).

¶ Cyprus insula ei patria fuit, qui librum hunc A concinnavit (3). Patres autem et avi (4) omnesque progenitores primas habuerunt in divitiis, et in patria, quousque Græcis non obligit ibi serviro Barbaris Latinis (5). Postquam vero servitutem subierunt, communis calamitatis et ipsi participes effecti sunt, mediocriter possidentes, et honorati, eaque habentes quæ nec pauperibus, et plebeis, et vilibus connumerabant ipsos, nec inter potentes ac ditissimos constituebant.

Πατρὶς μὲν τῶν συντάκχῳ τὴν βίβλον Κύπρος ἡ νῆσος· πατέρες δὲ καὶ πατέριον πατέρες, καὶ ὅλως ἡ ἄνω τοῦ γένους σειρά, οἱ πλοῦτου τε τὰ πρῶτα καὶ τῆς πατρίδος ἔχοντες, ἕως οὕτω βαρβάρους ἔλαχεν Ἰταλαῖς τὸ ἐκεῖσε δουλεύειν Ἑλληγνακόν. Ἐπειδ' ἐδούλευσαν, καὶ τῆς κοινῆς συμφορᾶς καὶ αὐτοὶ γε μετέσχον, μέτρια καὶ ἔχοντες, καὶ τιμώμενοι, καὶ ὅσα μὴτ' εἰς πόνητας αὐτοὺς, καὶ τοὺς πολλοὺς καὶ ἀδόξους ἐνέγραφε, μὴτ' εἰς τοὺς ἀδρόους καὶ βαθυπλοῦτους συνέταττε.



Γεννᾶται τοίνυν ἐν τῇ νήσῳ, καὶ τρέφεται παρὰ τοῖς γονεῦσιν, ἕως αὐτὸν εἶναι φοιτᾶν εἰς γραμματιστῶν. Ὡς δὲ τῆς τούτων ἐπιστήμης παρήλθε τὴν χρεῖαν, παρήλθε δὲ ἐννέα πᾶν τῇ ἡλικίᾳ, δοκῶν εὐπεφυκέναι τὴν ψυχὴν πρὸς μαθήματα, καὶ ἄδικαίτ' (ἀδικοῖτο) ἂν μὴ τούτοις ἐμβιβαζόμενος, εἰς τὴν Καλλινικισίων πλείονος παιδείσεως ἕνεκεν πέμπεται, δοκοῦσάν τε ὡς τὴν πόλιν ἐκείνην ἀνδρῶν εὐτοχεῖν πολὺ πλεον εἰδότην παρὰ τοὺς ἐξ ἀρχῆς παιδεύτας, καὶ εὐτόχει ταῖς ἀληθείαις ἐνὸς οὐδενός. Καὶ γὰρ, ὡς τὴν ἀκούειν τῶν πρεσβυτέρων ἐξηγουμένων, ἐξηκαστὸν ἔτος εἰς αὐτοὺς εἶναι, ἐξ οὐπερ εἰς ἑτερογλώσσους τὰ τῆς νήσου κράτη μετέτεσε (μετετέθη), καὶ παρ' ὄλον τουτονὶ τὸν χρόνον μηδένα φανῆναι ἄλλο τι παρὰ τὰ συνήθη ταῦτα καὶ ταπεινὰ τῶν γραμμάτων ἀσχέσαντα· τὰ πρὸ τούτου δὲ εἰ ἄρα τις γέγονε τῶν λεγομένων σοφῶν, ἄδελον αὐτοῖς εἶναι, καὶ λέγειν μὴ δύνασθαι. Ὅθεν καὶ ὡς οὖν τὴν οὐδ' ἐνταῦθα ἀξιὸν τι τῆς φύσεως ἐκμελετᾶν, δεύτερος, ὅ φασι, πλοῦς καὶ εἰς παιδευτήρια Ῥωμαίων φοιτᾶ, γραμματικῆς ἐν τούτοις τῆς κατὰ τὴν πατριὸν Λατίνων παραδιδόμενης φωνῆν. Τούτοις μὲν οὖν ἐνδιέτριψε χρόνον οὐχὶ συχνόν, καὶ σκιᾶς γε ἔδοξε γραμματικῆς, ἀλλ' οὐκ αὐτῆς γε τῆς τέχνης ἀπόνασθαι. Λίτιον δὲ τῆς τε τοῦ χρόνου βραχύτης, καὶ ἡ τῶν διδασκάλων φωνῆ ἀλλόθρους τις οὕσα καὶ νόθος, καὶ τῷ νέῳ σὺν πολλῶ καὶ μεγάλῳ καταλαμβανομένη τῷ μόχθῳ, ἴς ἄνευ οὐδ' ἦν τῆς τέχνης ἀποπειράσασθαι. Ὡστε καὶ συνίθαινε, διπλοῦν ἀν' ἀπλοῦ τὸν πόνον ὑφίστασθαι, τοῦτο μὲν τὰς φωνὰς ὅτι δὴ καὶ σχημανοῖεν ζητοῦντι μαθεῖν, τοῦτο δὲ καὶ τὰς τῆς ὑποκειμένης τέχνης περινοίας καταλαβείν. Ὑπὸ δὲ τῆς αὐτῆς αἰτίας οὐδὲ τῆς λογικῆς Ἀριστοτέλους ἐνταῦθα διδασκομένης ἀξιὸν τι λόγου παρείληψε, πλὴν ὅσον τὰ εἰς εἰσαγωγὴν τοῦ μαθήματος εἰδέναι, καὶ ταῦτά πως ἀμυδρῶς. Δυσχέρεια γὰρ ἐμβιβαθῆναι τοῖς λεγομένοις τοὺς καὶ τῶν φωνῶν αἰτῶν ὡς ἐλάχιστα ἐπείοντας. Ἀλλ' ὡς ἑαυτὸν οὐ κατ' ἐπιθυμίαν προβαίνοντα ἑώρα, αὐθάδους λαχῶν φύσεως, καὶ πονεῖν οὐκ ἀνεχομένης, ἡ γὰρ ἔδει τὸ πᾶν ἔχειν κατεληφυσίαν (ἰ. καταληφθῆναι), ἡ καθάπαξ ὀλιγωρεῖν τοῦ σπουδᾶσματος, προσκλαιπωρεῖν ἕκστα βουλομένην (βουλόμενος), ἐπὶ τὴν πατρίαν ἐστίναν ἄγων ἐκ γενέσεως ἔτος πεντεκαίδεκατον ἀναστρέφει.

Καὶ τοῦ λοιποῦ κωνηγεσιῶν μὲν αὐτῷ, καὶ τοιούτων τινῶν ἔμελε διατριβῶν· λόγων δὲ ἐπεθύμει μὲν, ἐπιστέφετο δὲ ὡς ἥκιστα τῷ μὴ ἔχειν αὐτοὺς τῇ Ἑλλήνων παραλαμβάνειν φωνῆ, δι' ἣς ἂν αὐτῷ καὶ ῥᾶπτη ἡ ἐκείνων ἐγένετο ἄσκησις. Καὶ τοίνυν ἐκ τῆς ἐπιθυμίας ταύτης ἤρεμειν οὐκ ἐπιτρεπόμενος, ὀχληρὸς ὁμοῦ καὶ λυπηρὸς τοῖς γονεῦσι καθίστατο, ἐφοδιάζειν ἐκ τῶν ἐνότων, καὶ τῆς πατρίδος ἐκπέμπειν ζητῶν, καὶ γε παρπέμπειν ἐς τὰς ἐν Νικαίᾳ διατριβὰς, ὅπου καὶ λόγος ἐκράτει, γενομένης τινὶ αὐτὰς ἐξεῖναι δοκεῖν τὰ γ' ἐς σοφῶν ἀνδρῶν ἀφουσίαν τὰς παλαιὰς Ἀθήνας ἄρᾳ. Οἱ δὲ φύσεώς τε καὶ ἰσχυροτέρως ἀνάγκης δεσμοῖς ἐχόμενοι τοῦ παιδός, οὐκ ἦν ἡ τι γένοιτο μεθήσειν ἔφασκον· καὶ

A In hac igitur insula natus est, et apud parentes educatus, donec ipsum ire oportuit ad grammaticæ, seu primarum litterarum institutores. Cum vero ipsorum disciplina opus non amplius habuit, ætatis suæ novem omnino excesserat annos (6). Cumque ingenio videretur ad disciplinas idoneo natus, et injuria affici, si iis non applicaretur, in Callinicensium urbem mittitur (7), majoris institutionis causa: quæ viris florere existimabatur doctioribus iis, qui primum fuere præceptores; tametsi revera florere nemine uno. Erat etiam seniores audire narrantes, sexagesimum ad eos usque fluxisse annum, ex quo insulæ dominatio in alterius linguae homines translata fuerat (8): ac per lotum istud tempus apparuisse neminem, qui præter consueta ac humilia litterarum rudimenta quidpiam doceret: nunc vero antea aliquis eorum exstiterit, qui dicuntur sapientes, ignotum eis esse, neque dicere posse. Qua de causa cum etiam ibi ingenio dignum suppeleret nihil, in quo se exerceret, secunda, ut aiunt, navigatione, Romanorum scholas adit, ubi grammaticæ tradebatur patria Latinorum lingua (9). In his tempus insumpsit non multum: et umbra grammaticæ videbatur, non ipsa ars potiri. Causa erat temporis brevis, et vox magistrorum extera, et spuria (10), et a juvene non sine multo et magno intellecta labore, sine qua neque possibile erat artis assecutionem tentare. Hinc eveniebat, ut duplicem pro simplici subire laborem deberet: una ex parte voces addiscere quærens, et quid ipsæ significarent: et ex altera, subjectæ vocibus artis sensus penetrare. Hanc ob causam neque logicæ Aristotelicæ, quæ ibi docebatur, aliquid memoratu dignum percepit præter ea quæ ad ipsius artis isagogen pertinent; et hæc quidem subobscuræ. Difficile enim est, ut profunde doctorum sensus assequantur, qui voces ipsas non intelligunt. Sed cum non ex voto se proficere videret, et indolem morosiorum sortitus esset, ac laboris impatientem (oportebat enim vel omne comprehendere, vel studium penitus negligere), nolens amplius adeo fatigari, et miserum esse, ad patrios lares reversus est, quindecim natus annos (11).

Exinde rei venaticæ operam dabat, similibusque exercitationibus. Liberalium quidem disciplinarum desiderio tenebatur (12): sed ut minimum curam de iis faciebat, quod eas Græcorum lingua percipere non posset, per quam facillimum ipsi fuisset sese in eisdem exercere. At hujusmodi ex desiderio cum quiescere non permitteretur (13), turbulenti simulque molestus parentibus evasit, quærens ex ipsorum bonis comæatum ad iter agendum, et emitti e patria, et Nicæam mitti ad scholas (14), ubi fama clamabat posse videri ei qui ibi diversabatur, ob sapientum virorum abundantiam, veteres videre Athenas. Puero adherentes illi, naturæ et fortioris necessitatis vinculis se di-

cebant, quidquid evenire posset, non dimissuros; et potius paratos esse, vitam auferre volenti permittere, quam sponte sustinere, ut tali in aetate in peregrinas terras filius mitteretur. Dissensio itaque utrinque erat: et in ea duorum annorum tempus (15) insumptum est, donec perspicuus adolescens, parentes semper victuros, si aperte cum ipsis loqueretur, deponere se sententiam simulat, quietam vitam agere, et quemadmodum qui domini erant et parentes, ἵκησθαι δarent, obsequi illis. Ita simulans, ac brevi aliquo tempore fictione acquiescens, ut opinionem de permansione sua confirmaret, ignorantibus domesticis et cognatis, discedens e patria, et navim conscendens, et in navigatione secundo vento usus, tertia die Ptolemaidem, quæ est in Palaestina, deducitur. Inde Ancam Asiæ altera navigatione difficili, ac valde periculosa, indeque Ephesum venit (16), hic cum audiret, in vicinia Blemmydam habitare (17), virum, ut dicebatur, non solum inter Græcos nostri temporis, verum etiam inter omnes sapientissimum, vehementi desiderio lerebatur ad eum proficiscendi, ut ipsum videret. Huius tamen desiderio obstabant viri Ephosii, dicentes, ut etiam verum erat, quod non solum philosophus ille videre ipsum juvenem, et peregrinum, et pauperem dedignaretur: sed is etiam, qui cum ipso sapientium chorus erat, ipsum appropinquare monasterio non permitteret. His addebant, perinde in ipsum [Blemmydam] dicentes, virum esse difficilem, rigidum, et elatum, et simplicitatem minime curantem: locum etiam inaccessum, ac discipulos ipsos præbere se difficiles ad eos advenientes, utpote qui istud ante aliud omne a præceptore documentum accepissent. Sapientissimo. Sic ab initio statim desiderio suo excidit, et videbatur hoc non bonum in futurum augurium. Postquam spe frustratus est, abibus Epheso (18), per totos sex menses, eosque fere hybernos, cum magnis miseriis, aliisque rerum necessariorum penuriis, Nicæam in Bithynorum metropolim venit. Insumpsit vero adeo multum interea tempus, non quod longissimum iter esset, nec tantum, ut conficeretur, temporis exigeret: sed quia prius in castra regis perveniens, et aliquos ibi potentium adiens, victum sibi, qui per totum disciplinæ tempus ad vitam sufficeret, pararet; eoque non invento, dictum tempus contrivit. Hellespontum simul cum exercitu transvectus, per Thraciam castra per otium sequitur, et Byzantium advenit: ubi tunc rex festinabat obsidere urbem, et oppugnare, ac etiam devastare quidem, si posset. At illi vero placuit Nicæam secedere, cum in eam, quæ ibi esset, intentum haberet animum, eruditionis miram præstantiam, amabilemque fontem; in quam etiam ex Cypro pergore anhelaverat. Sed hoc quam aliter accidit (19)! Etenim præter grammaticam, et poesim, et superficialias istas, reperit loci illius sapientes, qui nihil docere aliud scirent. Qualis enim gloria, disserentes audire quidem de rholo-

A πρότερον ἐτοίμως ἔχειν ἐνδιδόναι τῷ βουλομένῳ τὴν ζωὴν ἀφαιρεῖν, πρὶν ἐκόντας ἐν τοσοῦτῳ τῆς ἡλικίας εἰς ξένην στῆλλεσθαι τὸν υἱὸν συγχωρεῖν. Στάσις οὖν ἐκατέρωθεν ἦν. Καὶ τῇ στάσει δυοῖν ἐτέριον χρόνος ἐπρίϑετο, ἕως συνιδῶν ὁ νεανίας, ὅτι νικῶν ἂν οἱ τεκόντες ἀεὶ ἐκ τοῦ φανεροῦ τῶν λόγων πρὸς αὐτοὺς γινομένων, σκῆπτεται μεθεῖναι τὴν γνώμην, ἡσυχίαν δὲ ἄγειν, καὶ καθ' ὅτι ἂν ἐκεῖνοι κύριοι καὶ γονεῖ, ὄντες κελεύοιεν, ἔπεισθαι. Οὕτω σκηψάμενος, καὶ τινα χρόνον τῷ πλάσματι ἐφυσυχάσας βραχὺν, ἵνα οὕτω τὴν τοῦ μένειν βεβαίωσθαι γνώμην, λατῶν πάντων πάντων αἰσθησιν οἰκείων τε καὶ συγγενῶν, ἀπαναστάς τῆς πατρίδος, νηὸς τ' ἐπιβάς, καὶ ἐπιφόρῳ παρὰ τὸν πλοῦν χρησάμενος πνεύματι, τριταῖος; ἐς Ἡπολεμαίδα τὴν ἐν Παλαιστίνῃ κατόγεται. Κ' ἐντεῦθεν εἰς Ἀναίαν τῆς Ἀσίας δευτέρῳ πλῆ χυλεπῷ τούτῃ καὶ λίαν ἐπικινδύνῳ, κακίῳθεν εἰς Ἐφέσον ἦκει. Ἐνθα καὶ ὡς ἐν γειτόνων οἰκῶν εἶπ' ὁ Βλεμμύδης πυθόμενος ἀνὴρ, ὡς ἐλέγετο, οὐ μόνον Ἑλλήνων τῶν ἐφ' ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀνδρῶν σοφώτατος, πολὺς γίτεναί πρὸς αὐτὸν κατὰ θέαν πορεύεσθαι τὴν αὐτοῦ. Ἐπέσχον δὲ ὁμοῦ ἀνδρες Ἐφέσιοι τῆς ὁρμῆς, εἰρηκότες, ὅπερ καὶ ἦν ἀληθές, ὡς οὐ μόνον αὐτὸν ἀπαξιώσοι ἰδεῖν ὁ φιλόσοφος νέον ὄντα, καὶ ξένον, καὶ πένητα, ἀλλὰ καὶ ὁ περὶ αὐτὸν χορὸς τῶν σοφῶν μοναστηρίῳ προσπελάσαι οὐκ ἂν συγχωρήσαιεν. Τοῖς γὰρ κατ' αὐτὸν ἐπίσης, ὅτι ἀνὴρ ἀπρόσιτος ἔφασαν, ἀκλινῆς ὢν, καὶ μετέωρος, καὶ ἤκιστα εὐτελείας ἐπιστρεφόμενος· ὃ τε χῶρος ἀνεπίβατος, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῖ ὡς λίαν δυσέντευκτοι, ἀντ' ἄλλου παντὸς μαθήματος τοῦτο πρὸς τοῦ καθηγεμόνος παρελιγφότες τοῦ μὲν σοφωτάτου. Ἐκ προομιλίῳν εὐθὺς οὕτως ἀποτυγχάνει, καὶ ἐδόκει τοῦτό γε οὐκ ἀγαθὸς πρὸς τὰ ἐξῆς οὐδ' ὄνός. Ἀλλ' ὡς ἀπέτυχεν, ἄρας ἐκ τῆς Ἐφέσου, δι' ὄλων μηνῶν ἐξ, καὶ τούτων σχεδὸν χειμερίων, ὁμοῦ μεγάλας τελευτωρίας, ἄλλαις τε καὶ ταῖς τῶν ἀναγκῶν στερήσειν, εἰς τὴν τῶν Βιθυνῶν μητρόπολιν Νίκαιαν ἔρχεται. Ἐποῖσι δὲ πολλὸν τὸν μεταξὺ τούτου χρόνον οὐ τὸ τῆς ὁδοῦ μήκιστον ὄν, καὶ τοσοῦτου βαδίζειν δεόμενον, ἀλλ' ὅτι πρότερον ἐς τὰ βασιλέω, ἀφειγμένος στρατόπεδον, ἐφ' ᾧ τισι τῶν δυνατῶν προσιῶν, τροφὰς ἑαυτῷ τὰς παρ' ὄλον τὸν τῆς μαθήσεως χρόνον τὴν ζωὴν ἱκανὰς συνέχειν πορίζεται: καὶ ταύτας παρὰ μηδενὸς εὐρηκῶς, τὸν εἰρημένον χρόνον κατέτριψε. Τὸν θ' Ἑλλησποντον ἅμα τῷ στρατῷ διαβαίνων, διὰ θράκης σχολαίως συμπορευόμενος, καὶ ἐς Βυζάντιον ἦκων, ὅπου τότε καὶ βασιλεὺς ἔσπενδε, περικαθιζόμενος αὐτὸ, καὶ πολιορκήσων, ἔτι γε μὴν καὶ ἐκπορθήσων, ἂν ἄρα δυνήσεται. Πλὴν ἔδοξε τὴν Νίκαιαν ἀναχορεύσαι, καταλαβὼν ὡς αὐτῇ γ' ἐπιστὰς τῇ τῶν λόγων θαυμασίῳ καὶ πολυεράστῳ πηγῇ. ἐφ' ἣν καὶ Κυπρόθεν ἠπεύγετο. Τὸ δὲ ὡς ἐτέρως συνέπιπτε. Καὶ γὰρ πλὴν γραμματικῆς τε καὶ ποιητικῆς, ἐπιπολαίων καὶ τούτων, εὖρεν αὐτοῦς ἐκεῖσε σοφοὺς ἕτερον διδάσκειν εἰδότες οὐδὲν. Πάσκειν δὲ ῥητορικῆς καὶ φιλοσοφίας, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα μαθήματα διαφερόντως μετεῖναι καὶ εἰδέναι ἀνθρώπῳ προσήκει, κλέος οἶον

ἀκούειν· γινώσκειν μέντοι αὐτοὺς ὅ τι ποτὲ εἰσιν, εἰ ἄρα καὶ εἰσιν, οὐδαμῶς. Ὡστε καὶ δυσθυμίαι διὰ ταῦτα εἶχον αὐτὸν καὶ μετάμελοι. Εἶχον δὲ καὶ μάλα δικαίως· εἰ πατρίδα μὲν κατέλιπε, στοργὴν δὲ γονέων ἠθέτησε, δάκρυα δὲ παρείδε, πελάγη δὲ διέβαλεν ὡς μὲν μακρὰ, ὡς δὲ χαλεπὰ καὶ κινδύνων μεστά· ἤπειρον δὲ τσαούτην διέδραμε, ζωῆς δὲ καθάπαξ ἠφείδησεν, εἴτ' ἀντὶ τούτων οὕτω μεγαλοφυῆ κομιεῖται μισθόν, κλίσεις ἀνομάτων ἐκμελητῆσαι, καὶ ῥημάτων σχηματισμοὺς καὶ κινήσεις, καὶ ὡς ἡ Τυνδάρω παῖς ἠρπάγη, καὶ ἡ Πριάμου πέπτωκε πόλις πολυετεί διὰ τὴν γυναῖκα καμυῦσα πολέμῳ, καὶ ὡς οἱ παῖδες Οἰδίποδος κατ' ἀλλήλους μανέντες ὑπ' ἀλλήλων ἀπώλοντο, καὶ τἄλλα ὅσα ὁ παιητικὸς χορὸς κατὰ τινὰ τῆς τέχνης αὐτονομίαν πλάττει τε καὶ μυθεύεται, ἥδονῆς μὲν τὰ πολλὰ στοχαζόμενος, ὀλίγα δὲ τῆς ἀληθείας φροντίζων.

Ταῦτά τοι καὶ δεινῶς αὐτὸν ἠνώχλουν οἱ τῆς εἰς πατρίδα ὑποστρωφῆς λογισμοί. Καὶ ὑποστρέφειν εὐθέως, εἰ καὶ τὸ βῆθιον ἐώρα προσὸν τῷ πράγματι, νυνὶ καὶ ἀπορώτατον ἦν. Πιεζῆ τε γὰρ ἔδει μέχρις Ἀναίας πόλιν βαδίζειν. Προσέτι δὲ καὶ ἀναλωμάτων ἃ μὴ μόνον οὐκ ἦν αὐτῷ πρὸς τὴν κατ' ἤπειρον καὶ θάλατταν πορείαν ἀντάρκη, ἀλλ' οὐδ' ἐφ' ἡμέραις ὄλαις τρισὶ γλίσχρως καὶ πενιχρῶς διατρέφασθαι, μὴ τινος ἐξώθεν χορηγήσαντος, καὶ τῆς δαπάνης προσβουθήσαντος. Εἶχον μὲν οὖν αὐτὸν αἱ τοιαῦται τῶν ἀποριῶν, καὶ κατεῖχαν παρὰ Νικαεῦσιν ὡσπερ δεσμά. Τὰ δ' ἐνταῦθεν οὐ πολλὸς χρόνος ὁ μετὰ ταῦτα, καὶ τὸ μέγα Βυζάντιον ἄστὸν Ῥωμαίοις αὖθις θεὸς τοὺς Λατίνους ἀφελόμενος δίδωσι. Καὶ τοῦ Ἀκροπόλεως τηνικαῦτα πλέον τῶν ἄλλων τὰ εἰς λόγους ὄντος σοφοῦ ὑπὲρ τῶν λόγων, ὅτι δὴ πολλὸς αὐτῶν αὐχμῶς ἐν ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἐκράτει ψυχαῖς δυσχεραίνοντες, τὴν τε ψυχὴν πάσχοντες, καὶ βοηθεῖν εἰς ὄναμιν θέλοντες, αἰσθόμενος βασιλεὺς, ἀνίησι τῶν δημυσίων φροντίζων, καὶ βοηθεῖν συγχωρεῖ, καὶ ὡς πρόθυμον ἑαυτὸν τοῖς βουλομένοις ἀκροᾶσθαι καθίζει διδάσκαλον, ἐξηγητὴν τῶν λαβυρίθων Ἀριστοτέλους· οὕτω γὰρ ἐγὼ καλῶ τὰς ἐκείνου σοφίας, καὶ πλοκάς, αἷς τὰ ἑαυτοῦ περιδάλλων, ἐργώδη κατανοεῖν ἀπεργάζεται· ἐξηγητὴν δὲ καὶ τῶν Εὐκλείδου καὶ Νικομάχου ὅσα τεθειωρήκασιν οὗτοι, ὁ μὲν γεωμέτρως, Νικόμαχος δὲ ἀριθμητικούς ἐκδιδάσκοντες. Συνέρχοντο πρὸς αὐτὸν οὐκ ὀλίγοι ἔρωτι παιδείας ἐλκόμενοι. Ἰπείγετο καὶ ὁδε νεώτατος μὲν τοῦ χοροῦ, πλεονεκτεῖν δὲ αὐτοῦ ἐν τῇ μαθήματι καταλήψει οὐδὲ τῶν πρεσβυτέρων παραχωρῶν οὐδενί. Τῆς τοίνυν συλλογιστικῆς καὶ ἀναλυτικῆς καλῶς τῷ διδασκάλῳ σαφηνισθείσης, ὡς ἐπῆλθεν αὐτῷ καὶ εἰς τὰ τῆς ῥητορικῆς τοὺς ὀμιλητὰς ἐμβιβάζειν, πρὶν τινὰ δεῦτερον τῶν Ἀριστοτελικῶν βαθμῶν ἐπιχειρεῖν ἀναβαίνειν, ἐντανθα τούναντιον ἢ πρότερον περὶ τὸν ἐκεῖνοισι ἄριστον τουτονὶ ὑπῆρχεν ὄρῳ. Ἐν γὰρ ταῖς γυμνασιαῖς καθ' ἃς ἔδει γράφοντας ἐπιδείκνυσθαι τὴν περὶ τούδε τῆς ψυχῆς ἐπιτηδειότητα, πάντες μὲν αὐτὸν κρείτ-

A rica, et philosophia, aliisque disciplinis, quas maxime ambire ac nosse convenit homini; minime vero cognoscentes quid illæ sint, imo et si sint? quapropter tristitia et pœnitentia afficiebatur: et quidem justissima de causa, quoniam **6** patriam reliquerat, parentum amorem aspernatus erat, lacrymas eorum nihili fecerat, maria traxerat spatiosa, et difficilia, ac periculis plena, et tot terras percurrebat, et omnino contempserat vitam; ac deinde pro his omnibus tam magnificam tulerat mercedem, declinationes nominum callere, et vocabulorum formationes motionesque, et quomodo Tyndarici filia rapta fuerit, et Priami urbs ceciderit longo bello vexata propter amorem mulieris, et filii OEdipodis, in se invicem insanientes perierint, et alia quæcumque prolarum chorus quadam artis licentia fingit, et comminiscitur, ad voluptatem plerumque respiciens, parum autem veritatem curans.

Hæc, et cogitationes de reditu in patriam graviter ipsum turbabant. Et quidem redire statim, tametsi facile perspiceret suo conferre negotio, nunc illi erat difficillimum. Pedes enim oportebat usque Anaxam de novo iter agere. Præterea sumptus, qui non solum non erant illi ad iter per terram et mare, sed neque ad parvum et pauperem trium dierum victum, nemo foris suppeditabat, neque pro impendio auxilium præbebat. Itaque vexabat eum hæc inopia consilii, retinebatque ipsum Nicææ, uti vinculum. Deinde non multo post hæc tempore, magnam Byzantii urbem Deus Latinis auferens Græcis reddit (20). Cumque imperator intellexisset Acropolitam (21) (Georgium), qui tunc cæteris eruditione **7** præcellebat, moleste ferre quod litterarum squalor in hominum animis prævaleret, et hujus rei miseratione commotum velle pro virili operam suam præstare, civilibus ipsum curis liberavit, ac adjuvare permisit: seque ille paratum exhibuit iis omnibus, qui audire eum vellent, magistrum. Interpretabatur autem Aristotelis labyrinthos: sic enim obscuriora ejus dicta, et perplexitates appello, quibus documenta sua involvens, intellectu difficilem se reddit. Exponerebat etiam quæcumque Euclides et Nicomachus speculati sunt, quorum primus geometras, Nicomachus autem instruit arithmeticos: confluebantque ad ipsum non pauci, eruditionis amore pertracti. Festinavit igitur et iste chori illius novissimus, superari se in scientiarum assentione a provectiorum nemine permittens. Itaque syllogistica arte et analytica salis a magistro exposita, ut ei discipulos rhetorica imbuere in mentem venit, priusquam ad alium aliquem ex Aristotelicis gradibus (22) eos evehere inciperet, contrarium ac antea circa eum qui inter alios optimus erat, apparuit. In exercitationibus enim, quibus eos oportebat ingenii sui capacitatem scripto ostendere, omnes illo superiores erant, ipse vero nemini præstabat. Cujus rei fortasse causa erat,

quod is cum Aristotelicam philosophiam valde amaret, et huic se ipsum addixisset, Aristotelemque supra omnes alios philosophos honoraret, minus rhetoricam, industrius licet esset scriptor, audire curavit: adeoque ornate dicere, rhetoremque agere illi curæ non erat. Sed hoc illi curæ non fuit, donec ejus condiscipuli quiescerent, ac nondum apertis diceris morderent eum, ac veluti ad talia ineptum traducere. Postquam vero ii contra ipsum commoti sunt, et opprobrium ejus manifestum factum est, late sparso rumore; hunc non tulit ille insolentiam, seu potius contemptum, cum sui esset honoris amantissimus, et zelotypus. Huic studio se totum tradidit, sibi magistros constituens, non quos illi habebant, corrumpentes quod in rhetorica pulchrum est, et ipsarum dictionum gratiam, et atticismum, et venustatem, et quod est revera Græcanicum: sed antiquorum rhetorum clarissimos, et artis ipsius, ut ita dicam, inventores et patres. Brevi alios ex alio factus est, non amplius derisus ut antea, et contemptus ab iis quibuscum erat, sese in orationibus exercens, eas componens: ita ut multis videretur satis esse, pro omni alio istud exemplum æmulari. Si quid autem vere dignum laude et æmulatione huic auctori elucubrare circa eloquentiam contigerit, inquirere volentibus hæc syngrapha exhibebit: sic enim voco, qui præ manibus est, libellum. Cur vero operum numerum non auxerit, alii quidem aliam causam dicunt, et eam quilibet affert quam vult. Qui autem probe ipsam noverant, cum dicere vident tempus quietis revera brevissimum. Studia aggressus est, cum annum ageret vicesimum sextum; desiit vero natus annos tres ac triginta (23).

Postmodum vero hujusmodi opera elucubrare prohibuerunt partim de vita timores, quos illi et aliis multis intulerunt circa dogmata innovatio, et qui supervenit Ecclesiæ turbo (24), partim animi cura, in quas modo dicitur timoribus solutis, pertractus ei traditus est (25): secum reputans mirum fore, si vitam negotiis vacuum vivere possit, qualem philosopho, eique libero, convenire diceret. Ad summum patriarcharum conscendit thronum, seu, quod verius est dicere, pertractus est: hæc enim omnia præter ejus consilium circa ipsum peracta sunt. Et in tempora incidit dubia ex schismatiorum furore, et difficilia (26), qualia nunquam fuere, quibus metus omnis relaxatio cuique data (27) plerosque magnis malis affecit, suam singulis voluptatem, et gloriam, et beneplacitum querentibus pro eo, quod utile Deoque gratum est: et Ecclesiam omni tremore et perturbatione implevit, omnibus in ea imperare cupientibus, nemine autem se submittere, ac divinis parere legibus; ita ut verius esset illud Platonis dicentis, non omnibus expedire libertatem, utile vero esse aliquibus servire et vivere sub timore ad senectutem usque,

A τους ἦσαν, αὐτὸς δὲ ὑπέρτερος οὐδενός. Τὸ δ' ἴσως αἴτιον ὅτι τῆς περιπατητικῆς φιλοσοφίας ἄγαν ἐρῶν, καὶ ταύτῃ ἑαυτὸν ἐπινοήσας, Ἀριστοτέλιν τε ὡς οὐδένα φιλοσόφῳν ἐκθειάζων τῶν ἄλλων, ἤρτων τὴν ῥητορικὴν δεξιὰς καὶ λογογράφος ἀκούειν ἐφρόντιζε· καὶ γε αὐτῷ διὰ ταῦτα κεκομψευμένα ἐξαγγέλλειν καὶ ῥητορεύειν οὐκ ἔμελεν. Ἀλλ' οὐκ ἔμελεν, ἕως καὶ τὰ τῶν συμφοιτητῶν ἠρέμει, καὶ οὐπω πλατέως αὐτὸν σκώπτειν, καὶ διασύρειν ὡς ἀφύῃ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐξήγαντο. Ἐπειδὴ κεκίνητο, καὶ ὁ ὄνειδος λαμπρὸς ἦν ἐπὶ πολὺ τοῦ λόγου διαδομένου, ἠδ' οὐκ ἠνείχετο τοῦ φρονήματος, τῆ μᾶλλον εἰπεῖν τοῦ καταρρονήματος, φιλότιμος ὢν ἐς ὑπερβολὴν, ἅμα δὲ καὶ ζηλότυπος. Ἐπαρήσιν ἑαυτὸν τῆ μελέτῃ ταύτῃ, διδασκάλους προσησάμενος οὐχ οὕς ἐκεῖνοι τοὺς διαφθείραντας τὰ ἄλλα ὅσα καλὰ τῆ ῥητορικῆ, καὶ μόντοι τῆς λέξεως αὐτῆς τὸ χάριεν, καὶ Ἀττικὸν, καὶ σεμνὸν, καὶ ὄντως Ἑλληνικὸν, τοὺς δ' ἐπιφανεστάτους τῶν πάλαι ῥητόρων, καὶ τῆς τέχνης, ὡς εἰπεῖν, ἐφευρετὰς καὶ πατέρας· θάττον ἕτερος γέγονεν ἐξ ἑτέρου, τοσούτου οὐ διαγελώμενος ὡς τὸ πρότερον, καὶ περιφρονούμενος ἐν οἷς ἐτύγγανε λόγους ἐπιτηδεύων καὶ συντιθείς· ὥστε καὶ πολλοῖς δοῦναι ἀνθ' ἑτέρου παντός παραδείγματος ζηλοῦντα τοῦ δὲ ἀρκεῖν. Εἰ μὲν οὖν καὶ ζήλου ταῖς ἀληθείαις ἄξιον καὶ λόγου περὶ τοὺς λόγους ἐξεγένετο καταρθῶσαι τῷ συγγραφεῖ, ἥδε που παραστήσει τοῖς ἐξετάζειν βουλομένοις ἢ συγγραφῇ. Καλῶ γὰρ οὕτω νῦν τὴν ἀνά χειρας πυκτίδα. Τοῦ δὲ εἰς πολὺν τὸν τῶν πονημάτων ἀριθμὸν μὴ ἐκτεῖναι ἄλλοι μὲν ἄλλῃν λέγουσιν αἰτίαν· καὶ γὰρ λέγουσιν ἦν ἕκαστος βούλεται· αὐτὸν δὲ φάσκειν φασὶν οἱ γ' ἀκριβῶς ἐκεῖνον εἰδότες, τὸν χρόνον εἶναι βραχύτατον ὄντα τὸν τῆς ἀνέσεως. Ἐπέθελε μὲν οὖν τῆ σπουδῇ ἕκτον καὶ εἰκοστὸν ἔχων ἔτος· ἔληξε δὲ τριακοστὸν ἄγιον καὶ τρίτον.

Τὸ δὲ ἐξῆς τοιαῦτα πονεῖν, τοῦτο μὲν οἱ περὶ τὸ ζῆν ἀπειρῆσαν φόβοι, οὗς αὐτῷ τε καὶ πολλοῖς ἑτέροις ἢ περὶ τὰ δόγματα καινοτομία, καὶ ἡ τῆς Ἐκκλησίας ἐπέστησε ζῆλος, τοῦτο δὲ καὶ ἡ τῶν ψυχῶν φροντίς, εἰς ἣν τῶν εἰρημένων αὐτίκα φόβων λυθέντων, ἔλκεται καὶ παραδίδοται· καὶ ταῦτα εἰδὼς ἐν ἑαυτῷ βίον ἀπράγμονα τοῦ λοιποῦ ζῆσεσθαι θαυμάστον, οἷον ὁποῖον ἂν καὶ φιλοσόφῳ εἴτου ἐλευθέρῳ φήσεις προσήκειν. Εἰς γὰρ τὸν ὑπέρτατον τῶν patriarchῶν ἀνεληλυθὸς θρόνον, ἢ τὸ γ' ἀληθέστερον εἰπεῖν ἀνελευθεῖς, πάντα γὰρ ταῦτα παρὰ πραγμασίαν τὴν αὐτοῦ ἐπράχθη περὶ αὐτὸν. Καὶ καιροῖς ἐντετοχτικῶς (ἐντετοχητικῶς) ἀνωμάλοις ἐκ τῆς τῶν Σχισματικῶν μανίας, καὶ δυσχερέσιν, ὁποῖοις ἄλλος οὐδέποτε, καθ' οὗς ἀνεσις δειλίας ἀπάσης παντὶ δοθεῖσα, τοὺς μὲν πλείστοὺς κακίαις μεγάλαις ὑπέξευξε, τὴν ἑαυτοῦ τινα ἕκαστον ἠδονὴν καὶ τιμὴν καὶ ἀρέσκειαν πρὸ τοῦ συμφέροντος καὶ τοῦ τῷ θεῷ δοκοῦντος ζητοῦντα, τὴν δὲ Ἐκκλησίαν πίστεως ταραχῆς καὶ ἀταξίας ἐνέπλησε, πάντων ἄρχειν ἐν αὐτῇ, καὶ νομοθετεῖν ἀγαπώντων, ἄρχεσθαι δὲ καὶ θεοῖς νόμοις ὑποτάττεσθαι οὐδενός· ὡς συμβάλειν καὶ μάλα ἀληθὲς τὸ τοῦ Πλάτωνος εἶναι, μὴ πᾶσι



λυσitelῆ τὴν ἐλευθερίαν λέγοντος εἶναι, συμφέρειν δὲ τισι τὴν δουλείαν, καὶ ὑπὸ φόβον ζῆν μέχρι γήρωσ αὐτοῦ καὶ θανάτου. Ἄλλ' οὖν ἐν τοιαύτῃ συγχύσει πραγμάτων εἰς τὸ μίσην συνασθεῖς, εἴς τε τὴν ἀρχὴν, ὡς εἰς ἄλλην τινὰ δυστυχίαν, ἐξ εὐδαιμονίας καὶ μακαρίας ζωῆς ἀποπεπτωκώς, καὶ ἀφύκτοις ἀνάγκαις ὑποζυγεῖς, αἷς τὴν ὑποπεσοῦσαν ψυχὴν οὐκ ἂν ἐγὼ ποτε λόγους ἀξιόλην ἀποτίκτειν γενναϊότερους ὥσπερ οὐδ' ἀνθρώπων τὸν ὀρομικιώτατον τρέχειν σιδήρῳ πρὸς ἀσφάλειαν διειλημένον τοῦ πόδας. Καὶ ἄκων τοῦ συντάττειν ἐπέβαστο. Τοῦ μὲν τοίνυν μὴ πολλοὺς εἶναι τοὺς λόγους αὐτοῦ ταῦτα τὰ αἴτια. Καὶ πρὸς τοῦτοις αἱ ποικίλαι τοῦ σώματος νόσοι, καὶ μάλιστα γὰρ αἱ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς οἱ ἤσκησαν αὐτὸν, καὶ ἐς τὸ χαλεπώτατον ἤγαγον αἱ τε ἀρχῆθεν ὑδροποσίαι, ἐπειδὴ τὴν τοῦ οἴνου χρῆσιν ἐξ αὐτῆς γενέσεως ἀπεστρέφετο, καὶ οἱ περὶ τὸ μετεγγράφειν τὰ τῶν πάλαι σοφῶν ἐκπονήματα πόνοι. Ἔτυχε γὰρ ὁ ἀνὴρ καὶ πέντης εἶναι, καὶ τῶν βιβλίων κατακέρως ἐρῶν. Ἔτυχε δὲ καὶ περὶ τὸ γράφειν μετρίως, ἀγαθὰς ἔχων τὰς χεῖρας. Καὶ ἐπειδὴ περὶ χρήμασιν οὐκ ἦν τὰ φίλτατα κησασθαι, τοῖς ἰδίῳ ἰδρωσιν ἐκτῆσται. Καὶ βιβλίων ἀντιγραφῆς γέγονεν, ὅσον οὐδ' εἴς σχεδὸν ἕτερος τῶν λόγων φημί μετιόντων. Τοῦ δὲ μὴ πάντας τῆς αὐτῆς εἶναι σπουδῆς πρόδηλος οἶμαι ὁ λόγος. Καὶ γὰρ ὅπερ ἐπὶ τῶν βαναυσικῶν ὀρῶμεν, τοῦτο δὲ κἀνταῦθα λογιζέσθαι δεῖ. Ἐκείνους μὲν γὰρ προῖων ὁ τῆς ἀσκήσεως χρόνος βελτίω τῶν προηγησάμενων τὰ μετὰ ταῦτα δείκνυσιν ἔργα. Καὶ λογογράφους τοίνυν, καὶ ῥήτορας τὰ ἐν γήρῳ πονήματα γενναϊότερα ἂν εἴη τῶν ἐξ ἀρχῆς. Διὰ τοῦτο καὶ τῶν ὑποκειμένων ἕσα μὲν σπονδαῖα, τῆ ἀκμῇ λογιστέα· ἂ δὲ μὴ τοιαῦτα, τῆ νεότητι προσνεμητέα, καὶ τῆ ἀτελεῖ τῆς ἀσκήσεως. Ἦ γὰρ μὴν εἶδη τοῦ λόγου εἶτ' ἀρίστα κέκριται παρ' αὐτῶν, εἶθ' ὡς ἑτέρως, καὶ ὡς ἀπανταχοῦ ἀγωνιστικός ἐστι, καὶ σχημάτων ἐξαλλαγῆς αὐτῶν μέλει, μέλει δὲ καὶ εὐκρινείας, μεγέθους, σεμνότητος, γοργότητος, καὶ τῶν τοῦ ἥθους καλῶν μετὰ τινος εὐρυθμίας, καὶ συνήχης οὐκ ἀγεννοῦς, ἐγὼ μὲν οὐκ ἐρῶ, μὴ καὶ εἰς μῆκος ἐκτείνω τὸν λόγον, μὴ καὶ τάνδρ', ἴσον δ' εἰπεῖν ἑμαυτῶν, χαρίζεσθαι δάξω. Ἐμαυτὸν γὰρ ἐκεῖνον ἠγῆμαι, καὶ καλῶ, τῆς ἄκρας ἡμῶν ἐνώσεως τοῦθ' οὔτιο καὶ λέγειν ἀσφαλῶς καὶ φρονεῖν δεδιωκυίας. Κἂν τις ἄρα περὶ τῶν ἐκεῖνου χρηστόν τι, ἢ καὶ θάτερον μαρτυρῆ, εἰς τὰ ἑμαυτοῦ καὶ τὸ σκῶμμα, εἰς τὰ ἑμαυτοῦ καὶ τὸν ἔπαινον φέρειν φημί· ὥστ' ἐμοί γ' οὔτω τὰ πρὸς ἐκεῖνον ἔχοντι πρέπον ἢ εἶη, σιγῆν. Ἢ δὲ που πικρίας, ὅπερ καὶ ἀνωθεν ἔφην, καλῶς τὸν πατέρα τοῖς ἀναγινώσκουσι δείξει, ὥστε προσεκτεῖν αὐτῇ τοῦ λοιποῦ. Καὶ ὡς ἂν αὐτῇ δώσει κρίνειν, οὔτω καὶ περὶ τῶν εἰρημένων τὴν ψῆφον ἐξενεκτέον.

**A** **10** et mortem. Itaque in hac rerum perturbatione prodians in medium, et in principatum veluti in aliud quoddam infortunium, e felicitate et beatitudine vite excidit, et inevitabilibus necessitatibus subjectus est, in quas animus cum incidit, non posset, ut ego quidem puto, nobiliores promere orationes : quemadmodum neque homo, etsi ad currendum aptissimus, currere valet, pedibus ferro firmiter trajectis. Invitus cessavit a componendis orationibus. Et hæc est causa, quare non multi ejus exscent sermones (28). Adde varios corporis morbos et præsertim capitis (29), qui illum excucere : difficillimumque in statum adduxerunt eum potus aquarum a pueritia, quoniam a nativitate vini usum fastidiebat : et labores (*adite*) in transcribendis veterum sapientum lucubrationibus impensus (30). Erat enim vir, et pauper, et librorum cupidissimus : scribebatque satis concinne, optima ad id præditus manu. Et quoniam pecuniis non posset quæ sibi erant charissima possidere, propriis sudoribus acquirerebat. Unde evasit librorum exscriptor qualis nemo ferme alius inter eos fuit, qui litteras, inquam, liberales amant. Quod autem orationes ejus non omnes ejusdem essent studii ac diligentie, causa, ut puto, manifesta est. Quod enim in artibus mechanicis videmus, idem hæc etiam in re existimandum est : procedens enim in exercitatione tempus meliora **11** præcedentibus manifestat opera posteriora. Sic scriptorum et rhctorum seniles lucubrationes nobilitate præstant juvenilibus. Propterea ex subjectis opusculis (quæ in hoc volumine continentur) ætatis robori quæ probata sunt, ascribi debent : quæ vero non sunt talia, ea juventuli sunt tribuenda, et exercitationis defectui. Ad orationis formam quod attinet, sive optima penes ipsum judicata est, sive aliter, ea ubique veluti pugna est, et certatoria. Figurarum varietatem curat ille : curat distinctionem, sublimitatem, gravitatem, concitationem, et quod in affectibus decorum est cum quadam concinnitate, et vocum copulatione non ignobili. Ego vero non dicam, ne prolixius sermonem protraham, et ne viro videar æque ac mihi ipsi gratificari. Illum enim reputo me ipsum (31), et voco propter summam nostri unionem, quæ facit ut hoc necesse dicam, et cogitem. Si quis igitur de illo vel quid boni, vel contrarium perhibeat, in me ipsum et dieterium ferri et laudem dico : ita ut mihi, qui erga ipsum ita me habeo, tacere conveniat. Libellus hic autem, ut etiam superius dixi, patrem suum probe lectoribus ostendet (32) : unde quoad reliqua, ipse adeundus est. Et quemadmodum dabit ipse (libellus) ut judicetur, ita suffragium de hucusque dictis ferendum est.

## 12 NOTÆ HISTORICÆ,

CHRONOLOGICÆ ET CRITICÆ

IN SUPERIOREM GEORGII SEU GREGORII CYPRII VITAM.

(1) *Gregorii*. Hoc ille appellatus est nomine, cum monachum induit, antequam ad urbis regis patriarchalem thronum promoveretur: dictus vero sacris in undis *Georgius*. Pachymeres in Andronico Palæologo, libro 1, capite 22, sic ait: *Hoc Gregorii nomen Cyprio insederat, ex Georgio mutatum, cum professionem in præparatione patriarchatus assumeret monasticam.*

(2) *Res suas continens*: τὰ κατ' ἑαυτόν. Leo etiam Allatius in Diatriba de Georgiis ex Roberto Constantino sic refert: *Item de vita sua et Epistolæ numero 166. Addit Allatius: An opus hoc de vita, inquit, diversum est ab Epistolis, vel Epistolis ipsis suam vitam exprimit? Mihi adhuc incertum est. Jam certum vero, ab Epistolis diversam esse Vitam hanc Georgii, seu Gregorii Cyprii, ut ex nostro codice patet, et ex Vindobonensi apud Nesselium. Is in Catalogo bibliothecæ Cæsareæ, seu Vindobonensis parte v, codicem 101 recenset: « Epistolæ, inquit, centum nonaginta et una, cum incerti cujusdam auctoris synchroni, cujus nomen ob aliquot foliorum defectum ignoratur, Præfatione, continente Vitam, seu potius laudationem ejus. » Integra in nostro codice hæc prostat Præfatio, seu potius sermo *De vita sui ipsius*, pluribus opusculis plurimisque epistolis uno in volumine collectis præmissus. Dubitatio ingeri nulla potest, quin ejusdem sermonis ipse *Georgius*, vel *Gregorius Cyprius* auctor sit: inscribitur nempe *De vita sua, sive de iis quæ ad seipsum pertinent*. In calce opusculi hæc habentur de auctore: Μη καὶ ἀνδρὶ, ἴσον δ' εἰπεῖν ἑμαυτῷ, χριζεσθαι δόξω· ἑμαυτὸν γὰρ ἑκείνον ἠγγημαι, καὶ καλῶ τῆς ἰκρας ἱμῶν ἐνώπεως; *ne videar viro æque ac mihi ipsi gratificari. Illum enim repulo meipsum, et voco propter summam nostri unionem*. Ipse nempe Gregorius, qui vitam sui ipsius eoribebat, sequæ auctorem quodammodo eclaro voluit, manifesta tandem seipsum prodit.*

(3) *Ei qui librum hunc concinnavit, patria fuit Cyprus insula*. Hinc vero dictus ille *Cyprius*. Urbs insulæ, aut locus occurrit nullibi, ubi natales habuerit. In textu Græco legimus: Πατρις μὲν τῷ 13 συνταχόντι τὴν βίβλον Κύπρος ἢ νῆσος· *Cyprus insula fuit huic patria, qui librum concinnavit, coordinavit*. Librum intellige volumen, in quo Georgius opuscula sua plura, suasque plurimas epistolas una simul collegerit. Ad Epistolarum collectionem quod allinet, hæc idem Georgius habet in epistola ad magnam logothetam, quæ in codice numeratur 155: Ἐπιστολὰς τὰς ἑμαυτοῦ, ἀλλοθεν ἄλλην, ὡς ἂν οἷός

τε συλλέγων, καλλιγραφεῖν δίδωμι, βουλόμενος αὐτὰς εἰς ποικίον ἔχειν ἀθρόας, *Epistolas meas, aliam aliunde colligens, ut potis sum, eleganter describendas trado, eas volens in libello collectas habere*. Volumen istud, quo utor, et ea singula quæ in ipso continentur, diligentius infra recensenda sunt.

(4) *Patres vero et avi*, etc. Hæc verba, cum aliis conjuncta quæ sequuntur, ut postea adnotabimus, videntur satis indicare, ex illustri fuisse genere Cyprium, itemque Græcum hominem, et ex parentibus Græcis natum. Leo Allatius, *De Ecclesiæ Occidentalis atque Orientalis perpetua consensione*, lib. II, cap. 15, num. 12, Georgium Cyprium vocat *Latinum* scribentem contra *Latinos*. Id unum refert in Diatriba de Georgiis, *eundem apud Italos natum et adultum, sese postmodum inter Græcos coniecisse*. Sed iterum in Hottingero, capite 19, pag. 478, ipsum asserit, *Latinis parentibus ortum*. Nihil hæsitantes *Latinis* ipsum parentibus in *Cypro* natum, enarrant Guillelmus Cave in *Historia Litteraria* ad annum 1284: Casimirus Oudinus in *Commentario de scriptoribus ecclesiasticis* tomo III, ad annum 1280, et Michael Lequienus in *Oriente sacro*, tomo I, in patriarchis Constantinopolitanis. Nota mihi non sunt hujusce rei probata monumenta. Joannes Beccus, ex patriarchatu regis urbis exsul Prusam missus, contra Georgium vel Gregorium sic aiebat apud Pachymerem in Andronico, libro 1, capite 34: *Me Romanum (seu Græcum) hominem, e novæ Romæ (Constantinopolcos) civibus natum, aversumini: interim dum pro patriarcha veneramini ἀνδρα δὲ παρ' Ἰταλοῖς γεννηθέντα τε καὶ τραφέντα, virum apud Italos (seu Latinos), natum et adultum* (in insula scilicet Cypro, cui reges Lusiniani dominabantur). Petrus Possinus ea verba sic reddit: *Cyprium advenam, in ea Latinæ ditionis insula e Latinis genitum*. Sed, apud *Latinos*, verior est interpretatio. Ortus ejus, et educatio in Cypro, Latinæ ditionis insula, ansam dedit rumori, qui ex Latinis parentibus natum ferebat. Ex ea origine vulgares alias suspiciones prodixisse, adnotat Nicephorus Gregoras libro VII, capite 1, num. 7, *Ex prætextu*, inquit, quod *viginti natus annos, e Cypro ad Romanos mores se contulisset, et . . . locum dedisset vulgo suspicandi, lectoris ordinem ei collatum fuisse 14 a Latinis*. Textus Græcus, χειροθεσίαν παρὰ Λατίνων ἐδέξατο, redditur, *a Latinis*, ut diversa evincit constructio cum genitivo apud Grægoram, cum dativo apud Pachymerem.

(5) *Servire Barbaris Latinis*. Notum cuique, cæ-

teros populos vocari a Græcis consuevisse *Barbaros*. Ducangiam consule in ea voce Latina. Italos intellige Latinos, qui Cyprum insulam sub regibus Lusinianis incolebant. Montfauconius in *Diario Italico*, p. 14, codicem Leonis Sapientis recensens κατὰ Ἰταλῶν, vertit *contra Italos*, id est *contra Latinos*, ut Antonius Maria Salvinus adnotavit ad oram ejusdem Diarii, quo utebatur. Vide Symbolas litterarias Florentiæ editas vol. VI, opusc. vi, p. 44. Cyprii initium regni enarrat Guillelmus de Nangis in Chronico apud Dacherium in Spicilegio, tomo III, in fol. ad annum 1191, his verbis: *Richardus vero rex Angliæ cum ratibus et galeis post regem Franciæ de Sicilia movens, venit in Cyprum: ibique inventiens quemdam pseudo-imperatorem insulæ dominantem, ipsum cepit: Cyproque sic subjugata, gente sua eam munivit. Et ad annum 1192: Richardus rex Angliæ vendidit insulam Cypri Guidoni (Lusiniæ), quondam Jerusalem regi: qui rex fuit ibidem constitutus. Pseudo illum imperatorem, qui Cypro dominabatur, Isaacium Comnenum vocat Nicetas Choniata libro II *Annalium*, in fine. Quis ille fuerit, et quando insulam cepit, narrat idem Annalista, libro I: *Erat vir quidam nobilissimus, inquit, nomine Isaacius, Isaacii Sebastocratoris, quem fratrem fuisse Manuelis diximus, ex filii nepos. Is Armeniæ vicinisque locis Romanæ ditionis, et Tarso a majore patre Manuele præpositus, commisso cum hostibus Armeniis prælio captus, Manuele (imperatore), jam defuncto (anno 1180), in custodiam datur. In qua cum longo tempore fuisset... tandem redemptus commodum in patriam reditum habuit Andronico redemptionis adjutore (qui usurpatum Aloisio imperium solus anno 1183 administrare cœpit, et anno 1185 occisus obiit). Isaacius, cum Andronico cedere, ac in patriam redire nollet... sed imperare, quam imperio carere mallet... Cypro cum magna manu occupata, principio se pro legitimo præterea qui ab imperatore missus esset, gerit litteris ostensis imperatoris, quas ipse composuerat... verum non multo post se tyrannum professus est. Hanc itaque insulam, quam Andronicus imperator, ac successor ejus Isaacius Angelus, eripere tyranno non potuero, subjugavit Richardus rex Angliæ anno 1191, sibique venditam tenere reges Lusiniæ. Varias, quæ acciderunt, insulæ Cypro calamitates narrat Neophytus presbyter (monachus et inclusus apud Cotelerium in *Monumentis Ecclesiæ Græcæ*, tomo II, 15 pag. 457. Guidoni Lusiniæ primo Cypri regi anno 1194 successit Almericus. Hunc exceperit anno 1205, Hugo I; anno 1218, Henricus I; anno 1253, Hugo II; anno 1267, Hugo III; quos hoc loco satis est enumerasse.**

(6) *Novem omnino excesserat annos. Sua in patria grammaticæ rudimentis in Latinorum, ut videtur, scholis operam dedit Georgius, ut infra dicendum. Novem ætatis annos cum expleisset, alio missus est, nobilo et acre ingenium, cujus specimina dederat, excoltura. Id accidisse anno circiter 1250, adeoque*

anno circiter 1241 natales habuisse Cyprium, inferius dicemus. Insulæ dominabatur Henricus I.

(7) *In Callinicensium urbem militatur.* In Græco textu legitur: εἰς τὴν Καλλινικισίων. Vox ista Græca non occurrit in lexicis geographis quæ licuit evolvere. Intelligi Nicosiam puto, quæ et *Leucostia* nuncupata: civilem insulæ metropolim sub regibus Lusinianis: itaque ecclesiasticam, archiepiscopatu ex Salamina Famagustam, et ex hanc translato Nicosiam. Lequienum consule in *Oriente sacro*, tomo III, pag. 1202. Hanc primus archiepiscopalem tenuit sedem Durandus: tum anno 1211, vel ipse Durandus iterum legitime electus, vel Anonymus quidam: anno 1213, Eustorgius; anno 1240, Elias; et anno 1250 vel insequenti, Hugo. Sedente Hugone, statutum ab Alexandro IV, summo pontifice, anno 1260, latum est, quo indicebatur: post Germani Græci archiepiscopi obitum, sive cessionem, nullum deinceps metropolitam Græcum in ejus locum ordinandum esse: et quatuor solummodo episcoporum Græci ritus fore sedes, Soliensem in diocesi Nicosiensi, Arsinoensem in Paphensi. Carpasiensem in Famagustana, et Leucarensis in Nemosiensi. Quo Nicosiam appulit Georgius tempore, metropolim ecclesiasticam tenebat Elias, aut Hugo. Henricus Hilarius, in notis et additionibus ad Philippum Cyprii Chronicon Ecclesiæ Græcæ, adnotat. *Georgium e Cypro studiorum gratia in Italiam navigasse, et in Græciam postea rediisse.* Errore sine dubio captus est, verba illa non intelligens, quæ a Joanne Bece dicta legebat, Cyprium scilicet κατὰ Ἰταλοῖς, apud Italos, in est Latinos, adalium. Vide etiam infra notam 16.

(8) *Sexagesimum ad eos usque fluxisse annum, ex quo in alterius lingue homines insulæ dominatio transierat.* Eam scilicet anno 1191 subjugavit Richardus rex Angliæ: ibique regnum instituit Guido Lusiniæ anno insequenti. Hinc sexagesimus, qui hoc loco ab insula subjugata a Latinis numeratur annus cum anno vulgaris æræ 1250 concurrat. Cyprius novem tunc ætatis annos natus erat: unde suos anno circiter 1241 natales habuit.

(9) *Secunda, ut aiunt, navigatione Romanorum scholas auit, ubi grammatica tradebatur, patria Latinorum lingua. Παῖδες τῆς Ῥωμαίων, scholæ Romanorum, seu Romanorum.* Græcos ipsos, præcipue Constantinopolitanos, a nova Roma Constanti-nopoli frequentius dictos *Romæos* et *Romanos*, notum est. An ergo Cyprius in Græcorum disciplinam se Nicosiæ tradiderit? Repugnant aperte, quæ sequuntur. Scholæ dicuntur, in quibus *grammatica κατὰ τὴν πατριῶν Λατίνων φωνὴν, secundum patriam Latinorum linguam*, docebatur. Mediocris, aut ferme nullus in his gymnasiis profectus *causa additur τῶν διδασκάλων φωνὴ ἀλλόθρου, καὶ νόθου, magistrorum vox insuetu, et peregrina, seu spuria.* Hinc addiscendi maxima exponitur difficultas, cum opus esset, *vocabula primum intelligere.* tum quæ subjectæ vocabulis res essent. Nullus dubito, Latino-

rum scholas frequentare, cum Græcorum nullæ forent, coactum fuisse Georgium Cyprium. Quo utique sensu Joannes Beccus loco superius citato nota 4 niebat: ipsum κατ' ἰταλοῖς, apud Latinos natum esse, et adultum. Carolus Du Cange in Glossario ad scriptoris mediæ et infimæ Græcitalis, in voce Ῥωμαῖος adnotat: *Latinum* ea significari in *Glossis Græco-Latinis*: et *Latinam linguam* dici Romanam in Novella XXI Justiniani, capite 1, § 2, ac ipsius demum Justiniani ætate nondum invaluisse, ut Græci, maxime Byzantini, recepta appellatione Romani appellarentur. In hominis Cyprii vita Romani dici merito potuerant Latini, qui insulam incolebant. Hoc significato vocem illam, de ipso Cyprio agens usurpat Gregoras, libro vi, capite 1, num. 7: *Contendebant, inquit, quod viginti annos natus, Κοπροθεν τοῖς Ῥωμαίων ἐπιδημήσας ἦθετι, καὶ Ἀστυνικῶν ἰθῶν ἔστιν ἂ ἐπαγόμενος, R. Cyprio ad Romanos mores se contulisset, et ad Latinorum instituta adductus.*

(10) *Umbra grammatica videbatur, non ipsa arte potiri. Causa erat... et cetera magistrorum vox, et spuria.* Græcum hominem hæc sætis indicant, et Græce loquentem: qui Latinorum magistrorum patriam linguam magna cum difficultate intelligeret, eoque linguæ genere traditas disciplinas assequi non posset.

(11) *Ad Patrios laves, quindecim natus annos reversus est.* In Latinorum scholis Aristotelicam logicam nullo fere profectu audiverat: utpote qui ex illis esset, qui verba non intelligunt, quibus mathematica traduntur, τῶν φωνῶν ἀπὸ τῶν ὡς ἐλάχιστα ἐπὶ ζῶντες. Quod ipse propterea studium fastidians, neque meliora litterarum documenta sperans, redit in patriam anno ætatis decimo quinto, et ætæ vulgaris circiter 1255.

(12) *Liberatum disciplinarum desiderio tenebatur:* Λόγων δὲ 17 ἐπεθύμα: μὲν. Ab his verbis incipit Vindobonense mutilum opusculum apud Nesselium parte 5, codice 101. Vide notam 2.

(13) *Hujusmodi ex desiderio, cum quiescere non permetteretur.* Hactenus prima, ac levia, eruditionis et elegantis in scribendo, quam postea acquisivit, specimen. Ampliorem profectum cepit ex lectione antiquorum rhetorum (ut inferius narratur), et artis ejus inventorum ac patrum; dictionemque gratiam assecutus est, et atticismum, ac venustatem, et quod revera Græciticum est. Ob hæc ornamenta ipsum laudibus celebrat Nicephorus Gregoras, lib. vi, capite 1, num. 5, utpote qui elegantes Græcæ litteraturæ numeros, et Atticam illam linguam, longo jam tempore oblivionis gurgite demersam, ingenii deceleritate, ac singulari studio in lucem produxit, ac velut ab inferis revocavit.

(14) *Nicæam mitti ad scholas.* Proficiendi causa, iter cogitabat Nicæam in Bithynia. Ex sede, quam post captam anno 1204 a Latinis Constantinopolim, ibi locaverant imperatores Græci et patriarchæ Constantinopolitani, facile sibi suadebat doctissi-

mis viris ac magistris abundare urbem illam. Augusta re familiari, nimioque parentum amore, iter aggredi prohibitus est.

(15) *Duorum annorum tempus... Natum viginti annos discessisse Georgium e Cypro,* narrat Gregoras, lib. vi, capite 1, num. 7. Hunc ejus e patria discessum sub oculos habebat Ephræmius Constantinopolitanus, qui apud Allatium, in Diatriba de Georgiis, et apud Bandurium, lib. viii in *Antiquitates Constantinopolitanas*, tomo II, sic ait: *Patria paternaque domo a prima ætate extorris eruditiorum ac mathematicum amore flagrans, ad Constantinopolim urbem se (demum) recepit.* Discessum hunc et insequentes perigrinationes hiæ describit verbis Joannes Beccus apud Allatium in *Græcia Orthodoxa*, tomo II, oratione 1 num. 1: *Pestis hæc per mare antea vagans, et palans, ad nos tandem deflexit.* Post amissam anno 1187 a Latinis Hierosolymam, regnum Jerusalem sedes fuit Ptolemais, dicta etiam Acon, Italis Acri, Gallis Saint-Jean-d'Acree. Hanc Saraceni anno 1201 eripuerunt Christianis. In eam prima provehitur navigatione Cyprius. Cum viginti annos, teste Gregora, natus esset; id accidisse dicendum est anno æræ vulgaris 1500. Item sacram ibidem administrabat hoc tempore Florentius episcopus. Lequienum consule in *Oriente sacro*, t. III, col. 1335.

(16) *Inde Aneam Asiæ... et inde Ephesum pervenit.* Stephanus 18 Byzantius *De urbibus et populis*: Ἀνεα, Ἀνεα... urbs Carie e regione Sami. Hanc olim fuisse urbem, Thucydidi memoratum, in notis animadvertitur. An ergo Cyprius locum indicet, ubi olim Anea?

(17) *In vicinia habitare Blemmydam...* Nicephorum Blemmydam norunt omnes virum inter Græcos celeberrimum, apprime disciplinis excultum omnibus, et catholico de processione Spiritus sancti a Patre et Filio, seu per Filium, addictissimum dogmati. In *Ephesi vicinia*, ἐν γαστρῶν οἰκῶν, degisse ipsum in monasterio, testatur auctor. Vitæ quam illustramus. Diligentius alii discutiant, an idem monasterium dici debeat, quod ab ipso erectum sacrumque fuit Θεῷ τῷ ὄντι, Deo qui est, a Pachymere memoratum in Michael Palæologo lib. v, capite 2?

(18) *Abiens Epheso.* Paria sunt quæ Pachymeres narrat libro II, cap. 24: *Nisum opportunum imperatori est (Michaeli Palæologo), transmissio Hellesponto, in nuper captam Selybriam (urbem Thraciæ, Byzantio xxxv M. P. distantem in occasum) se conferre; ibique ex propinquo consilia capere, rationesque intrare urbis potiundæ (Constantinopoleos).* Et capite 20: *Copias multis variisque collectis in unum, Galatam (suburbium Constantinopolis) aggressus est.* Haud operæ dispendium fuerit Georgii Acropolitæ verba referre num. 83: *Imperator Michael Palæologus), appetente vere, Constantinopolim comit...* *Galatæ oppidum oppugnabat.* Et num. 84: *Hellespontum trans abiit... Cum*



vero ætas præterlapsa fuisset, necnon autumnus excurrens . . . inde discessit. Hæc anno 1260 acciderunt, ac etiam ineunte anno 1261. Hisce bellicis motibus se Georgius Cyprius interfuisse testatur : at regis castris relictis, Nicæam revertitur, ad quam e Cypro impulsus fuerat ut egregiam literis addiscendis operam ibi poneret.

(19) Hoc quomodo aliter accidit ! Sapientes viros, ac magistros, quos perquirebat, non invenit Nicææ : ita ut reditum in patriam cogitaret, ut infra narratur

(20) Deinde non multo post hæc tempore, magnam Byzantii urbem **19** Deus Latinis auferens, Græcis reddit. Receptæ urbis epocham accuratissime assignat Georgius Acropolita, vicissimam quintam diem mensis Julii indictionem quartam, et annum ab orbe condito  $\alpha\psi\zeta\theta'$  sexmillesimum septingentesimum sexagesimum nonum. Annus est æræ vulgaris 1261, quarta prædicta insignitus indictione. Annum præcedentem 1260 exhibent Græci codices non pauci apud Joannem Boivinum in notis ad librum iv Nicephori Gregoræ : sed alii ab eodem Boivino ibidem recensentur, Acropolitæ consentientes. Epocham confirmat codex alius, quem ipse memorat vir doctissimus, ubi solemniter Michaelis Palæologi in urbem receptam ingressus intelligatur cum die 15 mensis Augustini anni sex millesimi septingentesimi sexagesimi noni, vulgaris æræ scilicet 1261. His adherentes refert Spondanus Latinos scriptores Guillelmum Nangium, monachum Patavinum, continuatorem Parisii, Marinum Sanutum, cognomento Torsellum. Celeberrima tamen in hac epocha constituenda mirum est, tam varias scripturam fuisse sententias, qui annum definiunt vel 1259, vel 1260, ac etiam 1262. Hunc annum constituit Sethus Calvisius in opere suo chronologico. Michael Lequienus in *Arsenio iterum* patriarcha Constantinopolitano refert chronicas notas solemniter in urbem regiam ingressus ; mensem Augustum, diem 15, indictione 4, et annum 669 (676) additque hæc verba, annum scilicet Christi 1262. Sed error typorum fuerit, quorum mendum aliud cubat in annis mundi 6669. Quin imo in *Pantuleone Justiniano*, Latino patriarcha, annum effert ille 1261, quo (inquiens,) juxta exactiores chronologos a Græcis recuperata est urbs regia.

Verum enimvero hæc anni 1262 epocha, quam ab aliquibus definiunt cum Spondano adnotavimus, oriri fortasse potuit ex ea methodo, quam ad annos æræ Constantinopolitanæ connectendos cum annis æræ vulgaris nonnulli tradunt chronologi. Hæc de re mihi liceat paulo fusius pertractare. Gulielmus Beveregius in Institutionibus chronologicis lib. ii, capite 11, sic docet ; Num. 9 : *Civilis Græcorum æra est, quæ a mundi primordiis ad Christi Nativitatem annos 5508 completos numerat. Num 10 : Annus hujus æræ 5509 incepit anno primo æræ Christianæ . . . a Kalendis Septembribus. Num 11 : Anno hujus æræ proposito, subtrahere 5508, residuus est annus æræ Christianæ, quo currente capit*

(a Kalendis Septembris propositus ejusdem æræ annus) Exemplo rem declarat : Si scire velim, in quotum annum Christi conveniat v. g. annus mundi 6428, ex 6428 subduco 5508, residuum est 920. Ergo anno Christi 920 annus hic mundi 6428 incipit a Kalendis Septembris, Porro si 6428 **29** partiatis per 15, residuum est octo : ergo indictio erit octava. Hanc igitur juxta regulam si anno proposito 6769, quo recepta fuit Constantinopolis, detrahas annos 5508, residuus 1261 est annus æræ vulgaris, quo currente dicendum foret, cœpisse a Kalendis Septembris annum illum 6769. Quoniam vero capta mense Julio fuit urbs regia, id omnino transferendum esset ad annum æræ vulgaris insequentem 1262, ad quem pertinet Julius mensis anni Græci qui a Kalendis Septembris in anno 1261 incepit.

Non ita se res habet. Exactiorem veramque tradit regulam Ricciolius, libro ii Chronologiæ, capite 2, inter canones pro usu tabularum, canone II. » Si anni sunt pauciores annis 5509, illos his subtrahere, et habebis annos ante Christum, inchoatos a Kalendis Septembris anni præcedentis. Exempli gratia : datur anni mundi Constantinopolitani 5508 ; hos subtrahere annis 5509, restabit annus 1 ante epocham Christi, inchoatus tamen a Kalendis Septembris anni ante epocham Christi, a quibus incipit annus 5509, concursurus per octo menses ultimo sui cum prioribus octo mensibus anni primi epochæ Christi. At si anni dati sunt 5509 vel plures, subtrahere illis annos 5508, et habebis annos Christi concurrentes a Kalendis Januariis usque ad sequentis Septembris Kalendas. Exempli gratia : datur annus mundi 5509, illis subtrahere 5508, restat annus primus Christi, concurrentem cum mundi anno 5509, usque ad diem primam Septembris : inde enim concurrunt cum anno 5510. » Itaque ab anno 6769, quo captam Constantinopolim referunt scriptores Græci, subtrahere annos 5508. Habes vero annum Christi, seu æræ vulgaris 1261, concurrentem videlicet cum anno Constantinopolitano 6769, usque ad diem primam Septembris, deinceps concursurum cum anno 6770, Itaque annus 6769 incepit a Kalendis Septembris in præcedenti anno Juliano 1260, et mensis Julius anni Constantinopolitani 6769, quo urbs regia recepta est, ad annum pertinet Julianum 1261.

Dubitationem removet omnem indictio quarta, qua insignitus procedebat annus Constantinopolitanus 6769, quæve notatur etiam annus æræ vulgaris 1261. Atqui eadem quarta indictio Romano, aut pontificia more incipit a Kalendis Januariis ejusdem anni 1261 ; inceperat vero juxta Græcorum morem a Kalendis Septembribus anni præcedentis 1260. Ab his ergo initium sumit annus etiam Constantinopolitanus 6769 cum sua indictione quarta, quam ipse videlicet annus 6769 per 15 divisus reddit, nulla facta additione aut subtractione : et ab eisdem demum Kalendis Septembribus anni Juliani 1260 incipit apud Græcos novus annus Incarnationis 1261. **21** Hanc hodieque

servant ipsi consuetudinem, ut colligere licet ex eorum *Ἡμερολογίαις*, quæ singulis annis eduntur. Hanc eandem servabant methodum Russi; quos altamen animadvertit Christianus Wollius in *Elementis matheseos universæ*, tomo IV, in Elementis chronologiæ, capite 5, num. 193, *ab aliquo tempore Kalendarium Julianum recepisse, hodieque annum auspiciari a Kalendis Januarii.*

Quod aio, illud ipsum disertissimis verbis expressum lego apud Pagium ad annum 1143, ubi de emortuali *Joannis Comneni* anno agens sic ait num. 9: *Codinus sive quisquis auctor est Chronici eidem subijuncti, prodit eum denatum anno mundi, scilicet*

Anni Dionysiani a Kalendis Januarii.	Anni mundi secundum Cp. a Kal. Sept.	Anni incarnationis secundum Cp. a Kal. Sept.	Indictiones a Kal. Sept.
Ante Christum 3.	5507.	Ante Christum. 2.	
2.	5507. 5508.	2. 1.	
1.	5508. 5509.	1. Christi. 1.	4
Christi 1.	5509. 5510.	1. 2.	4. 5.
2.	5510. 5511.	2. 3.	5. 6.
....	....	....	
1260	6768. 6769.	1260. 1261.	3. 4.
1261.	6769. 6770.	1261. 1262	4. 5.

22 Licuit in tabella sic annos disponere, ut statim vel oculi intuentium deprehendant, dali anni *Constantinopolitani*, sive *mundi*, sive *Incarnationis*, menses quatuor priores, quorum primus *September* est, alteri conveniri anno Dionysiano, et alteri menses octo posteriores quo etiam modo dispositas vides indictiones. Græcorum more computatas. Quorum vero hæc omnia cæteroque tritu ac vulgaria, iterum veluti recocta? Nimirum ut silentius asseram, regulas a Beveregio statutas aut abijciendas, aut aliquo corrigendas modo: Itemque ut omni salva erga viros doctissimos reverentia, de calculis eorum qui a nostris dissoni sunt, sententiam dicam.

Montfauconius *Palaographiæ Græcæ* libro 1, capite 6, veteres quamplures mss. codices Græcos recenset: notasque chronicas affert quæ in iis occurrunt. Pag. 45: *Is absolutus fuit anno 6594 (hoc est Christi 986). Mensis Novembris 27. Feria hebdomadis sexta.* Verba lincolis inclusa apposuit vir doctissimus. Annum ego 985 enuntiandum esse aio: idque colligitur ex die 27 *Novembris feria sexta*, Annus 986 cyclum solis habet xv et litteram Dominicalem G, quæ in Kalendario diem 27 *Novembris* ostendit esse *Sabbatum*: at cyclus solis xiv et littera Dominicalis D in anno 985, ad eadem *Novembris diem 27* referunt *feriam sextam*.

Pag. 52: *Mensis Novembris septima, feria quinta...*

A *Constantinopolitano*, 6651, qui *Kalendss Septembris superioris Christi anni (1142) inchoatur* Ab eodem anno 6651 delraolis annis 5508, habetur annus æræ vulgaris Julianus 1143: unde annus Constantinopolitanus 6651 non incipit a Kalendis Septembris ejusdem anni 1143, sed incepserat ab Kalendis Septembris anni superioris 1142, ab eisdemque initium etiam sumpserat *indictio sexta*, et ipse annus *Incarnationis 1143*, juxta morem Græcorum illico demum annorum connexionem evidentissime sub oculos offert initium tabulæ sequentis, quæ prostat in ejusdem Pagii *Dissertatione de periodo Græco-Romana*.

B anni 6571 (*Christi 1063*), *indictione prima*. Sed annum 1062 evincit *indictio prima*, quæ a Kalendis Septembris ejusdem anni 1062 incepit. Annus 1062 notatur littera Dominicali F et annus insequens 1063 littera Dominicali E. Illo vero, non ista *feriam quintam* illigat cum die *septima Novembris*.

Pag. 53: *Die 20 Novembris, feria sexta, anno 6634, (id est Christi 1126) indictione quarta.* Iterum *indictio quarta* annum exhibet 1126, incepitum more Græcorum a Kalendis Septembris anni præcedentis 1125. *Feriam vero sextam* cum die 20 *Novembris* indicat littera Dominicalis D anni 1124, non C anni 1126.

Pag. 61: *Ἡτελειώθη δὲ ἐν ἔτει τῷ ἀπὸ κτίσεως κόσμου εἰκοστῷ, ἰνδ. α'. ἡλίου κύκλω β', σεληνῆς ζ', εἰς τὰς εἴ τοῦ Δεκεμβρίου, ἡμέρα ε'.* *Completus autem est anno a creatione mundi 6673 (Christi 1168), indict. 1, cycli solis X, lunæ VII, Decembris feria 4* Ubi *cyclus solis* ex Græco textu reddendus est xii, itemque *feria V* enumeranda, ac demum addenda *dies 14 Decembris*. Imprius mense *Decembri* anni Juliani 1168 jam a *Septembri* præcedenti currebat Constantinopolitanus annus 6677, quod etiam ad eundem annum *Sethus Calvisius* adnotat: *Annus Constantinopolitanus 6677 incipit Kalendis Octobris (lege tu Septembris)*. Consule Pagium in *Dissert. de Periodo Græco-Romana* 23 a num. 70 et num. 95. Itaque annus Constantinopolitanus 6676 a Kalendis Septembris anni Juliani 1167 incepserat, currebat-

que mense *Decembri* ejusdem anni. Rem confirmat *A iudicio primo*, quæ juxta Græcorum morem cum novo anno ab eisdem Kalendis Septembribus anni 1167 initium sumpserat. Accedit demonstratio ex *feria V*, quæ anno, non 1168, sed 1167 incidit in *diem 14 Decembris*. Annus 1168 insignitus procedebat littera Dominicali *GF*, unde dies Decembris *duodecima* fuit *feria quinta*. Anno præcedente 1167 currebat littera Dominicalis *A*, quæ *feriam quintam* connectit cum *die 14 Decembris*. Denique annus Dionysianus 1168 et annus Constantinopolitanus 6676 habent *cyclum solis*, ille *primum*, et iste *duodecesimum*, eandemque litteram Dominicalem *GF* a Kalendis Januariis : et anno præcedenti currebat *cyclus solis* Dionysianus XXVIII et Constantinopolitanus XI cum littera Dominicali *A*. Qua de re expende *Tabulam cyclorum solarium et lunarium in æris mundanis Græcorum* apud Pagiū in Dissertatione de *Periodo Græco-Romana*, ac numerum consule 70.

Alia non pauca ibidem apud Montfauconium similia occurrunt exempla. Præter attamen nonnulla prestare, quæ adversari videntur. Pag. 50 : Anno 6558 (*Christi 1050*), mense *Octobris 25*, *feria quinta*. Annum prædictum Julianum 1050 afficiebat littera Dominicalis *G*, quæ *feriam V* transfert in *diem 25 Octobris* ejusdem anni 1050. At error fortasse cubat in *feria*, vel in *die* : quemadmodum vitio laborat *indictio 12*, *ivz. β*, quæ legitur in textu Græco : currebat enim anno 1050 *indictio 3*, non 12. Vel etiam pro genio librarius annum 6558 a Kalendis Januariis numeraverit : quod a Russis hodie fieri cum *Wollio* adnotavimus. Ex hac dissertatiuncula haud parum emolumentum percipiendum est sequenti in Dissertatione I, capite 1, num. 4, in insigni quadam constituenda epocha, quam *Pachymeres* exprimit, ac perperam *Possinus*, *Bandurius* et *Bollaudianus* intelligunt. *Chronicæ* aliæ difficultates occurrent, quæ nostra computandi methodo adhibita, evanescunt.

(21) *Imperator . . . Acropolitam . . . civilibus ipsum curis liberavit : seque ille paratum exhibuit iis omnibus, qui audire eum vellent magistrum. Celeberrimum virum intellige Georgium Acropolitam, de quo latius agit Allatus in Diatriba de Georgiis. Plurimum valuit in aula imperatoria, fuitque Magnus Logotheta, reipublicæ administrationem cum imperatore gereus. Hanc dignitatem declarat Jacobus Guar in notis ad Codinum. Germanus III, patriarcha Constantinopolitanus, qui thronum Ecclesiæ anno 1266 24 vel insequenti conscendit, ac modico tenuit tempore, ut Acropolitæ substitueretur Holobolus, publicus mathematicum professor, his verbis exorasse Michaelē imperatorem inducitur apud Pachymerem lib. iv, capite 14 : Acropolita, et Magnus Logotheta Georgius, tuo dudum (Auguste) jussu vesutus in tradendis disciplinis, postquam multis jam annis insudavit ei opere, fractis demum viribus faliscit . . . Annue igitur orantibus nobis..*

*veniam gratiorque erga Holobolum tuam permittens. Plures itaque annos Constantinopoli scholas rexit Acropolita. Is etiam est, qui sui temporis Historiam scripsit, cujus non pauca hactenus dedimus excerpta. Inter Cyprii Epistolas legimus inscriptam. Acropolitæ magistro suo.*

(22) *Priusquam ad alium aliquem ex Aristotelicis gradibus, etc. Methodum animadvertit, quam in disciplinis tradendis Acropolita servabat. Tradebat primum Sylogisticam et Analyticam Aristotelis, tum Rhetoricam, ac deinceps profundiora Aristotelica Metaphysica, et de Physico auditu documenta.*

(23) *Aggressus est studia, cum annum ageret vicesimum sextum, itaque finem imposuit, cum ageret tricesimum tertium. Anno igitur Christi circiter 1264 in disciplinam Acropolitæ se tradidit Georgius. Anno 1273 litterarias reliquit exercitationes. Vide notas (6) et (8) et (11) et (16).*

(24) *Circa dogmata innovatio, et Ecclesiæ turbo. Hæc significant promotam a Michaelē Palæologo Ecclesiarum concordiam, initamque anno 1274 in concilio Lugdunensi, ac inde exortas in Ecclesia Constantinopolitana factiones. Eadem verba, τὸ δόγματος κοινότητι, usurpat schismaticus Gregoras libro vi, cap. 1, num. 5. Cyprius Michaeli imperatori studebat : quo defuncto, aut sententiam mutavit, aut quam intus in animo retinebat, deposita simulatione, palam fecit. Hac de re in Dissertatione sequenti.*

(25) *Animi curæ, in quas modo dictis timoribus solutis, pertractus et traditus est. Ecclesiasticos viros, aliosque ad concordiam Ecclesiarum inuendam, eidemque initæ consentiendum qua minis, qua exiliis, imperator vehementissime urgebat. Pachymerem lege libro v, a capite 11. Hinc animi curæ et sollicitudines in Georgio Cyprio ; quæ postea, Andronico 1282 capessente imperium, solutæ fuerunt. Tum vero aliis animi curis Cyprius affectus est, dignitate patriarchali ornatus.*

(26) *Ad summum patriarcharum thronum conscendit . . . Incidit etiam in tempora dubia ex schismaticorum furore, et difficultia. Georgium Cyprium ad patriarchalem dignitatem promovit Andronicus, hujus nominis imperator II, dictus etiam Senior respectu habito 25 ad Andronicum III nepotem. Annus Christiolvebatur 1283. Pachymeres in Andronico libro i, capite 14, Martium mensem enuntiat, quo Cyprius monasticam professionem emisit, novo assumpto nomine Gregorii, ac celebre *Palmarum festum* statuit, quo in patriarcham ordinatus est. Annus æræ vulgaris 1283 insignitus currebat *cyclo solis IV*, littera Dominicali *G*, et Aureo numero 11. Uinc sacrum Pascha in diem 18 Aprilis incidit : et die undecima ejusdem mensis illuxerat *Palmarum Dominica*. *Dubia ex schismaticorum furore, et difficultia* dicuntur ea tempora. Siquidem patriarchæ pro partium studio deludebantur, ac promovebantur : Joanni Bæcco injuste deposito Jo-*

sephus iterum substitutus fuerat : vigeant factio-  
nes, quæ dicebantur *Arsenianorum* et *Josephitarum* :  
dogma catholicum de processione Spiritus sancti  
pro virili tuebantur gravissimi viri, rejiciebant alii.  
Qui loco superius allato *schismatici* dicuntur a  
schismatico scriptore, insignes intellige viros, qui  
unioni cum Latinis constitutæ adhærebant. Hisce  
de rebus latiore sermone agit Pachymeres.

(27) *Metus omnis relaxatio cuique data.* Factam  
ab imperatore Andronico facultatem Joanni Becco,  
ejusque assolis, Constantino Meliteniolar, et Geor-  
gio Metochitæ facile intelligerem, ut suæ fidei ra-  
tionem redderent in colloquio quod anno 1284  
habitum fuit in Alexiæo Triclinio. Consule Pachy-  
merem libro I, capite 34 et insequenti. Tunc enim,  
metu omni veluti relaxato, scripta plura contra  
Gregorium Cyprium edita pro dogmate catholico.  
Hæc diligentius enarrantur sequenti in Dissertatione.  
Superiore jam anno in synodo, quæ sub  
Josepho iterum patriarcha celebrata fuit, adver-  
sarii Becci causati fuerant, teste Pachymere libro  
citato capite 8, *scandalum ortum, ut visabant, ex in-  
tempesta ventilatione quæstionum, quas inexplora-  
tus relinqui præstiterat.* Opera nonnulla a Becco elab-  
orata numerat idem historicus in sequenti capite 9.

(28) *Invitas cessavit a componendis orationibus :  
et hæc causa quare non multi ejus exstant sermones.*  
Intellige oratorii generis lucubrationes, *Orationes,  
Declamationes, Chrias, Fabulas,* similesque, ab Alla-  
tio, Caveo, Oudino, Fabricio aliisque recensitas.  
Eas nos infra enumerabimus, quæ in volumine  
continentur.

(29) *Adde varios corporis morbos, et præsertim ca-  
pitis.* Malam istam Cyprii valetudinem forsasse in-  
dicat Pachymeres, qui libro II, cap. 17 obitum  
ejus referens, *conjectum ait agilitudine animi ;  
καὶ νόσῳ πολυμήρῳ, et morbo seu languore multo-  
rum dierum.* De capitis dolore, quo laborabat,  
sæpe ejus in epistolis mentio occurrit.

(30) *Labores in transcribendis veterum sapientum  
lucubrationibus impensas.* Ex ipsis, quas ejus lauda-  
vimus, non paucis epistolis, patet vehemens, quo  
in veterum codices serbatur, ardor. Sibi dari ab  
aliis viris doctis commodato curabat eos ad ex cri-  
bendum.

(31) *Ne videar viro æque ac mihi gratificari. Ip-  
sum enim me reputo.* Hæc Cyprium *Sermonis* auc-  
torem manifeste produunt. Vide notam (2).

(32) *Libellus hic autem, ut etiam superius dixi,  
patrem suum probe lectoribus ostendet.* Libellus ille  
est, quem prima hujus Vitæ verba indicant : *Εἰ,  
qui librum hunc concinnavit, patria.* Vide notam (3).  
Nimirum Cyprius uno in volumine plura a se  
scripta opuscula collegit, plurimasque epistolas :  
quibus omnibus *Sermonem de Vita sua* præmiserat,  
nostris annotationibus hactenus illustratum. Ex hi-  
sco porro epistolis et opusculis ea confirmari posse,  
quæ in *Vita* continentur, hoc loco admonemur.

Simile volumen servat bibliotheca Cæsareo-

Vindobonensis. Quæ lucubrationes in nostro con-  
tinentur, haud fuerit opere dispendium diligentius  
recensere.

1 *Λόγος τὰ κατ' ἐαυτὸν περιέχων.* *Sermo res suas  
continens,* quem notis illustravimus. Mutilus est  
in codice Vindobonensi. Vide notam (2) et (13).

(2) *In sanctum magnum martyrem et triumphato-  
rem Georgium.* Incipit : *Ἦθος τοῦτο τῶν λόγων.*  
Græce typis editum est Eucœmion apud Bollandi  
Continuatores tomo III Aprilis, pag. XXV in fine,  
et Latine, pag. 123.

3. *In sanctum Dianysium Areopagitam.* Incipit,  
*Ἦ μὲν πρόθεσις τῶν λόγων δικαία.*

4. *In sanctum Euthymium episcopum Madytorum  
in diocesi Thracica.* Consule Lequienum in *Orien-  
te sacro* tomo I, eod. 441. Incipit, *Ἐπιτιμῶν  
δικαίως.*

5. *In sanctam martyrem Marinam.* Incipit, *Καὶ  
τὴν ἐκκλησίαν ἄρα.*

6. *Τοῦ αὐτοῦ βασιλικῆς, ejusdem sermo regalis,* si-  
ve de rege. Incipit. *καὶνὸν οὐδὲν, θειότατε βασιλεῦ.*

7. *In regem dominum Andronicum Palæologum.*  
Incipit, *Ἐχρῆν μὲν ὡς ἀληθῶς, μέγιστε βασιλεῦ.*

8. *Sermo antirrheticus contra Becci blasphemias.*  
Incipit, *Ὅχι ἔγωγε θαυμάζω.* Novæ, quas Cyprius  
invehit hæreses, refellit Joannes 27 Beccus in  
oratione II, quæ exstat apud Allatum tomo II  
*Græciæ orthodoxæ* pag. 252. Hæc de re in Dissertati-  
one sequenti.

9. Tractatus incipiens, *Ἔσχε μὲν ἡ ἐπιστολῆσα.*  
Editus exstat apud Bandurium tomo II, inter no-  
las ad *Antiquitates Constantinopolitanas* libro VIII,  
in Gregorio Cyprio. Hoc loco inscribitur *Ἐκθεσις  
τοῦ τόμου τῆς πίστεως :* nostro in volumine, *Τόμος  
περὶ ἀσθελας.*

10. Tractatus incipiens, *Ἦν μὲν υἱὸν τοῦ Θεοῦ  
ὁ Ἰταλὸς.* *Filium quidem Dei Itali aiunt.*

11. Alius incipiens, *Μὴ ὁ νόμος ἡμῶν κρίνει.*  
Apud Bandurium loco citato editus *Ὁμολογία,  
Confessio ejusdem Gregorii.* Latiore calamo de hi-  
sce lucubrationibus in sequenti Dissertatione di-  
cendum.

12. *Sapientissimi Magni logothetæ Muzalonis An-  
tirrheticus contra Becci blasphemias.* Incipit, *Ὅχι  
οἶδα ὅ τι πρὸς.* Hunc Michael Palæologus in Ma-  
gno logothetæ dignitatem loco Acropolis denati  
promoverat. Odio in ipsum Michaelæum et patriar-  
cham Beccum perductus, Andronico suadet resti-  
tutionem schismatis. Vide Pachymere in Andro-  
nico libro I, capite I, et 2, et 8, ubi narrat histori-  
cus, *libellum a Muzalone pro dogmate catholico  
prius datum, in ignem, ipso jubente, projectum  
fuisse.* *Theodorus* vocabatur.

13. Cyprii *Chria.* Incipit, *Σωκράτους μὲν  
ἐπανέντην.*

14. *Meditatio, Φιλαργύρου πατρὸς τοῦ πατρὸς.* *Filius  
avarus Patris.*

15. *Potidiatæ (Polidzatus, populi) ab Atheniensibus  
obsessi sese invicem comedebant.* *Athenienses*



improbitalis insimulant Corinthii (quorum Colonia A erat Potidaea.) Athenienses defensi. Incipit. Ἀνδρες Λακεδαιμόνιοι.

16. Φιλόσοφος ἀναλθὼν εἰς ἀκρόπολιν; *Philosophus, cum ascendisset in arcem, et tyranno persuasset, deponere principatum, etc.*

17. Ἐγκώμιον εἰς τὴν θάλασσαν, εἰς τὴν τοῦ καθάλου τοῦ ὕδατος φύσιν, *Encomium muris seu in universam aquæ naturam.* Opusculum Græce edidit Vulcanius.

18. *Epistolæ, ac illæ primum quas ante dignitatem patriarchalem indeptam scripserat.* 1. *Neocæsariæ.* 2. *Magno logothetæ Acropolitæ.* 3. *Monacho Jasitæ.* 4. *Eidem.* 5. *Meliteniote.* 6. *Neocæsariæ.* 7. *Thessalonicensi D. Demetrio.* 8. *Mystico D. Joanni honorumulo.* 9. *Præsidi Ephesi D. Isaac.* 10. *Xiphilino.* 11. *Neocæsariæ.* 12. *Theognosto D. Joanni Medico.* 13. *Eidem.* 14. *Chartophylaci Thessalonicæ Stauracio.* 15. *Theognosto.* 16. *Neocæsariæ.* 17. *Eidem.* 18. *Eidem.* 19. *Stauracio.* 20. *Eidem.* 21. *Eidem.* 22. *Neocæsariæ.* 23. *Eidem.* 24. *Eidem.* 25. *Meliteniote.* 26. *Stauracio,* 27. *Athanasio Catzyce.* 28. *Scutariote.* 29. *Neocæsariæ D. Manuclii præfecto Cretæ.* 30. *Eidem.* 31. *Eidem.* 32. *Eidem.* 33. *Pelasimo chartophylaci.* 34. *Neocæsariæ.* 35. *Episcopo Prienes, in Cario sub Ephesino metropolitæ.* 36. *Logothetæ Acropolitæ.* 37. *Neocæsariæ.* 38. *Cuidam ex discipulis.* 39. *Eidem.* 40. *Quæstori D. Nicephoro Chumeno (al. Cumeno).* 41. *Neocæsariæ.* 42. *Eidem.* 43. *Eidem.* 44. *Eidem.* 45. *Diacono Callisto.* 46. *Ad seipsum, tanquam ab alio scripta.* 47. *Neocæsariæ.* 48. *Ad seipsum.* 49. . . . 50. *Neocæsariæ.* 51. *Logothetæ τῶν ἀγελῶν, rei pecuariæ.* 52. *Magnus Logotheta patriarchæ.* 53. *Magno Logothetæ.* 54. *Sine nomine,* 55. *Sine nomine.* 56. *Neocæsariæ et Chumeno.* 57. *Scutariote.* 58. *Neocæsariæ,* 59. *Magno Logothetæ.* 60. *Sine nomine.* 61. *Neocæsariæ.* 62. *Saponopolitæ.* 63. *Eidem.* 64. *Eidem.* 65. *Meliteniote.* 66. *Neocæsariæ.* 67. *Eidem.* 68. . . . 69. *Puschymeri.* 70. *Neocæsariæ.* 71. *Monacho Jasitæ.* 72. *Meliteniote.* 73. *Monacho D. Methodio.* 74. *Coresæ monacho Agathoni.* 75. *Meliteniote.* 76. *Stauracio.* 77. *Eidem.* 78. *Georgia Marmaro.* 79. *Theognosto D. Joanni medico.* 80. *Saponopolitæ.* 81. *Xiphilino.* 82. *Chartophylaci Thessalonico et Stauracio.* 83. *Theognosto D. Joanni medico.* 84. *Monacho Theodosio.* 85. *Eidem.* 86. *Saponopolitæ.* 87. *Neocæsariæ.* 88. *Meliteniote.* 89. *Coresæ monacho Agathoni, et Neocæsariæ.* 90. *Meliteniote.* 91. *Homiletis suis, Mazuloni D. Theodoro logothetæ τοῦ γενικοῦ, arurii publici, et aliis.* 92. *Rhetori Holobolo.* 93. *Supplicationum præfecto.* 94. *Eidem.* 95. *Eidem.* 96. *Rhetori Holobolo.* 97. *Meliteniote.* 98. *Supplicationum præfecto.* 99. *Stauracio.* 100. *Monacho D. Methodio.* 101. *Eidem.* 102. *Phacrasæ Joanni.* 103. *Meliteniote.* 104. *Ducæτæ* 105. *Cuidam ex Homiletis.* 106. *Stauracio.* 107. *Theognosto.* 108. *Supplicationum præfecto.* 109. *Magno logothetæ.* 110. *Meliteniote.* 111.

*Acropolitæ Magno logothetæ.* 113. *Monacho Jasitæ.* 114. *Theognosto D. Joanni Medico.*

115. *Epistolæ, ἐκδοθεῖσα: ἐν τῷ πατριαρχείῳ, scriptæ datæque tempore patriarchatus.* 115. *Magno logothetæ.* 116. *Magnus logotheta patriarchæ.* 117. *Patriarcha eidem.* 118. *Magnus logotheta patriarchæ.* 119. *Patriarcha eidem.* 120. *Ostridiensibus monachis Calo-Joanni, et Danieli.* 122. *Rhetori Holobolo,* 123. *Magno logothetæ.* 124. *Eidem.* 125. *Eidem.* 126. *Danieli Glycæ.* 127. *Magno logothetæ.* 128. *Eidem.* 129. *Eidem.* 130. *Eidem.* 131. *Sebastocratori D. Joanni.* 132. *Regi.* 133. *Regi.* 134. *Eidem.* 135. *Magno Logothetæ.* 136. *Eidem.* 137. *Regi.* 138. *Eidem.* 139. *Magno logothetæ.* 140. *Eidem.* 141. *Eidem, provestiario pro iterum consuli.* 142. *Regi.* 143. *Eidem.* 144. *Magno logothetæ.* 145. *Eidem.* 146. *Regi.* 147. *Monacho Athanasio Lependreno.* 148. *Eidem adhuc pacem colenti.* 149. *Magno logothetæ.* 150. *Eidem.* 151. *Eidem.* 152. *Monacho,* 153. *Magno logothetæ.* 154. *Eidem.* 155. *Eidem.* 156. *Magnus logotheta patriarchæ.* 157. *Patriarcha eidem.* 158. *Provestiariæ et sorori ipsius.* 159. *Magno logothetæ.* 160. *Eidem.* 161. *Prosebasto, et Provestiario.* 162. *Eidem.* 163. *Eidem.* 164. *Eidem.* 165. *Eidem,* 166. *Eidem.* 167. *Medico Theognosto.* 168. *Provestiario.* 169. *Logothetæ arurii publici Acropolitæ.* 170. *Magno logothetæ.* 171. *Monacho cuidam celebri.* 172. *Magno logothetæ.* 173. *Eidem.* 174. *Eidem.* 175. *Eidem.* 176. *Cuidam noto et familiari.* 177. *Magno logothetæ.* 178. *Ephesi filio.* 179. *Eidem.* 180. *Magno logothetæ.* 181. *Eidem.* 182. *Eidem.* 183. *Patriarcha provestiario.* 184. *Eidem pro Oenoto.* 185. *Eidem.* 186. *Provestiarius patriarchæ.* 187. *Raulæniæ.* 188. *Eidem.* 189. *Eidem.* 190. *Eidem.* 191. *Eidem.* 192. *Eidem.* 193. *Eidem.* 194. *Eidem.* 195. *Eidem.* 196. *Eidem.* De hac, quæ erat provestiariissa. plura Pachymeres in Andronico, 197. *D. Constantino Galesiote.* 198. *Sine nomine.* 199. *Magno logothetæ.* 200. *Sine nomine.* 201. *Sine nomine.* 202. *Sine nomine.* 203. *Sine nomine.* 204. *Prosebasto et provestiario, et magno logothetæ.* 205. *Sine nomine, sed eidem.* 206. *Medico Theognosto.* 207. *Magno æconomo Gemosto, ejusque filio.* 208. *Raulæniæ.* 209. *Eidem.* 210. *Eidem.* 211. *Eidem.* 212. *Eidem.* 213. *Eidem.* 214. *Eidem.* 215. *Cuidam antistiti.* Lambecius et Nesselius in codice Vindobonensi epistolas numerant tantum CXC1. Multo plures in aliis asservari bibliothecis, aduolat Casimirus Oudinus.

20 Ἀπόφασις, *sententia.* Decretum quoddam synodale videtur.

21 Ἐκ τοῦ ἁγίου Νεῖλου, *Fragmentum ex sancto Nilo.*

22 Τῶν φίλων τιτλ, *Amicarum cuidam.* Pollicetur se thronum abdicaturum post acceptum de innocentia sua testimonium. Integram in Dissertione sequenti Græce et Latine epistolam dabimus.

*Moscamperis, τοῦ Μοσχάμπερ. Pachymeres in Andronico libro II. capite 3, sic habet: Quidam poro quod contigit circa exchartophylacem (nam et Moschampar paulo ante cesserat officio, et a patriarcha se removerat, quibusdam assensitunculis uersas; consortem quoque simulatis secum habens et Quinqueecclesiensem), auxil utriusque in patriarcham odium. Fides Gregorio datur de testimonio ejus*

*innocentiae reddendo. Græce prodit epistola apud Lambecium et Oudinum: quam nos Græce et Latine 30 dabimus. In codice Cæsareo — Vindobonensi inscribitur: Ἀνακλήρωσις τῆς εὐσεβείας αὐτοῦ παρὰ τῶν ὑποσχόμενων αὐτῷ. Incipit. Εὐλογητός. 24. Παρατήρησις, Cessio, seu Libellus abdicationis throni a Gregorio datus. Exstat Græce et Latine apud Pachymerem loco citato capite 9.*

## DISSERTATIO PRIMA

### HISTORICA ET DOGMATICA

De præcipuis Georgii seu Gregorii Cyprii gestis: deque Processione Spiritus sancti a Patre et a Filio, seu per Filium.

#### 31 CAPUT I.

*Nonnullorum patriarcharum notitia, qui Gregorio Cyprio præcesserunt, Annus expenditur quo Arsenius iterum patriarcha, depositus est; itemque annus quo dignitatem sumpsit, et abiecit Germanus: Possinus, Bandurius et Cuperus emendati. Annus etiam euecti ad sedem patriarchalem Josephi Galesiotæ. Arseniurum et Josephitarum factiones.*

I. Theodorus Lascaris, quem tertium hujus nominis Græcorum imperatorem vocant, vita mortali anno ære vulgaris 1259 in autumnum vergente decesserat, ut ait Pachymeres in Michaelæ Palæologo libro 1, capite 13, id est mense Augusto. Imperium paternum accepit filius ejus, Joannes IV Lascaris, qui ætatis annum aut sextum, aut octavum, aut certe nonum, pro varia scriptorum chronographia, vix indeptus fuerat. Impuberi principi tutores erant Georgius Muzalo, proto-vestiarius, et Arsenius, cognomento Auctorianus, qui ab anno 1255 sedem tenebat patriarchalem. Pachymerem latius disserentem consule loco citato capite 15. *Protonestiarium* interpretatur Coarus in notis ad caput 2 Georgii Codini Europatæ num. 19. *Regii cubiculi Magistrum.*

Erupit de tutela principis contentio. Georgius et Theodorus Muzalones ab exercito in seditionem concitato trucidati: declaratusque pueri principis tutor Michael Palæologus, qui dignitate poliebatur *Contestauli*, seu *Conestauli*, id est *Comitis stabuli imperatorii*. Coarum vide loco citato num. 2, et Pachymerem cap. 17 et 21, et insequenti 22. Tam illo *Magni Ducis* titulo ornatus, renuntiatusque *despota*, ut narrat laudatus historicus cap. 23 et 27, majora moliri animo cepit, summum scilicet imperii honorem captare. Rem oblinuit pro votis: salutatus imperator, 32 seu *Collega* pueri imperatoris anno 1260, ipsis Kalendis Januariis, teste Pachymerem libro II, capite 4. Designata instabat duorum Augustorum coronatio juxta pacta a Michaelæ juramento firmata: sed pactis violatis,

B unus Michael, præterito puero despectoque, coronam accepit. Hæc latissime enarrata a Pachymere capite 7, et 8, satius fuit compendio contraxisse.

*Arsenius patriarcha, sive reputans sibi illusum, interversa coronatione pueri Augusti (verba sunt Pachymeris libro II, cap. 15), indigneque ferens, hærede imperii contempto, peneque in ordinem reducto, ad nutum unius Palæologi cuncta gubernari: sive indormivisse sibi conscius . . . seu quis alius urebat oculus dolor . . . ad portam urbis Nicææ (ubi tum imperatoribus post captam a Latinis Constantinopolim sedebant patriarchæ) progressus est: seseque contulit ad monasterium Paschusii, ad tranquillitatem quietem opportune situm. Hæc anno 1260 contigerunt. Mensem ejusdem anni Aprilem definit Petrus Possinus libro III Observationum in Pachymerem capite 5, num. 2. Annum illum incuntem statuit Asolmus Bandurios, in *Antiquitates Constantinopolitanas* lib. VII; Possini calculis acquisit Guiljelmus Cuperus in *Historia chronologica patriarcharum Constantinopol.* quæ tomo I Augusti inter Acta sanctorum prestat.*

Arsenio, secundum juris formulas minime deposito, substituerunt *Nicephoram*, hujus nominis II, qui tunc Ephesinam metropolim administrabat. Pachymere teste capite 22, videbatur *Nicephorus multis intrusus in patriarchalem thronum, non tam quod translatus ex Ephesina sede, quam quod legitimo adhuc vivente patriarcha translatus fuisset. Ipsum non integro anno patriarchatui præfuisse, diserte notat Georgius Acropolita in Historia num. 84. Mortem ejus cum mense Novembri ejusdem anni 1260 illigant Possinus, Bandurius, Cuperus.*

Pro Arsenii restitutione exoratur imperator: sed ea non statim admissa. Interim anno insequenti 1261 urbem Regiam Constantinopolim, Latinis ereptam, recuperat Michael die 25 mensis Julii: dieque 15 Augusti in eam ingreditur, pede currum sequens triumphalem. Rem narrat Paschy-

ueres libro II, capite 31: *Arsenius iterum patriarcha renuntiatur. Acropolitæ verba accipe num. 88: Quando vero et patriarchæ (Arsenio) inbrediendum erat Constantinopolim post nonnullorum dierum excursum (ab solomni imperatoris ingressu :) sermonibus suasionibusque adductus introit imperator in sacram regiam, ad cathedram pontifici consurgendum . . . Ibi imperator manum patriarchæ continens: Tene, inquit, thronum 33 tuum, domine: et a qua laudiu aberrasti, cathedra fuere. Hæc sollemnis nova Arsenii patriarchæ renuntiatio eodem Augusto mense anni 1261 peracta videtur. Allectus ille honoribus ab imperatore: Ecclesiæ proventus aduerti, sacrorumque ministrorum stipendia large collata. Hinc voco inductus est Arsenius (ut ait Pachymeres libro III, capite 2.) ad coronandum*

munificum largitorem, nulla prorsus facta mentione aut significata memoria Joannis pupilli. Pupillus infelicissimus Joannes, jubente Michale imperatore, excæcatus est, et in arcem Dacibyzae inclusus, ubi perpetuo custodiretur. Impium facinus eodem anno 1261 peractum, *Die omnium sanctissima (ut ait Pachymeres capite 10), et maxime festiva, Christi Salvatoris nostri natali.* Immane facinus dolens patriarcha Arsenius, convocata synodo anno 1262 ineunte, pronuntiato peccatum, et merita severitate obijungulo Michaelis Augusti scelere: ipsum prolata legitimi iudicii formula, spirituali seorsione a communione Christo credentium rite resecat. Hæc habet Pachymeres capite 14. Cur Possinus hanc differat imperatoris excommunicationem in annum 1263, ac si acerbus perpetrati sceleris nuntius nunciis post annum ad aures patriarchæ pervenerit, haud satis capio.

II. Frustra per longum spatium temporis solutio vinculi, quo tenabatur Augustus, ab eodem petita. Hinc sub initium Aprilis, sollemnis jejunii tempore (verba sunt Pachymeris lib, IV, cap. 3) dum festum ageretur, quod *Acahistum* vulgo vocant, libellus accusationibus plenus imperatori traditur contra patriarcham Arsenium, noctu post finem *hymnolizæ*. Possinus in Glossario Rituale Græcorum allert, in quo hæc habentur: *Ἀζαθιστον, Acahistum, celebratur Sabbato quintæ hebdomadis Quadragesimæ.* Quo ex festo die ita calculos in it ad annum indagandum lib. in Observationum chronologico, capite 5, num. 5. « Diximus in Glossario, Verbo *Ἀζαθιστος*, festum illud celebrati solitum fuisse *Sabbato quintæ hebdomadæ verni* jejunii quadraginta dierum, *sexdecim diebus ante Pascha.* Cum autem, ut est manifestum, non quolibet anno *Sabbatum* quintæ hebdomadis quadragesimalis in *Aprilis initium* (a Pachymere indicatum) incideret, apparet his verbis contineri characterem anni quem quærimus. Ordo rerum gestarum in Synopsi expansus ducit nos ad annum *Christi 1266.* Nam hic annus fuit periodi Julianæ 5979, *cycli solis 15, cycli lunæ 11.* Horum cyclorum certissimo indicio habemus Pascha illo anno fuisse Aprilis 18. Unde

retrocedendo ad *Sabbatum* quintæ hebdomadæ Quadragesimæ, ac festum *Acahistum*, reperimus id accidisse in *tertium Aprilis*: qui dies aptissime congruit in illam mentionem *ἰταχμένου Βοτδρομιῶνος, incipientis Aprilis.* » Calculos Possini approbat Cuperus loco citato num. 980.

Non sine maxima trepidatione, quam viri doctissimi ingorit auctoritas, eidem adversari cogor. Annus æræ vulgaris 1266, et Periodi Julianæ 5979, *cyclo solis 15 et littera Dominicali C* insignitus, utique currebat, minime vero *cyclo lunæ 11, sed 13.* Hinc luna paschalis eo cepit anno numerari ab undecima die Martii: inciditque luna quartadecima in diem 24 ejusdem mensis, *feriam quartam*: et sanctum Pascha die 28 Martii celebratum est. Id evincunt, calculis a me institutis ut præsidium auctoritatis adjiciam, *Tabulæ annorum*, quæ editæ prostant apud Ducangium in Glossario mediæ et infimæ Latinitatis v. *Annus*, et apud Pagium in Breviario historico chronologico critico Romanorum pontificum, aliosque. Addo Calvisium in Opere chronologico ad eundem annum 1266. itemque Cuperum loco citato num. 989, *Falsa hypothesis nititur Possinus, inquam, dum asserit Pascha anno 1506 in diem 18 Aprilis incidisse. Nam juxta omnes alios chronologos, et ex calculo astronomico constat, illo anno 1266 Pascha die 28 Martii celebratum fuisse.* Hinc vero efficitur demum festum τοῦ Ἀζαθιστου irritum conatu inquiri eodem anno inter dies Aprilis ἰταχμένου, incipientis. Ea græca voce Beveregius adnotat libro I Institutionum chronologicarum capite 13, num. 5. significari apud Græcos consuevisse *partem mensis primam*, decem priores dies complectentem. Dulresnium consule in notis ad Annæ Comnenæ librum I *Alexiados* ubi scriptores Latinos aliquos memorat, qui suis in chronicis *mensē stantem* accipiunt pro *mensē excurrente*. Auctorem chronici Barensis, Anonymum in serie comitum Capuæ, Romualdum Salernitanum, aliosque.

Chronicus character ex eodem Ἀζαθιστου festo deductus optime anno insequenti 1267 conveniret, quo sacrum Pascha celebratum est die 17 Aprilis: littera Dominicali B currente; sic enim festum illud incidit in diem 2 ejusdem Aprilis ἰταχμένου. Sed hunc vel ipse Possinus rejicit annum: ab eoque argumenta nos retrahunt, quæ dabimus infra. Rejici debet annus 1265, quo Pascha celebraverunt Orientales et Occidentales Christiani die 5 Aprilis; at præcedens convenit omnino annus 1264. *Cyclus solis* currebat 13, et *littera Dominicalis FE, et cyclus lunæ 11, unde luna 14* incidit in diem 15 Aprilis, *feriam tertiam*, et sacrum Pascha in diem 20 ejusdem mensis. Festum igitur Ἀζαθιστου celebratum fuit die 5 ejusdem 35 Aprilis, *Sabbato quintæ hebdomadæ* jejunii quadragesimalis. Nimirum septem hebdomadibus jejunium istud Græci agunt, ac incipit feria 2 nostræ Quinquagesimæ, quæ eodem anno 1264 fuit dies tertia Martii: adeoque heb-





numero sequenti dicendum, et anno 1267 acciderit eclipsis.

Hac submota difficultate, nihil utique obstat quominus Germanus III electus fuerit patriarcha mense Junio in festo sancti Spiritus, anno 1264, quo Arsenius mense Maio antialitum sententia e throno deturbatus fuit. Anno illo siquidem sacrum incidit Pascha in diem 20 Aprilis, et Pentecoste in diem 8 Junii. Sacrum Pentecostes festum tribus diebus celebratur: illudque vocant Græci Ἀρχὴν τριήμερον. Quod ergo Pachymeres festum appellat sancti Spiritus, intelligi fortasse prima dies potest, vel altera, aut tertia. Hinc post Arsenii depositionem tot dierum effluxit spatium, quot satis esse videntur, ut ea peragerentur, quæ narrat Pachymeres, omnia.

Regimen Germani intra brevissimum trium mensium spatium, a Junio ad diem 14 Septembris coarctari, intellectu difficile putat Cuperus ob ea plurima quæ narrat Pachymeres a capite xiii ad caput usque xxi. Annum vallem integrum et aliquot insuper menses numerandos esse, evincit gravissima difficultas, quam ipse Cuperus proponit a num. 991 insolutamque relinquit. Postquam Pachymeres diffusa oratione exposuit, quomodo plebs Germano patriarchæ adversaretur, ac ipse imperator abdicationem ejus occulte urgeret, libro iv, capite 18, subnectit sequentia: *Cæterum imperator . . . egregie perstitit in simulatione fovendi prolegendique ipsum. . . Instante (τῆς τῶν Παλιῶν ἑορτῆς) Palmarum festo, quo sollemnis ducis per urbem supplicatio consuevit. . . misit (ad Germanum imperator) magnam copiam æreis argentæque monetæ. . . quam jactari jussit in populum.* Græci quotannis festum Palmarum nobiscum circa finem Quadragesimæ celebrant, ut Leo Allatius in Dissertatione de Dominicis et Hebdomadibus Græcorum num. 20 testatur: ubi etiam notat, tunc ab imperatoribus et patriarchis Constantinopolitanis dona quedam populo distribui consuevisse. At quomodo Germanus patriarcha, 128 instante Palmarum festo, nummos dispersit in plebem, si duntaxat a festo Pentecostes usque ad medium fore Septembrem ejusdem anni 1267, tribus mensibus et aliquot diebus, cathedram Constantinopolitanam tenuerit? Quis eo temporis spatio inveniet festum Palmarum, quod in Ecclesia Græca æque ac Latina non diu ante Pascha celebratur?»

An objectæ difficultati satisfaciat Cuperus? Verba ejus sunt: « Nullum igitur hic video effugium, nisi quispiam ostendat, apud Pachymerem nomine Græco mensis Μαιου aliquando Maium significari, aut aperte edicat, mensem Junium ibi perperam pro mense Maio scriptum fuisse. In ea hypothesi utrumque Pachymeris testimonium inter se conciliari posset. Si enim Germanus a Pentecoste anni 1266 (quo illa in Maium mensem incidit), usque ad medium Septembrem anni 1267 in cathedra Constantinopolitana sedis-

sel, jam intra istud patriarchatus spatium anno Christo 1268 occurret festum Palmarum, quo patriarcha ille pecuniam spargere potuerit. Attamen circa alterutrum annum nihil absolute definitio. . . donec huic nodo extricando peritior manus adhibeatur. »

Peritior me adhibere posso manum, audacior fuerim, si dixerō. Attamen gratis omnino diceret quispiam, Junium Mensem pro mense Maio scriptum fuisse, cum nullus occurrat vetustus codex, qui varium aliquam suppeditet lectionem. Nomine Græco Μαιουακτηριῶνος aliquando significari Maium apud Pachymerem, imbecillior conjectura foret, quam constantissimus evertit usus ejusdem historici, menses anni proprio quodam more appellantis 1. Ἐκτομβαιῶνα, *Januarium*. 2. Λυγαῖῶνα, *Februarium*. 3. Χρόνιον, *Martium*. 4. Βοηδρομιῶνα, *Aprilem*. 5. Πυανεψιῶνα, *Maium*. 6. Μαιουακτηριῶνα, *Junium*. 7. Ἀνθεστηριῶνα, *Julium*. 8. Σεπτεμβριῶνα, *Septembrem*. 9. Ἐλαφοβολιῶνα, *Octobrem*. 10. Νοβουαριῶνα, *Novembrem*. 11. Σκιρροφοριῶνα, *Decembrem*. Pachymerianum mensis Augusti nomen non apparet toto in opere. Hæc singula illustrat nomina Possinus in Observationibus libro iii, capite 1.

Itaque nodum ego, nec secundum, nec solvendum, ullum video. Nostra namque chronographia, quemadmodum Germani patriarchæ inaugurationem ad annum refert 1264 et ad Pentecoston, quæ anno illo mense Junio celebrata est: ita duo exhibet Palmarum festa, anno 1265 primum, et anno 1266 alterum, quo acceptam ab imperatore pecuniam populo erogavit. Una superest difficultas de anno quo patriarchatum abdicavit ipse Germanus, ac indeptus est Josephus Galesiota: quem ego si demonstravero, definiendum esse annum æræ vulgaris 1266, in tuto jam erit hactenus constituta patriarcharum chronographia. Age vero.

IV. Narrantem audivimus Pachymerem libro iv, capite 21, suam in cellulas Germanum sese recepisse *Septembri mense, in festo venerandæ crucis, quod Exultationem appellamus, die quartadecima.* Historiam texere pergit ille capite 23: *Amoto, inquit, e sede Germano, idoneum qui patriarchali throno imponeretur, inquirebat imperator, Josephum Galesii præfectum, justo suffragiorum comprobatum numero, ad patriarchatum imperator evexit, μηνὸς Σκιρροφοριῶνος εἰκοστῆ ἡγδοήτης δεκάτης ἐπινημέσεως, τοῦ ἑβδόμου ἔτους, mensis Decembris die octava supra vicesimum, indictionis decimæ anni 6775. Ἐκτομβαιῶνος δὲ νομηνίᾳ χειροτονηθεὶς, Μὲν Καλendis Januاريis ordinationem idem episcopalem rite accepit.*

Possinus libro iii, citato capite 6, num. 2, sic ait: « Annus æræ mundi Græcorum reducitur ad vulgarem æræ nostræ Christi, detractioe 5508. Fuit ergo is annus Christi 1267, periodi vero Julianæ 5980. Qui numerus divisus in quindecim,

indical indictionem, ejus anni characteristicam, A decimam, prout Pachymeres notavit. Unde dubium esse non potest, quin patriarchatus Josephi Galesii a kalendis Januariis anni Christi 1268 procedat. » Paria sunt, quæ scribit Cuperus num. 997. « Annum mundi 6775, juxta Græcos recentiores, et indictio 10 cum utroque mense hic expresso (Decembri et Januario) finem anni Christi 1267 et initium anni 1268 certissime designant. » Ultra consentit Bandurius : *Successit in patriarchatu Josephus die vicesima octava mensis Decembris anni Christi 1267, et mox kalendis Januariis ordinatus fuit. . . . et die 2 Februarii anni 1268 solvit imperatorem anathemate.* Eadem habet Lequienus in patriarchis Constantinopolitanis tomo I *Orientis sacri.*

Iterum, trepidus licet ob virorum doctissimorum auctoritatem, vitio tamen calculos eorum laborare assero, perspicua rei veritate fidentior effectus. Dato anno Constantinopolitano 6775, subtractisque annis 5508, *habetur annus Christi 1267 concurrentis, (ut ait Ricciolius), a kalendis Januariis usque ad sequentis Septembris (ejusdem anni 1267) kalendas.* Itaque annus 6775 inceperat a kalendis Septembris anni præcedentis 1266, et finem habuit die postrema Augusti anni 1267, incepitque ab insequentibus ejusdem anni 1267 kalendis Septembris annus 6776. Igitur dies 14 Septembris, qua Germanus abdicavit patriarchatum, et dies vicesimus octavus Decembris anni 6575, qua Josephum in patriarcham promovit imperator, a Pachymere notati, ad Julianum æræ vulgaris 40 C annum pertinet, non 1267, sed 1266, et kalendas Januariæ, quibus ille sacra pontificali ordinatione initialus fuit, inchoant Julianum æræ vulgaris annum, non 1268, sed 1267. Regulam hanc certissimam ratiociniis et exemplis confirmavimus inter notas ad Vitam Gregorii Cyprii, nota scilicet (21).

Pagius in Dissertatione de Periodo Græco Romana, num. 63, admonet, *in conjungendis annis mundanis Græcorum cum annis Dionysianis (sive cum annis Julianis æræ vulgaris), faciliorem esse methodum, cæteris omnibus præferendam, quæ sumitur ex indictione.* Annum illum 6775 vere insignitum notat Pachymeres *indictione decima.* Atqui vero indictio decima, more pontificio aut Romano computata, afficit integrum annum 1267, D a kalendis Januarii usque ad kalendas Januarii exclusive anni 1268, quibus incepit indictio undecima. Sed eadem indictio decima, si more Græcorum computetur, initium sumpsit a kalendis Septembris anni præcedentis 1266, et a kalendis Septembris anni 1267 alia exorditur indictio, scilicet undecima. Rursum annus Constantinopolitanus 6775 divisus per 15, nulla facta sive additione, sive subtractione, indictionem reddit, cum qua incepit a kalendis Septembris. Reddit ille vero indictionem decimam, quæ Græcorum more a kalendis Septembris anni 1266 inceperat. Hæc

sunt omnia dubio procul peremptoria. Eadem confirmare liceat auctoritate Sethi Calvisii. His ad annum 1268 adnotat : *(Hoc anno) incipit annus Constantinopolitanus 6777 die 1 Octobris.* Legendum, *die 1 Septembris,* animadvertimus in nota (21) superius memorata. Itaque annus 6776 incepit anno 1267, et annus 6775 incepit anno 1266, adeoque Septembris ac December anni 6775 pertinent ad annum æræ vulgaris 1266. Sed hanc denique regulam ac methodum agnovisse tandem Possinum et approbasse, peritiorum factum, dicendum infra capite 5. num. 6.

Quo posito calculo, rectissime fuit chronographia nostra. Anno 1266, die 14 Septembris, thronum reliquit Germanus. Eodem anno 1266, die 28 Decembris, in patriarchalem thronum promotus est Josephus. Anno 1267, kalendis Januariis, sacram ille suscepit pontificalem ordinationem, Anno eodem 1267, die 2 Februarii, solutus est imperator anathemate a Josepho; eodemque demum anno 1267 contigit eclipsis solis a Nicephoro Gregora adnotata die 25 Maii. Methodo annos mundanos Græcorum computandi minus accurate adhibita, errare pro humana conditione viros doctissimos, necessum fuit.

V. Factio vigeat in Ecclesia Constantinopolitana, Arsenianorum 41 dicta, qui Arsenium bis e throno patriarchali depositum, pro legitimo patriarcha venerabantur, cæterosque rejiciebant, qui substituti fuerant. Recole Pachymeris verba, quæ descripsimus n. 3. Josepho Galesiote in sedem patriarchalem evecto, alia invaluit factio Josephitarum, qui pro eodem stabant Josepho contra Arsenium. Satis hocce de schismate pauca innuisse, ut quæ inferius dicenda sunt, facilius intelligantur.

## CAPUT II.

*Georgius Cyprius ordinatus lector a Josepho patriarcha, ascriptusque clero palatino, titulo protopostolurii. Unionem utriusque Ecclesiæ, Latinæ et Græcæ, constituendam curat Michael Palæologus imperator. Germanus controversiæ status de processione Spiritus sancti a Patre, et a Filio, seu per Filium. Motæ controversiæ tempera. Imperatori operam suam cum aliis præstat Cyprius contra Josephum patriarcham et Joannem Beccum chartophylacem.*

1. Publicas regebat Constantinopoli scholas Georgius Acropolita, magnus logotheta. In ejus disciplinam traditus, proprioque maxime excultus labore Georgius Cyprius, pro summa qua pollebat ingenii vi, ad culmen sapientiæ pervenit, ut ait Ephremius Constantinopolitanus. Vide notas 21, 22 et 23. Fractis viribus fatiscenti Acropolitæ substitutus est rhetor Holobolus, agente Germano patriarcha. Rem narrat Pachymeres libro iv, capite 15. Litterarum commercia cum isto habuisse Cyprium, ex epistolis patet, quæ nostro exstant in apographo codicis Lugduno-Balavensis.

Idem Pachymeres, de patriarchi dignitate Cy- A  
 priu collata agens in Andronico imperatore libro 1,  
 capite 14, sic ait : Ἐκλέγεται μὲν εἰς πατριάρχην  
 τὸν ἐκ Κύπρου Γεώργιον, ἄνδρα λόγους ἐντραφέντα,  
 καὶ σφραγίδα τοῦ πατριάρχου Ἰωσήφ φέροντα, τὸ  
 τοῦ πρωτοαποστολαρίου εἰς ἀνακτόρων ἐπιφερόμενον  
 σέμνωμα. Quæ verba ita vertit Possinus : *Eligit*  
*igitur in patriarcham oriundum e Cypro Georgium,*  
*virum doctrinis innutritum, quem commendaret*  
*Josephitis a Josepho patriarcha benedictio accepta :*  
*quippe illum ad functionem primarii ecclesiasticis*  
*palatinæ concionis, consuetu sacris ritibus lati oc-*  
*casione bene precandi formulâ palam a se delega-*  
*tum, certo caractere suæ approbationis ac favoris*  
*Josephus, dum viveret, insigniverat. 42* Id unum a  
 Josepho hæc Possini interpretatio factum indicat,  
 quod primarium in sacra æde palatina ecclēsia-  
 sten, seu concionatorem designaverit Cyprium.  
 Hinc vir doctissimus in Glossario, ad vocem σφρα-  
 γίς, sic ait : « Ego hic σφραγίδα, benedictionem  
 verti. Intellexi enim signum crucis manu expres-  
 sum a patriarcha Josepho super istum Georgium,  
 una pronuntiata certa verborum formula, qua is  
 electus ad officium *primi ecclesiasticis palatinæ*  
*concionis* (hoc enim sonat πρωτοαποστολάρχου),  
 rite ad fungendum id ministerium missus fuis-  
 set. »

Hæc prætermissa versione, quæ nimium para-  
 phrastica, proque genio concinnata videtur, id  
 presse ac vere significant Græca Pachymeris ver-  
 ba : Andronicum Augustum in patriarcham ele-  
 gisse Georgium Cyprium, virum sermonibus innutri-  
 tum, et ordinatum a patriarcha Josepho, protoapo-  
 stolarii dignitate in palatio condecoratum. Hæc ea-  
 dem versio est Leonis Allatii in Diatriba de Geor-  
 giis.

Existimaverim, verbis illis, *ordinatum a patri-*  
*archa Josepho, σφραγίδα τοῦ πατριάρχου Ἰωσήφ*  
*φέροντα, ordinationem significari, qua Cyprium in*  
*lectorem initiaverit Josephus. Hinc vocem illam,*  
*σφραγίδα, meram benedictionem haud intellexerim,*  
*sed manuum illam impositionem, qua lectores apud*  
*Græcos initiabantur. Vocem eandem exponens*  
*Jo. Gaspar Suicerus adnotat, Manuum impositionem*  
*designari, quæ fiebat ad ordinationem, et consigna-*  
*tio dicebatur; quia tum manum imponerent capiti,*  
*tum signum crucis in capite consecrandi faciebant.* D  
 Favent Isaacii Habertii observationes, in libro  
 Ponticali Ecclesiæ Græcæ. Docet nempe obser-  
 vat. II ad partem iv Liturgiæ ordinum, non esse  
 solitum apud Græcos quempiam tonsura insigniri  
 ante lectorum ordinem : hanc tonsuram vocari  
 σφραγίδα τῆς ἐπικουρίδος ordinari lectores per  
 manuum impositionem : illis etiam tradi librum  
 apostolicum, id est Pauli apostoli epistolas conti-  
 nentem : eorumque demum officium præcipuum  
 situm fuisse in prælectione Apostoli, aliarumque  
 sacræ Scripturæ partium coram populo in sacra  
 synaxi. Hinc lectores apud Græcos ab Epistolis

Pauli, quas prælegebant, dicti etiam aposto-  
 larii.

Inter simplices lectores aut apostolarios non  
 steil Georgius. Narrat Ephræmius Constantinopo-  
 litanus apud Allatum et Bandurium : Εἶτα κατα-  
 στας γνώριμος στεφηφόρω, καὶ συνταγεῖς κλήρω γε  
 τοῦ παλατίου, ipsum denique Cyprium, ut impera-  
 tori innotuit, clero palatii ascriptum fuisse. Hunc  
 imperatorem libentius intelligerem Michaelem Pa-  
 læologum, qui Cyprium ordinatum lectorem aut  
 43 apostolarium a Josepho, clero palatino ascrip-  
 serit, dixeritque Protoapostolarium. Primarium  
*Palatinæ concionis Ecclesiasten* intelligit Possinus.  
 Intelligam ego Epistolarum et Prophetiarum in  
 sacro æde palatina lectorem. Codinus, *De officiis*  
*Palatii Constantinopolitani*, capite vi, agens de  
*Feriis, quæ in Palatio feriari solent, ac primum de*  
*Festo Nativitatis Domini*, sic ait num. 14 : *Psalmos*  
*Horarum legit archidiaconus : Prophetiam, et Apo-*  
*stolum Protoapostolarium : ex Evangeliiis primum*  
*quidem legit protopapa, reliqua alii sacerdotes.* In  
 Nolis ad hunc locum Jacobus Gretserus hæc habet :  
 » *Protoapostolarium.* Vides et hic nomen Græciani-  
 cæ ambitionis : quod inter illos, qui apostolum  
 Paulum publice legebant, hoc est inter Apostula-  
 rios, voluerunt habere *Protoapostolarium.* Ab  
 hocce munere diversum ergo videtur munus *Ec-*  
*clesiasticis*, qui sive Apostolum, sive Evangelicæ expo-  
 nebat. Codinus, capite 1, in tertio Quinario me-  
 morat διδάσκαλον τοῦ Εὐαγγελίου, Doctorem Evan-  
 gelii, qui interpretatur illud : et διδάσκαλον τοῦ  
 C Ἀποστόλου, doctorem Apostoli, qui illius interpres  
 est. Hinc vero, adnotante Ducangio in Glossario  
 Græco : διδάσκειν, proprie est concionem habere ad  
 populum in Ecclesia : ac ejusmodi concionato-  
 res ab episcopo seligebantur ex ordine sacerdo-  
 tum.

Cyprii munus patet, quoungebatur in clero  
 palatino. Huic ab imperatore, στεφηφόρω, ascrip-  
 tum fuisse, tradit Ephræmius : neque tamen ab-  
 nuerim, formula quadam benedictionis adhibita,  
 ad illud rite obeundum munus, missum fuisse a  
 Josepho patriarcha. Hæc ita sese si habeant, de-  
 relinquendi sunt Spondanus ad annum 1283, num.  
 9, et Gulielmus Cave aientes : Cyprium a Latinis  
 lectorem ordinatum fuisse. His etiam adversatur  
 D Nicephorus Gregorus, datamque suspicionis hu-  
 jusce occasionem aperit libro vi, capite 1, num. 7.  
*Ex prætextu*, inquit, Cyprio nonnulli adversa-  
 bantur, quod viginti natus annos, e Cypro ad Ro-  
 manos mores se contulisset, et quibusdam Latinorum  
 ritibus secum allatis, locum dedisset vulgo suspi-  
 candi, lectoris ordinem ei collatum fuisse a Latinis ;  
 sine id malevolus quispiam ante sparsisset, sive  
 zelatorum improbitas ex tempore confinxisset. Quo  
 demum circiter anno Cyprium in lectorem initia-  
 verit Josephus, nota chronica nulla occurrit, quæ  
 id satis indicet.

II. Annus æræ vulgaris 1271 volvebatur, quo

Thealdus, vicecomes Placentinus, archidiaconus Leodiensis, vir sanctus et religiosus, in Syria commorans in obsequium Christi, audito suæ in Romanum pontificem electionis nuntio, quæ eodem anno 1271 peracta est die 23 Augusti dum *e Syria ad hoc Romam profisceretur* 111 (verba sunt Pachymeris, libro v, capite 11), e re sua censuit *mittere ad imperatorem certos homines cum litteris, qui declararent, ingenti se ardere desiderio procuranda pacis Ecclesiarum, et firmæ inter eos conciliandæ concordie.* Ipse namque Thealdus, postea Gregorius X in pontificatu appellatus, *audierat, quid ab ipso (imperatore) moveri ceptum de hoc genere fuisset: quidve jam super ea re decessori suo (ipsius Gregorii) papæ Clementi nuntiandum a se curasset* Idem Augustus.

Summum pontificem Clementem IV intellige anno 1265 electum, maximeque præcessorem ejus Urbanum IV, ut ejus ex litteris patet, datis anno 1263, et anno insequenti 1264. Eas referunt Wadingus, et Raynaldus, et Laurentius Gozza, qui sua in Historia polemica de Græcorum schismate rem hanc diligentissime pertractat. Hæc in eo de negotio agi votis ardentioribus ceptum fuerat sub Joanne Duca, dicto Vatatzio, qui Orientale imperium anno 1222 cepserat: sedemque tenebat, capta a Latinis Constantinopoli, Nicææ in Bithynia. Vitam agebat hoc tempore vir celeberrimus Nicephorus Blemmida, qui plurima pro catholico de processione Spiritus sancti dogmate scripsit Scripta ejus elegantissima vulgari cepta, adnotat Spondanus anno 1233, sed ea ad annum 1261, vel potius ad annos insequentes sub Michael Paleologo differenda, putat Casimirus Oudinus in Elogio Blemmidæ ad annum 1250. Fallitur sine dubio homo apostata, imperitissimeque abutitur auctoritate Nicephorus Gregoræ, qui disertissime sic ait libro v, cap. 2, num. 6: « In mentem venit imperatori (qui Joannem Beccum unioni Ecclesiarum repugnantem carcere inclusum detinebat anno 1273 et in eunte sequenti), eandem rem a Latinis *ante annos quinque et viginti* (adeoque ante annum 1246), Joanne Duca rerum potente, agitatam fuisse: ac tum doctum exstitisse virum, Nicephorum Blemmidam, divinarum litterarum peritissimum, qui cum se in otium contulisset, *multa e sacra Scriptura testimonia, quæ dogma Latinorum confirmare vidrentur, colligere cepisset*, ac postea etiam de his scripsisset. » Jam patet sub Joanne Duca Vatatzio pro Latinorum dogmate Blemmidam laborasse. At scripta edidit etiam *clam quidem ille* (ait Gregoras), *propter vitandum multorum suspicionem.* διὰ τὴν τῶν πολλῶν ὀπίληψιν. Quomodo vero id *clam* ab ipso factum fuerit, cum sua dirigeret scripta ad Theodorum Lascarium juniorem qui anno 1255, paternum suscepit imperium, et ad Jacobum Bulgaricæ archiepiscopum? Directæ ad eos prostant Orationes duæ in *Græcia orthodoxa*, tomo I, et apud Raynoldum, tomo XII. *Annalium* In calce.

A Opus utrumque memorat 115 Pachymeres, lib. vi, capite 28: *Inciderunt forte, inquit, in manus Becci (Michaelis imperatore transmittente) quæ sapientissimus Blemmida ad imperatorem Theodorum scripserat... et ad Jacobum Bulgaricæ.* Gravissimum virum, litteris ac moribus ornatissimum, quam suum laudatus Theodorus Lascaris præceporem habuerat, ad Constantinopolitanum thronum anno 1255 designaverat, teste Gregora: quod ipse recipere splendidissimum munus renuit. Mortem denique obiit anno 1272. Laudes ejus amplissimis verbis celebrat laudatus Pachymeres, libro v, capite 2.

B Propositionum a Thealdo de pace constituenda consilium lubentissime ab imperatore susceptum. Causam Pachymeres non aliam afferit, libro v, citato, cap. 11, nisi *pusillimitatem* ejus. *Metu namque consternatus apparatus Caroli, inquit, ad istud procurandæ pacis consilium appulit unicum, nullam unquam (absque hoc foret), rei talis cogitationem suscepturus.* Carolum Andogavensem intellige, Sicilia regem, quem cum aliis principibus Romani nominis, cruce etiam prædicata, magno excitaverat studio Urbanus IV contra Michaelem, Latini Constantinopolitani imperii destructorem. Hinc anno 1262, ac iterum anno 1264, ab eodem imperatore missi ad Urbanum Legati, qui Græcorum cum Latinis unionem peterent. Hinc etiam de ea sub Clemente IV actum: ac demum Thealdi in Romanum pontificem electi adhortationes excepta; rebus utique suis ut consuleret imperator, sed animi quoque propensione inductus.

C Romæ pontificiam thiam anno 1272, die 27 Martii accepit Thealdus, dictus Gregorius X. Ipso pontificatus initio, Kalendis Aprilis, concilium generale indixit, Lugduni celebrandum. Ex Urbe Veteri die 24 Octobris ad imperatorum Græcorum ac Josephum patriarcham missi legati, qui eos ad unionem invitarent, indictoque interesse vellent concilio, aut magnæ saltem viros auctoritatis dirigerent. Litteras referunt Wadingus et conciliorum collectores. Hos inter pontificios legatos Joannem quemdam Parastron memorat Pachymeres, libro v, capite 11, qui in Tractatu de pace constituenda habito ea verba protulerit: *Ut a Latinis dimisso, amotoque additionis ad Symbolum* (a Græcis videlicet exigentæ) *scandalo* (voce nempe usurpata, quam præ ore Græci habebant); simul etiam Græci *rationes non aspernarentur, quas pro addimento Latini allegarent: cæterum vero dogma idem omnibus commune foret.* Imperatoris operam, studia, curasque, ad pacem suos ut induceret Græcos, inferius narrabimus.

D III. Genuinus controversiæ, quæ tunc agitabatur, status exponendus 116 est. Qui Photiano olim injecto schismati, instauratoque a Michaelis Cerulario adhærebant, Spiritum sanctum procedere a Filio indicabantur: ipsum vero dari et mitti a Filio, ipsumque per Filium procedere a Patre, de



temporalium donorum elargitione intelligebant. A Motu iterum hoc ævo controversia : disputatum- que de æterna, ac substantiali, et hypostatica Spi- ritus processione non solum a Patre, sed etiam a Filio, sive per Filium.

Hanc Spiritus sancti originem ita Latini expo- nebant, ac viri doctissimi inter Græcos. Pater æ- ternus, principium sine principio, quæcunque ha- bet a se omnia, sua excepta personali paternitatis proprietate, divinitatem scilicet, ejusque attributa, adeoque et vim spirandi, seu spirationem acti- vam, Filio communicat gignendo ipsam : igitur quemadmodum Pater, et Filius duo sunt suppo- sita, quæ unam habent divinitatem, ita duo sunt supposita, quæ una potiuntur virtute spirandi, aut spiratione activa. Quemadmodum rursus Pater, et Filius ob unitatem divinitatis, tametsi duo sint supposita, sunt nihilominus unus Deus : ita ob unitatem spirandi virtutis, aut spirationis, tametsi duo sint supposita, sunt unum attamen Spiritus sancti principium. Itaque sicuti Spiritus sanctus procedit a Patre, quia in Patre spirandi virtus est : ita ipsum procedere a Filio dicendum est, quia in Filio una et eadem, sibi communicata a Patre, spirandi virtus reperitur. Sivo sanctus ergo Spi- ritus a Patre procedere dicatur et a Filio, sive a Patre per Filium, æquipollentes intelligi proposi- tiones debent, virtutem spirandi Spiritum sanctum enuntiantes, quæ una eademque Patri inest, ac Filio.

Quoniam vero eadem virtus inest Patri a se, ac inest Filio communicata a Patre, sive quoniam C inest Patri tanquam principio sine principio, et inest Filio tanquam principio de principio : ideo duo veluti in Patre, et in Filio distinguenda sunt : ipsa nempe spirandi virtus, quam habent ambo, ac modus eam habendi, quæ Patri inest a se, et inest Filio communicata a Patre. Hanc utique inex- sistentem Patri Filioque virtutem, illi a se, isti a Patre, significant voces illæ tum a Patre et a Filio, tum a Patre per Filium : sed posteriores videntur quoque aptæ ad ejusdem communicationem virtu- tis exprimendam, quam a Patre nascendo accipit Filius.

Hanc doctrinam eloquia divina satis indicant. Verba sunt Joannis evangelistæ, capite xvi, vers. 13 : Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos om- nem veritatem ; non enim loquetur a semetipso, sed quæcunque audiet loquetur. Vers. 15. Ille me cla- rificabit, 17 quia de meo accipiet (ἐκ τοῦ ἐμοῦ), et annuntiabit vobis. Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt : propterea dixi vobis, quia de meo acci- piet. Et capite xvii, vers. 10 : Et mea omnia tua sunt, et tua mea sunt. Veterum Patrum ab Eccle- siæ initio traditione discussa, sensum germanum eliciunt theologî : quidquid Pater habet, expo- nentes, habere etiam Filium, sola excepta pater- nitatis relatione, qua Pater opponitur Filio, ab eoque distinguitur, ac ideo inter cætera omnia,

quæ cum Patre habet Filius, locum habere spiran- di vim. Ait vero Filius : De meo accipiet Spiritus. Quid vero de Filio accipiat ? Utiqve scientiam : Non enim loquetur a semetipso, sed quæcunque au- diet, loquetur. Quomodo autem scientiam accipiat ? Accipiendo scilicet ab ipso naturam aut essen- tiam.

Num reponas, de Filio scientiam accipere Spi- ritum sanctum, quia nihil iis adversum docet, quæ docuit Filius ? Animadvertite, illud etiam dici, non loquetur a semetipso : quod (est aperte indicare, scientiam Spiritui sancto communicari a Patre, Filioque. Num illud præterea, De meo, exponas de meo thesauro, qui est Pater ? Ac si Filius dice- ret : Inde Spiritus accipiet, unde et ego accepi. Erras quam maxime. Scientiæ namque thesaurus non est persona Patris præcise ut persona, sed essentia divina, quæ est in Patre. Verum enim- vero hæc inest Patri a se, inest etiam Filio com- municata a Patre : unde Spiritus sanctus, qui de hoc thesauro accipit, accipit a Patre, et a Filio.

Ait rursus Filius : De meo accipiet ; quia pro- cedens de Filio Spiritus, non solum accipit id quod est in Filio, non enim accepit filiationem, sed essentiam, ex qua et filiatione, nostro concipiendi modo, constituitur Filius. Quod utique ipse Filius indicat : Omnia quæ habet Pater, inquit, mea sunt : ideo dixi vobis, quia de meo accipiet, id est accipiet, quæ mihi et Patri sunt communia. Dixerat Jesus Christus, capite xv Joannis, vers. 26 : Spiritum Paraclotum, quem ipse mittet a Patre, procedere a Patre. Ait vero capite xvi, vers. 14 : Ille (Spiritus veritatis) de meo accipiet. Hæc inter duo dicta repugnantiam adesse nullam, docet ille sequenti vers. 15 : Omnia quæcunque habet Pater, inquit, mea sunt ; propterea dixi, quia de meo accipiet. Hinc sine dubio efficitur, perinde esse, Spiritum sanctum procedere a Patre, et accipere de iis quæ sunt Filii, ac ipsum procedere ab utro- que, sibi ab utroque natura divina communicata, et iis communicatis omnibus, quæ relative non opponuntur. Tametsi vero hæc Spiritus sancti ac- ceptio sit æterna, et ab æterno : accipiet tamen, de illo dicitur, propterea quod omnes differentias temporum eminentissime includit 18 æternitas : ac varia tempora exprimit Deus in Scripturis, prout res postulat. Agitur hoc loco de Spiritu san- cto, tanquam legato, ad discipulos mittendo a Pa- tre et Filio : unde si donorum largitio spectetur, quæ postea discipulis effundi debueram, accipiet utique Spiritus sanctus, quæ substantialiter pro- cedendo ab utroque acceperat in æterna sua pro- cessione. Hoc sensu frequentius in Scripturis dici : Spiritum sanctum dari, et mitti a Filio ; ejusque temporaneam missionem æterna inniti ejus pro- cessione a Patre Filioque jam constat, ac uberius infra dicetur. Ac etiam innotescit : Spiritum proce- dere a Filio, dari etiam, et mitti ab eo perinde esse,

ac ipsum per Filium procedere, ac dari, et mitti, Cur ergo non dicamus (obvia ut præoccupetur difficultas) *Filium producere Spiritum sanctum per Patrem*, quemadmodum in creatis diei solet, tum *regem agere per ministrum, tum ministrum agere per regem*? Utrobique namque particula, *per*, sensu activo accipitur. Latissimo præsto est discriminis ratio apud sanctum Thomam, 1 p. quæst. 36, art. 3, ad 4, tum *ex unitate virtutis desumpta*, quæ inest utrique, Patri, et Filio: tum etiam *ex ordine, qui attenditur inter Patrem, et Filium, non quantum ad virtutem* (quæ una est in Patre a se, in Filio a Patre), *sed solum quantum ad supposita* (quæ duo sunt). Superiora, quæ sacræ Scripturæ indicavimus loca, egregie illustrat ac validissime vindicat Petavius, libro III *De sanctissima Trinitate*, capite 8, adversum Socinianos.

Paria omnino, quæ de Spiritu sancto, habito respectu ad Patrem et ad seipsum, docentem audivimus Jesum Christum, de seipso quoque affirmat ille, æternam seipsum generationem ex Patre significans, ac missionem ex consequenti. Ait nempe apud Joannem, capite VIII, vers. 26: *Qui me misit, verax est; et ego que audivi ab eo, hæc loquor in mundo*. Et vers. 28: *A me ipso facio nihil; sed sicut docuit me Pater, hæc loquor*. Et cap. XII, vers. 49: *Ego ex meipso non sum locutus: sed qui misit me Pater, ipse mandatum mihi dedit, quid dicam, et quid loquar*. Et capite XV, vers. 15: *Omnia quæcunque audivi a Patre meo, nota feci vobis*. Hæc utique omnia Jesu Christi documenta evincunt, ipsum esse Deum de Deo, ab æterno genitum a Patre, communicata eidem per generationem natura, et sapientia, ac cæteris attributis omnibus; ac demum ab æterno genitum, assumpturum hominem in tempore, ac homines dociturum divinæ sapientiæ mysteria. Cum paria omnino sint de Spiritu sancto dicta, procedente a Patre, non loquente a seipso, accipiente a Filio, quia omnia quæ sunt Patris, Filii etiam **49** sunt, excepta paternitatis relatione; necessaria ratiocinatione colligendum est, a Patre Filioque Spiritum sanctum procedere verum Deum, largiturum in tempore hominibus dona gratiæ. Hoc loco hæc satis.

IV. Hæc sane germana ratio dogmatis: de quo nimium acres motæ sunt Latinos inter et Græcos **D** disputationes, edita frequentius pro Latinis decreta fidei in conciliis: unioque statuta cum Græcis, sed ab his etiam instaurata dissidia. Lis acta vero variis temporibus. Prima hujusce videtur controversiæ mentio apud Hilarium occurrere libro VIII *De Trinitate*, quem in exilio ante annum 360 absolverat. Sic enim ait num. 20: *Neque in hoc nunc columnior libertati (ul. libertatem) intelligentiæ, utrum ex Patre, an ex Filio Spiritum Paraclitum putent esse: non enim in incerto Dominus reliquit*. Aperta mens ejus est: incertum sibi non esse, quin a Patre Filioque sit Spiritus sanctus, quamvis

**A** de locutionis modo litigare nolit. Consule ipsum libro II, num. 4, ubi *Filium* appellat *Spiritus sancti largitorem et auctorem*.

Litem acrius intentasse videtur Theodoretus, Cyri in Euphratesia episcopus. Suo namque *Anathematismo IX*, quem cum aliis anno 430 ex Alexandrino concilio ad Nestorium transmiseral Cyrillus Alexandrinus, inquebat: *Spiritum sanctum, per quem divina signa edidit Jesus Christus, ejusdem (Jesu Christi) proprium esse*. Hæc verba Theodoretus in libro de Cyrilli Anathematismis ad Joannem Antiochenum, nimia excipiens morositate: « *Proprium autem Spiritum Filii*, inquit, si ejusdem quidem cum eo naturæ, et ex Patre procedentem dixit, simul confitebitur, et tanquam piam excipiemus hanc vocem: si vero, ὡς ἐξ υἱοῦ, καὶ δι' υἱοῦ τὸ ὑπαρξέν ἔχον, *tanquam ex Filio, aut per Filium existentiam habentem*, hoc ut blasphemum et impium rejicimus. » Durioribus, quæ videntur, Theodoreti verbis ne tamen hæreas. Adnotare in antecessum liceat, ea Theodoretum ratione dene-gasso, Spiritum sanctum habere, a Filio, aut per Filium existentiam; quia Macedonii et Apollinarij irropia commenta iis exprimi verbis arbitrabatur. Mentem hanc suam aperit in Epistola ad monasterium, quæ legitur collatione V, in synodo V œcumenica. Ait enim Ayrillianæ sententiæ inesse Apollinarij *seminum fructum*: qui adducto exemplo solis, radii, et splendoris, qui a sole per radium emittitur, Spiritum sanctum *magnum* assererat, *Filium majorem, et Patrem maximum*; et quemadmodum Filius minor esset Patre, quia natus a Patre, ita quoque Spiritus sanctus minor foret Filio, quia procedens ex Filio. Hæc de re diligentius agendum cap. 8, num. 5.

**50** Puere Monothelitæ, qui sensum dogmatis, quo de agimus, primi oppugnarunt. Æternam ac substantialem Spiritus sancti processionem a Filio, aut per Filium inflicti sunt, equeque *processionem*, a Patribus omnis ævi passim assertam *per Filium*, intellexere temporalem; quod ipse nimirum per Filium innotesceret hominibus, ac dona spiritualia concederet. Rem evincit Michael Lequienus in Dissertatione I Damascenica, num. 48, ex confessione Macarii Antiocheni, hæretici Monothelitæ. Prostat ea in Actis concilii sexti œcumenici anno 681 celebrati, actione 8, ubi de Spiritu sancto hæc habentur: Καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ δι' υἱοῦ πατρῆδος, δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις, *Et in Spiritum sanctum ex Patre procedentem, et per Filium micantem, seu manifestatum, videlicet hominibus*.

Motam etiam a Monothelitæ litem, novimus ex sancto Maximo, qui in epistola ad Marinum presbyterum sic ait: Latinos reprehendebant Constantinopolitani, scilicet Monothelitæ, quia dicerent, *procedere etiam ex Filio Spiritum sanctum*. Verum Latini « consonantia protulerunt testimonia Latinorum Patrum, necnon et Cyrilli Alexan-

drini de sacro ipsius opere, quod in sanctam A evangelistam fecit Joannem : ex quibus non αὐτίκ, causam Spiritus sancti Filium se facere monstraverunt. Unam enim norunt causam Filii, et Spiritus esse Patrem : alterius secundum generationem : et alterius secundum ἐκπόρευσιν, processionem : Ἄλλ' ἵνα τὸ δι' αὐτοῦ προῖεναι δηλώσωσι, καὶ τὸ τῆς συναφῆς τῆς οὐσίας καὶ ἀπαράλλακτον παραστῆσωσι ; sed ut hunc per eum prodire insinuarent : et hac (locutione) substantiæ communionem, et indissimilitudinem demonstrarent. » Animadvertite, Latinis consona sentire Cyrillum, inquam, Spiritum sanctum a Patre per Filium prodire, ut hac locutione substantiæ communitio demonstraretur. Insignia dabimus infra Patria Alexandrini testimonia. Agebatur ergo de naturali ac æterna Spiritus sancti processione. Rursum adnota Patrem dici causam Filii, et Spiritus sancti, illius per generationem, et istius per processionem : causam scilicet, veluti primariam et originalem, quæ habet a se vim generandi Filium, et spirandi Spiritum sanctum : eoque sensu Filium non esse causam Spiritus sancti. Animadvertite tandem, ita sanctum nihilominus procedere a Patre Spiritum, ut etiam per Filium prodeat, Filio scilicet virtute spirandi communicata a Patre, eodemque in unum cum Patre coalescente principium.

Sancti Maximi mentem eodem exposuit modo Anastasius Bibliothecarius in epistola ad Joannem diaconum, tomo XII Biblioth. 51 Patrum Lugdun. « Frustra causari contra nos inquit Græcos : cum nos non causam, vel principium Filium dicamus Spiritus sancti, ut autumant (causam scilicet, aut principium, cui a se insit virtus spirandi), sed unitatem substantiæ Patris et Filii (et unitatem spirandi virtutis in utroque) : non nescientes (imo reclusissime intelligentes), sicut procedit a Patre, ita eum procedere fateamur ex Filio, missionem nimirum (lege emissionem), processionem intelligentes. » Vox illa, emissio, in Anastasii textum restituta immunem reddidit censura Bibliothecarium, qua ipsum acerbo notat Pelavius, libro VII De Trinitate, cap. 17, num. 11. Combelsium consule tomo II Operum sancti Maximi, pag. 69 ; et Lequienum in Dissertatione Damascenica I, num. 10, et in Panoplia contra schisma Græcorum, sæculo XIII, capite 4, num. 16 ; quo etiam loco, pro eo quo pollebat ingenii acumine, vocem hanc emissionem animadvertit, passivo sensu, non activo usurpari, ut emissio ac emanatio significaretur ; ipseque Filius intelligeretur veluti medius, ex quo, et per quem Spiritus veluti emergit et emanat. Hanc Cyrilli, et Basilii, et Gregorii Nysseni, aliorumque Patrum genuinam esse doctrinam, suo loco dicendum. Pergit Anastasius : « Pie interpretans, et utriusque linguæ gnarus ad pacem erudiens, dum et nos et Græcos edocet (Maximus) : secundum quidam procedere,

et secundum quidam non procedere Spiritum sanctum. » Non procedere a Filio, ut a principio sine principio, a se virtutem spirandi habente ; procedere ab ipso, ut a principio de principio, a Patre per generationem accipiente virtutem.

Acrius, apertoque Marte, dogma istud impetere cœperunt Iconomachi, maximeque sub imperio Constantini Copronymi, octavo sæculo labente. Cum hærescos ipsi ab Occidentalibus insimularentur, Occidentales ipsos, vicem ut reponderent, hæreticos vocabant, Spiritum sanctum a Filio procedere asserentes. Tum ero, ac deinceps processio a Patre per Filium, quæ innumeri Patrum testimoniis asseritur, de temporali missione Spiritus sancti, ejusque temporali manifestatione per donorum spiritalium largitionem, passim intellecta a Photio, et Michaelo Cerulario, cæterisque schismaticis. Is ergo sub Joanne Duca Vatatzio, maximeque sub Michaelo Palæologo contentionum cardo erat, an Spiritus a Patre per Filium substantialiter procederet : quo admissio dogmate, consequens erat perinde esse, ac Spiritum sanctum a Patre procedere, et a Filio.

V. Hanc substantialem, ac æternam, et hypostaticam Spiritus sancti a Patre per Filium productionem promovobat imperator, ut 52 pax demum Ecclesiarum iniri posset. Suam Augusto præstabant operam viri Græci doctissimi, Theodorus Meliteniota, Georgius Metochita, rhetor etiam Holobolus, Georgius Cyprius : quibus postea aliisque sese adjunxit Joannes Beccus, catholici dogmatis vindex omnium nobilissimus. « Quadam igitur die (Pachymeris verba sunt libro V, cap. 12,) cum convenissent (anno 1273) apud imperatorem patriarcha (Josephus), antistes, et ex clero quidam ; instantius iis de pacis negotio imperator disseruit... Adjungebat, nihil esse periculi in assentiendo Latinis quod cuperent, multis id rationibus demonstrans. Habebat enim, qui talium ei argumentorum copiam suggererent, auctores studiosos ejus pacis, archidiaconum Melitenioteum, protoapostolarium Georgium Cyprium, et minus ardentior ac superliciarie rhetorem Ecclesiæ Holobolum. » Animadvertite, Cyprium hoc anno 1273 jam clero palatino ascriptum, dictumque protoapostolarium, ac dogmatis Latinorum vindicem.

Josephus patriarcha expectabat, ut chartophylax dicta pro Latinis refelleret. Is est Joannes Beccus, qui hanc anno 1264 obtinuerat dignitatem, ipso Pachymere teste libro III, capite 24. Dignitatis officia ac munera vide apud Goarum in Notis ad primum Codini caput. Jussus ille demum : Aliquos, ait, esse hæreticos, licet non dici, et in hanc classem redigendos Italos. Josepho patriarchæ magnam adjecit confidentiam ea libera voce, percussit autem imperatorem. Verum archidiaconus (Meliteniota), et protoapostolarius (Cyprius), in os illi

vehementer obstiteret. Hinc vero carceri mancipatus ipse Beccus.

Cœpto pergebat imperator. Scriptus, inscriptusque ejus nomine libellus, missus ad Ecclesiam : in quo ex variis historiis et testimoniis demonstrare conabatur, nullam inesse Latinis hærescos labem. Studium operamque conferebant docti homines (ut ait Pachymeres lib. v, cap. 14), quorum primi valentissimique erant prius memorati archidiaconus et protoapostolarius. In studio ergo pacis perseverabat Georgius Cyprius, vindicabatque dogma catholicum. An hæc fuerit sincera mentis persuasio, an simulatio, non ita facile dicta. Simulationem, si fuerit, diu sustinuit : mutavitque demum sententiam, aut simulationem abiecit.

Synodum celebravit Josephus patriarcha, ut quid agi oporteret circa scriptum imperatoris, decerneretur. Adfuit et soror ejusdem imperatoris Eulogia, quam memorare præstat : utpote quæ pacem a fratre initam violari ab Andronico successore, persuaserit. Negotio in synodo discesso, repulsam ab optatis tulit imperator.

### 53 CAPUT III.

Joannes Beccus, diligenter expensis Patrum testimoniis, mutat sententiam, pugnatque pro catholico dogmate : nonnullorum Patrum testimonia. Initia conventionis quadam, Josephus patriarcha tantisper secedit in monasterium. Missi ad concilium Lugdunense legati : Petavius emendatur. Ecclesiarum unio constituitur. Decretum fidei exponitur.

I. Ad Joannem Beccum, qui carcere detinebatur, Nicephori Blemmidæ scripta, imperatoris jussu, transmissa sunt. De his egimus capite superiore, num. II. His ille multa cum sagacitate perfectis (verba sunt Gregoræ libro v, capite 2, num. 6). sanctorum libros, e quibus Blemmides ea testimonia collegerat, postulavit. Quorum copiam cum imperator libentissime ei fecisset, in eo deinde occupabatur, ut diligenter illos legeret, expenderet, ad verbum conferret. Itaque brevi tempore eum testimoniorum acervum coegit, quæ integra volumina complere possent. Et qui dudum acerri-me Latinis adversabatur, mutata sententia, victoriam fuceret ambiguam (vel ad illos transferret).

Paria narrat Pachymeres, libro citato, cap. 16, schismatico scriptori si fides adhibenda, summam demum peccati Latinorum, Becco visum fuit, in additamento verbi unius ad Symbolum consistere. Hac de re in dissertatione sequenti diligentius mihi agendum. Ad ipsum quod attinet dogma, consentire Ecclesias pro certo Beccus habebat. Nonnulla refert Historicus testimonia Patrum, quibus quod aiebat ipse Beccus, confirmaret. Insignis occurrit locus sancti Cyrilli libro 1 De adoratione in spiritu et veritate : Mutabilis nullo modo Spiritus est... siquidem est Dei, et Patris, et Filii, ille, qui οὐσιωδῶς ἐξ ἀρχῶν, ἴσῳσιν ἐκ Πατρὸς δι' ἑαυτοῦ προχέμενος, qui substantialiter ex utroque,

A nimirum ex Patre per Filium profluit Spiritus. Temporalis emissio Spiritus sancti, seu donorum et charismatum largitio, dici nequit οὐσιωδῶς, substantialis. Agit ergo Cyrillus de æterna, ac hypostatica processione, per quam Spiritus sanctus ex Patre, et ex Filio suam accipit substantiam, æque immutabilem, sicut est Patris et Filii substantia. Ita vero οὐσιωδῶς ex ambobus procedit illa, sive profunditur : ut etiam ex Patre, procedat, sive profluat per Filium, spirandi aut profundendi virtute Filio communicata a Patre, ipsum gignendo.

B 54 Addebatur testimonium sancti Maximi in Epistola ad Rufinum (ad Marinum presbyterum) : ubi non principium (scu causam) se Unigenitum Spiritus ostenderunt Latini dicere, sed ut per ipsum procedere significarent, et ea ratione cohesionem inseparabilis substantiæ constituerunt. Idem ergo Latinis erat, Spiritum ex Patre Filioque procedere, ac ipsum procedere ex Patre per Filium. Huc rursus Spiritus a Patre processione per Filium exponebatur ejusdem Spiritus sancti cohesio inseparabilis cum utroque substantiæ : adeoque de substantiali ac æterna agebatur ejus processione ad existentiam. Attentius recole, quæ superiore capite, num. 3, lato sermone explanavimus. Georgium Metochitam addo. Imperatori Michaeli Paleologo is adhærebat. Fragmentum ex ejus libro iv De processione Spiritus sancti præstat apud Combelisium, post Historiam Monothelitarum, ubi sic habet : Quia universa, quæ insunt Filio... quin et ipse Spiritus, quem de ipso (Filio) et per ipsum docent ex Patre sunt, tanquam ex radice ac prima causa ; minimeque per eum modum sunt ex Filio, quod is non sit radix, nec causa omnino prima... juxta hæc utique (Maximus) apte congrueque Filium docuit, non esse causam, ac reliqui divini doctores crebro in Patrem referunt causam : non eo, ut ex Filio, ac per Filium Spiritus sancti divinum processionem tollant... Quocirca propria ratio est, juxta quam Filius non est causa : rursusque propria, juxta quam Spiritus sanctus est ex utroque, hoc est ex Patre per Filium (quia nempe a Patre Filius habet, quod sit productor Spiritus sancti). » Hanc totam tradit, et elegantissime doctrinam explanat sanctus Augustinus, libro iv De Trinitate, cap. 27, et tractatu 99 in Joannem, num. 8, quo loco posteriore sic ait : « Cur Filius dixit, de Patre procedit (Spiritus sanctus) ? Cur putas, nisi quemadmodum ad eum solet referre et quod ipsius est, de quo et ipse est ? Unde illud est, quod ait : Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me. Si igitur intelligitur hic ejus doctrina, quam tamen dixit non suam, sed Patris, quanto magis illic intelligendus est, et de ipso procedere Spiritus sanctus, ubi sic ait, de Patre procedit, ut non diceret de me non procedit ? A quo autem habet Filius ut sit Deus, est enim de Deo Deus ; ab illo habet utique, ut etiam de illo procedat Spiri-



lus sanctus; ac per hoc Spiritus sanctus ut etiam a Filio procedat, sicut procedit a Patre, ab ipso habet Patre.... Et simul de utraque procedit (num. 9), quamvis hoc Filio dederit Pater, ut quemadmodum de se, ita de illo quoque procedat. » Hæc vero jam satis hoc loco. Alia sunt 55 æquo solida ac præclara Græcæ nationis Patrum testimonia, quæ pro data a Pachymere occasione, inferius adducenda ac illustranda sunt.

II. Anceps erat patriarcha Josephus. Firmavit ipsum in pervicacia monachus Jobus Jasita. Roum narrat Pachymeres, libro v, capite 12. Ad hanc vero inductus ille est cum imperatore conventionem: *Ut patriarchali palatio egressus (capite 17), diversarentur in Periblepti monasterio. Quod si quæres obstaret ne legati (ad concilium delecti) negotium conficerent, rediret ille in patriarchales ædes. Sin cepta ex voto peragerentur, tum sane obsisteret honore, locumque alteri concederet.* De monasterio virorum, titulo τῆς Περὶβλέπτου, *Deiparæ* formosæ nuncupato, agit Ducangius in *Constantinopoli Christiana*, libro iv, sectione 2, numero 36.

Migravit ergo patriarcha, ἐνδεκάτῃ μὲν Ἐκατομβαιῶνος, δευτέρῃς ἐπιναμύσεως, τοῦ ςψηβ' ἔτους *die undecima Januarii, secundæ indicationis, anni 6782.* Annus est æræ vulgaris 1274, *secunda indicatione* insignitus.

III. Legatos ad concilium a Michaelē imperatore directos memorat Pachymeres eodem capite 17, *Germanum, qui patriarcha fuerat.* abdiravitque dignitatem anno 1266, *episcopum Nicææ Theophanem; itemque ex senatoriis viris, magnum logothetam Acropolitam, præsidem vestiario Panaretum, et magnum interpretem Berrhæotum.* His alii sese adjunxerant ecclesiastici viri. Iter eorum ita Pachymeres describit, capite 21, ut *παρὰ καιρὸν, aliædo tempore navigare orsi sint, sub initium videlicet Martii, κρονίος γὰρ ἀρχομένου μὲν ἠορρενδα procella jactati sunt, τῇ ἐνισταμένῃ τότε μεγάλῃ πέμπτῃ ἑσπέρῃς, quinta die Majoris hebdomadæ: comitumque nonnulli miserabile facere naufragium.* Correbat annus 1274, insignitus *littera Dominicali G, et cyclo lunæ 2.* Quarta decima Paschalis, a die 12 Martii numerata, incidit in diem 25 ejusdem Martii Dominicam: unde sacrum Pascha dilatum fuit ad *diem 1 Aprilis.* Fuit ergo illo anno *quinta dies majoris, aut magnæ hebdomadæ dies 29 Martii.*

Dionysius Pelavius, libro vii *De Trinitate* de his *Hecatombæonis, et Chronii mensibus, quos nominat Pachymeres, hæc habet capite 4, num. 9: « Legati Augusto mense ineunte solventes Constantinopoli ita enim κρονίος mensem interpreto apud Pachymere), aliena anni tempestate, naufragium fecerunt... Hæc anno mundi 6782, indicatione secunda, Hecatombæonis undecima, gesta esse refert Pachymeres, qui annus esset debet Christi 1274, 56 et Augusti, vel Julii dies undecima, cum in-*

ente mense legati Romani navigassent. Siquidem κρονίος, idem est cum *Hecatombæone.* Sed cum iidem illi legati ad concilium Lugdunense, quod anno illo eodem 1274 celebratum est, missi sint ab imperatore Michaelē, non bene cum historia et Actis illius synodi Pachymeri convenit. »

Imo cum Pachymeris Historia non bene convenit *mensium* assignatio a doctissimo et magno viro facta. Quomodo enim navigatio legatorum, quæ cepta dicitur Augusto mense ineunte, conveniat cum naufragio, quod paulo post navigationem inceptam accidisse dicitur *die quinta hebdomadæ magnæ, quæ nempe sanctum Pascha proxime præcedit?* Neque κρονίος mensem eundem esse Pachymeri atque Ἐκατομβαιῶνα, neque hunc eundem cum Augusto, jam certo et perspicue demonstravit Petrus Possinus in Michaelē Palæologo imperatore in Observationibus libro iii chronologico, capite 1. Namque illud primo constat, Pachymere *præter morem usumque cæterorum, sive veterum, sive recentium, in mensibus appellandis novasse: ac illud præterea patet, faciem præferentibus codicum, quibus ille usus est marginalibus postillis, Hecatombæonem eundem esse cum Januario, et Cronium cum Martio.* Hæc vero nomina Romana Græcis litteris ibidem scripta in marginalibus leguntur hoc modo: Ἰανουαρίου et Μαρτίου. Qua posita mensium apud Pachymere nomenclatura, positoque usu, *bene conveniunt omnia cum historia.* Superius vide caput 4, num. 3.

IV. Prima concilii Lugdunensis habita fuerat sessio eodem anno 1274, die 7 Maii, in ecclesia Sancti Joannis. Ad vicesimam octavam ejusdem mensis indicta erat sessio secunda. Ante illam litteras legatorum, quos pontifex miserat Constantinopolim, accepit nuntiantes, jam se prope esse, atque in comitatu habere legatos Græcorum. Hinc sessio dilata in diem septimam Junii. Eodem mense die 21 pervenerunt Lugdunum, redeuntes Constantinopoli nuntii pontificii, ac missi ad concilium Græci apocrisiarii.

Summo pontifici litteræ oblatæ, quas dederunt Michael Palæologus Augustus et Andronicus filius, quom collegam imperii anno 1272 nuncupaverat pater, et alii plures Ecclesiarum Græci antistites. Simul omnes die 29 Junii, apostolis Petro et Paulo sacra, ad mysteria divina convenerunt. Tum Latine inter missarum solemnitas Symbolum recitatum: ac Græcè a Germano olim patriarcha, cum processione Spiritus sancti *a Patre Filioque.* Litteræ a Græcis datæ, coram palamque lectæ die sexta Julii, in his quas scripserat imperator, professio fidei continetur cum sancti Spiritus **67** processione *ἐκ Πατρὸς Υἱοῦ τε.* Rogabat ille vero summum Pontificem: *ut Ecclesia Græca diceret sanctum symbolum, prout dicebat hoc ante schisma usque in hodiernum diem.*

Fidei definitio lata demum his verbis : « Fidei ac devota professione fatemur, quod Spiritus sanctus æternaliter ex Patre et Filio, non tanquam ex duobus principiis, sed tanquam ex uno principio, non duabus spirationibus, sed unica spiratione procedit. Hoc professus est haecenus, predicavit, et docuit ; hoc firmiter tenet, predicat, profitetur, et docet sacrosancta Romana Ecclesia, mater omnium fidelium, et magistra. Hoc habet orthodoxorum Patrum atque doctorum, Latinorum pariter atque Græcorum, incommutabilis et vera sententia. Sed quia nonnulli, propter irrefragabilis præmissæ ignorantiam veritatis, in errores varios sunt prolapsi, nos hujusmodi erroribus viam præcludere cupientes, sacro approbante concilio, damnamus et reprobamus omnes qui negare præsumpserint, æternaliter Spiritum sanctum ex Patre et Filio procedere : sive etiam temerario ausu asserere, quod Spiritus sanctus ex Patre et Filio, tanquam ex duobus principiis, et non tanquam ex uno, procedat. » Hanc fidem Græci apocrisarii juramento firmarunt, Græcum definitionis textum ex Manuele Caleca profert Possius in Notis ad librum 1 Pachymeris in Andronico imperatore capite 8 et 9. »

V. Errores in eadem fidei definitione damnari duos, animadvertite : tum negantium, æternaliter Spiritum sanctum ex Patre et Filio procedere : tum asserentium, ex Patre et Filio ipsum procedere, tanquam ex duobus principiis. Errorem primum Græcis impingebant Latini : in eoque sine dubio Græci versabantur, ac utinam non versarentur hodieque ! Latinis alterum imputabant Græci : quem illos ut tamen aliquando tenuisse, probari haud unquam poterit. E re sua censuit Gregorius X, sacro approbante concilio, errores ambos præscribere ; sive errantes fuerint, qui utrumque docuissent : sive aliqua tantum suspicione niteretur alter. Concordia Latinos inter et Græcos constituenda id exposcere videbatur.

Imperatoris legati, vere et insequenti æstate ibi exactis (verba sunt Pachymeris libro v, capite 21), extremo autumno mutuos ipsi adjectos a Papa legatos Constantinopolim perduxerunt. Tres illæ anni tempestates, ver, æstas et autumnus, quas imperatoris apocrisarii sua in legatione exegere, superiorem, de qua egimus, mensium Pachymeniorum interpretationem doctissimi Petavii rejiciunt. Pontificiæ litteræ in Collectionibus conciliorum prostant, ad Michaelem Augustum, et Andronicum collegam. Græcosque antistites, datæ v Kal. Augusti anno tertio.

#### 58 CAPUT IV.

Josephus patriarcha sedem abdicat : eligiturque Joannes Beccus. Plura ab ipso edita scripta pro catholico dogmate, fidem rectam adhuc profitente, aut simulante Gregorio Cyprio. Fidem et obedientiam Romano Pontifici omisso juramento profitentur Michael imperator, et Andronicus collega, et Beccus patriarcha. Accusationes in Beccum delatæ ; eique jus stauropegii ereptum ab imperato-

re. Nuntii Pontificii ayunt pro voce, Filioque, adjicienda ad Symbolum.

I. Juxta pacta cum Josepho patriarcha pridem conventa, concordii suffragio Patrum, vacare sedem Constantinopolitanam, judicatum est. (Pachymeris verbis utor libro v, capite 22). Itaque mensis Januarii (Ἰαννουαρίου) undecima die (anno Christi 1275) primum sacra fieri cæpta sunt sine consuetudine Josephi, ut patriarchæ, mentione : et ipse ad Lauram prope Anaphum (suburbium Byzantii ad os Ponti) ex Periblepti monasterio migravit. Ejusdem porro mensis die sexta decima, Nicolao Chalcedonensi sacris operante in Palatii sacra sede, duplici lingua pronuntiata est, quam vocant, Epistola . . . Sacrum quoque Evangelium simili differentia linguarum, Græce pariter et Latine recitatum est. Et sic loco proprio, popæ etiam per diaconum solemnis mentio facta est ; et Gregorius summus pontifex apostolicæ Ecclesiæ et œcumenicus papa præclanatus.

De novi patriarchæ electione actum serio. In thronum evehitur Joannes Beccus. Notas chronicas affert Pachymeres cap. 24, diem sextum et vicissimum mensis Maii, Ἰουαννῆσφιωνος Festum sanctorum Nicænsium Patrum. Secunda vero Junii, Μαρτυρικῆσφιωνος, Dominica proxime secuta, illustri die Spiritus sancti. . . . rite inauguratus est in patriarcham, Annus æræ vulgaris 1275, currebat cum littera Dominicali E, et cyclo Lunæ III. Hinc sanctum Pascha incidit in diem 14 Aprilis, et Pentecoste in diem 2 Junii. Dominica scilicet erat proxime secuta præcedentem, quæ die 20 Maii illuxit. Tillemontius, in Historia concilii Nicæni, in Monumentis tomo VI, art. 20, adnotat, apud Græcos peculiarem fieri consuevisse Commemorationem trecentorum et octodecim Patrum synodi primæ Nicænæ vel die 29 Maii, vel Dominica præcedente Pentecostem : apud Syros mense Julio, et apud Ægyptios die 5 Novembris. 59 Hæc itorum confirmant, et ovineunt, mensem Ἰουαννῆσφιωνος non alium esse apud Pachymenem, nisi Maium.

II. Nicéphori Gregoræ libro v, capite 2, num. 7, verba sunt : Beccus, patriarchali sede conscensa, imperatori unus fuit omnia, et lingua, et manus, et velociter scribentis calamus, et dicendo, et scribendo, et dogmata exponendo : ejus certaminis sociis et adiutoribus, Meliteniote et Metochite imperatorii cleri archidiaconi, et Georgio Cyprio. Hunc habes catholici dogmatis, quoque demum animo, adhuc vindicem.

Cum Xiphilino viro gravi, magno tunc Ecclesiæ œconomio, fere pactum inierat Beccus, se haudquam commentariis pro dogmate contra schismaticos elucubrandis operum unquam daturum, ne motæ jam contentiones fierent acriores. Hæc habet Pachymeres capite 28 : Ea tunc ille dicebat, quoties in manus sumeret hærentium adhuc schismatici commentarios auctarum. Quos tamen cum deinde legeret, animadvertens multum eorum labem fraudemque, impetum interdum capiebat refutandi

splendide, quæ mendaciter affirmabantur . . . sed tenebatur ne id faceret ea, quam dixi, ratione. Quæ tamen excussus ad extremum est, venire coactus ad experimentum scripto disputandi adversus contra sententias. Hinc a Becco scripta plura hoc tempore ac deinceps prodire, quæ bibliographi recensent. Edita prostant nonnulla apud Allatum in Græcia orthodoxa, tomis I et II.

Paucis complecti liceat Epigraphas ejus, seu Præscriptiones in dicta ac sententias sanctorum Patrum, quas ipse collegerat. Prima Patres offert dicentes Spiritum sanctum a Filio, aliosque per Filium : quibus evincitur, præpositiones ex et per vires habere æquales. In altera colliguntur Patrum testimonia, quæ continenter et immediate Filium ex Patre esse commonstrant ; unde inferitur, Spiritum sanctum esse per Filium. Sententiæ congeruntur in tertia, quæ Filium vocant imaginem Patris, et Spiritum sanctum imaginem Filii : hunc faciem, et operationem Patris, illum operationem et faciem Filii. Quarta testimonia continet, quibus Spiritus enuntiatur per Filium Patri conjungi : ac ordo statuitur in Trinitate, Scripturarum testimonia, a patribus exposita, in quinta Epigrapha continentur. Exhibet sexta sententias, quæ equipollentiam demonstrant, sive dicatur Spiritus ex Patre procedere, sive ex Filio accipere. In septima prostant ea dicta, quæ decernunt, ex Patre progredi, profundi, emitti Spiritum sanctum in illis pericopis, in quibus illum ex Patre procedere dicendum erat. Agitur in octava contra eos qui, audientes Spiritum sanctum ex Patre esse (et ex Filio **60** aut per Filium), emanare, et egredi ; non divinam Spiritus naturam ex divina essentia et natura Filii emanare et effluere enuntiant : sed spirituale donum dignis adveniens. Testimonia colliguntur in nona, quæ essentialiter Patris et Filii qualitas, odor, flatus, halitus dicitur Spiritus sanctus : itemque Pater fons Spiritus, et Filius fons Spiritus ; decima sententias offert, quæ enuntiant, in Filium transire quæ sunt Patris, excepta paternitate. Eas vero undecima continet, in quibus quemadmodum proprius Patris dicitur Filius, ita Filii Spiritus sanctus. Agitur in duodecimo contra illos qui, audientes Spiritum ex essentia Filii esse, contendunt aliud esse ex essentia, et aliud ex hypostasi. Agit demum tertia decima adversum eos, qui audent dicere : Emanare, et progredi, et effulgere, et apparere ex Filio Spiritum, non indicare illum esse substantialiter, et in sua hypostasi ex Filio, sed spiritualium donorum ex ipso distributionem. Cedro ulique dignum opus. Hæc eadem vero, quæ in hoc Opere prostant, adhibet magnus Petavius arguente, confirmat, et illustrat libro viii De Trinitate.

III. Pro confirmatione unionis cum Latina Græcæ Ecclesiæ, legatos ad Michaelē imperatorem, et Andronicum, ac Joannem patriarcham anno 1276 designaverat Innocentius V. Adire Constantinopolim jussit eos Joannes XX, dictus XXI, co-

Adem anno 1276, electus die 15 Septembris, denasque xvii Kal. Junii anno insequenti 1277. Successit Nicolaus III, die 25 Novembris : quo sedente, Græci legati pervenerunt cum litteris Michaelis et Andronici imperatorum, et Joannis Becci patriarchæ : quibus ratum habebatur, quidquid ab eis in negotio pacis expetitur fuerat. Refert eas Laurentius Cozza ex Bzovio, et Raynaldo, parte iv, de Græcorum schismate, capite 33, a num. 1416. Datæ sunt mensis Aprilis, quintæ indictionis sexto millesimo septimo centeno octogesimo quinto anno, Christi videlicet 1277.

In ea quæ Beccus patriarcha scripserat, fidei professio continetur. Ad processionem Spiritus sancti quod attinet, sic aiebat : « Profunditur Spiritus sanctus (quod enim idem), procedit, quemadmodum a fonte Deo et Patre : profunditur autem et ab ipso Filio, quemadmodum a fonte, velut utique ex ipso Deo et Patre. Sed licet Pater fons Spiritus sancti sit, et Filius fons Spiritus sit : non tamen duo fontes Spiritus sunt Pater, et Filius, Unum enim fontem Spiritus, Patrem et Filium, fidelis et pia intelligentia tenet. Et propter hoc communem Patris, et Filii Spiritum sanctum Ecclesiæ luminaria et doctores theologizarunt. Sicut enim de substantia Patris naturaliter Spiritus est : sic et **61** ex substantia Filii naturaliter Spiritus est ; sicut secundum substantiam Filii existit, et (sic) proprius est essentialiter Patris, et non extra hanc procedit in esse. Naturalium enim bonorum Dei et Patris essentialiter existens Filius communicator, habet Spiritum. » Ad operis complementum novus Nicolaus III misit Constantinopolim cum litteris nuntios anno 1278. Quænam instructio a sede apostolica eidem data fuerit, numero sequenti dicendum.

IV. Becci patriarchæ erectus in promovendo firmandoque pacis negotio animos plurimorum in se concitaverat. Ipse imperator (Pachymeris verbis ulor, libro vi, capite 10), studebat nancisci modum hebetandi aciem nimii, quo dudum offendebatur, zeli patriarchæ. « Itaque evolutis annis quatuor, ex quo Joannes patriarchatus honore præcellerat, mense Februario,  $\alpha\pi\tau\alpha\ \mu\epsilon\upsilon\alpha\ \lambda\epsilon\upsilon\alpha\iota\omega\upsilon\zeta$ , septimæ indictionis, graves in eum accusationes a quibusdam a clero constantur : mendaces illæ quidem ac plures inanos, non tamen ejusmodi quas agre imperator admitteret. » Annum 1279 afficit indictio septima. Hujus anni die 2 mensis Junii quatuor integri patriarchatus anni explebantur : at mense Februario præcedente, accusationes contra Beccum delatæ.

patriarchalia, jura quæ  $\sigma\tau\alpha\upsilon\pi\omicron\upsilon\tau\eta\gamma\iota\omicron\upsilon$ , stauropegii appellantur, minueræ tentavit Michael imperator, Novella data, qua dæcebatur : ut quæ ubicunque, vel cujuscunque modi loca, vel monasteria patriarchæ uni subjecta, eatenus censebantur, ea deinceps episcopis quorum propriæ diocesis essent, jure ordinario subjacerent. De hocce stauropegii

jure agit eruditissime Jacobus Goar in Euehologio, ubi tum Martinum Crusium, licet Lutherianum, a Jacobi Gretzeri critica ulciscitur, tum etiam perstringit Meursii oscitantiam. Cum Goario Michael Lequienus in patriarchatu Constantinopolitano capite 16, a num. 7 docet : patriarchas Orientis omnes, unumquemque in suo patriarchatu, ea auctoritate potiri, ut *skawropegio*, quod est *crucis defixio*, suo prævio, condantur ecclesiæ, ac præsertim monasteria ; eaque propterea eorum regimini subsint omnino, ab episcopi ordinarii potestate libera. Jus istud patriarchis a Michaele detractum, soli postea *Constantinopolitano episcopo* in omnibus sui patriarchatus provinciis redditum fuisse evincunt viri docti ex Matthæo Blastaro ad litteram II, cap. 3, qui anno 1335 vitam agebat scribebatque.

V. Constantinopolim eodem anno 1279 pervenerant nuntii, quos anno præcedente Nicolaus III transmiserat. In ea, quam a 62 sede apostolica acceperant instructione, hæc etiam habentur : « Super eo, quod dictus imperator in præfatis suis litteris petit, ut *Ecclesia Græcorum dicat sanctum Symbolum, sicut dicebat hoc ante schisma*, respondendum est, quod unitas fidei non patitur diversitatem in professionibus suis . . . et maxime in *decantatione Symboli* . . . Et ideo deliberavit eadem Romana Ecclesia, et vult, ipsum cum adjec-tione illa, *Filioque*, tam a Latinis, quam a Græcis uniformiter decantari. »

Munere suo fungentes legati, serio imperatori et Græcis denuntiarunt : *initæ pacis pignus idoneum fore, si et ipsi Symbolam, sicut Latini, pronuntiarent*. Hæc Pachymeres narrat libro vi, capite 14. Episcopos et clerum universum convocavit imperator : quos certissimos reddit passurum se nunquam, Symbolo quidpiam inseri. Inter alia hæc in ejus allucotione habentur loco citato capite 15 : « Quoniam vero *nostrorum* quidam, quibus nimirum dissidium cordi est, nescio qua moti causa, cum *freribus* (fratribus pontificiis nuntiis), apud Peræam congressi, dixerunt : *nil nisi ludibrium et fraudem hanc pacem esse* ; et hoc imprudenti dicto Latinis occasionem præbuerunt exquirendi *plus aliquid*, ut experimento satis certo constet, serio ac verè rem peractam : unde hæc, quam audituri mox sumus, legatio nata est, cujus scopum præcipuum esse compari, hoc quod modo dixi a nobis exigere . . . Ego sancte polliceor . . . profiteor, et verissime promitto rigorem inflexibilem usque *ad exclusionem vel iota, vel apicis unius*, De hoc certi estote, in quod de vobis fidem plenissimam. »

### 63 CAPUT V.

*Beccus patriarcha secedit in monasterium, ac paulo post in sedes patriarchales revertitur. Subdolis conficitur libellus, Romano pontifici offerendus. Scripta reponit Beccus, summa quorum assertur, ac illustratur : agiturque de Hoptotheca Andronici*

*Canateri. Genuinus anathematismorum sensus, quos publice in Ecclesia legendos instruxerat ipse Beccus. Mortem obiit Michael imperator : ubi de anno emortuali agitur. Succedit Andronicus, qui statutam Ecclesiarum pacem rumpit : iterumque secedit Beccus in monasterium.*

I. « Duobus mensibus (verba sunt Pachymeris, capite 13) agitata *patriarchæ accusatio* fuerat : nec quidquam proficiebatur . . . Mense Martio, circa medium *Quadragesimæ jejunii*, *περὸς Κρονίου, μετὸς τῆς ὑστέρης*, me hujus Historiæ scriptorem (Pachymerem) jussit libellum abdicationis suæ conscribere : quem cum imperatori obtulisset, illo simulante se non accipere, continuo recedens in *Panachrontæ* monasterium se abdidit. » Anno 1279, sacrum Pascha *die 2 Aprilis* celebratum fuit, ut colligitur ex *littera Dominicali A*, et *cyclo lunæ vii*. Hinc patriarcha secessus accidit *mense Martio, circa medium Quadragesimæ jejunii*.

Rem pontificiis legatis, qui regia in urbe versabantur, gratissimam facturum se duxit Augustus, *si patriarcham liberæ suæ potestatis functioni restitueret*. « Eggit ergo cum Becco (ut ait Pachymeres capite 17) *rogans etiam atque etiam*, ut condonaret (accusatoribus suis) noxam. Non abnuit : et assensus, jam studiis cunctorum, *dis sexta mensis Augusti, Ἡσπεροσώριος*, ejusdem (septimæ) *indictionis*, splendido deductus comitatu senatorum, et Ecclesiæ procerum, in palatium patriarchale iterum solemniter invehitus est. » Annus æræ vulgaris 1279 habebatur.

II. Conficiendo elucubrandoque scripto operi impendebatur, quo summi pontificiis mandatis, per legatos renuntiatis, satisfaceret. Error cubat in texto Græco Pachymeris, ubi *Urbanus* legitur pro *Nicolao*. Eo in scripto studium fuit, ac præcipua cura, referente Pachymere citato capite 17. « Ut in expressione dogmatis *de Spiritu sancti processione*, numero ingenti congererentur variae, undecumque corrasæ, Patrum nostrorum (Græcorum) locutiones, aientium : *sanctum Spiritum ex Filio profundi, præberi, dari, exsplendescere, micare*, similesque quibus accumulandis id clam agebant, ut quasi obruerent *procedendi* usitatum Latinis verbum : et cum id aliorum istorum obtentu *tegeretur, tacite abrogarent*. » Libelli fraudem ipse Pachymeres aperit, schismati licet addictus.

III. Calamum strinxit patriarcha Beccus. Operum ejus summam, quam Pachymeres, libro vi, capite 23, indicat, latius in Andronico, libro I, capite 9, enarrat. Mihi eadem diligentius exponenda est.

(1) « Ego ille sanctorum scripta attentius perlegens, in horum plerisque sæpe dici observavi : Spiritum sanctum *ἐκ Πατρὸς ἢ Ἰϋοῦ προχέσθαι, ἐκλάμπειν, χαριγεῖσθαι, προϊέναι, ex Patre per Filium profundi, exsplendescere, præberi, prodire*. » Divinaram personarum, Filii, et Spiritus sancti, emanationes ex Patre, plerumque vocarunt ecclesiastici scriptores *essulgentias et exsplendescen-*



tias : ut frustra jam sint, qui hisce vocibus processionem aeternam Spiritus sancti ex Filio, aut per Filium rejicere contendant. Hæc latissime Beccus enarrat in Epigrapha xiii, Sanctus Basilius, lib. ii *Adversus Eunomium*, num. 25, ait opinionem omnibus Christianis communem esse, Filium videlicet φῶς εἶναι γεννητὸν ἐκ τοῦ ἀγεννητοῦ φωτός lucem genitam esse exingenta luce ἀπολάμπνυσα resplendentem. Sanctus Cyrillus in *The- sauro*, pag. 49, edit. Paris., 1638 : *Nemo recte sentiens dixerit, generationum Dei essentiam damnari ullum vel effluxum pati cum unus ac solus ἐξ αὐτοῦ ἐκλάμπσσαν, effulgebat Filius.* Stultitia in uno ex Gradualibus : *Spiritus sanctus*. . . *qui ex Patre simul eluxit, ἐκ Πατρὸς συνεκλάμπσσαν.* Hæc indicasse pauca, satis : plura dabimus infra.

(2) « *Procedere* quin etiam, affirmari reperit a sancto *Maximo*, deinde a summo quoque Theologo *Damasceno* : quibus consentaneæ magnum præterea *Tarasium*, cum universa septima synodo, in confessione fidei ad Orientales patriarchas, manifeste deprehendit disseruisse. « *Maximi* locum expendimus capite 2, num. 2. *Damasceni* testimonia accipere. Libro i *De fide orthodoxa*, capite 11 : *ipse quippe, (Pater) Verbi genitor, καὶ διὰ λόγου πρόβουλος ἐκφραστορικὸς ἡ ὁμολογία, Et per verbum manifestantis* (enuntiatorii, explendescens, *Spiritus productor.* Itemque *Filii quoque Spiritus dicitur, ὅτι ὡς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύμενον. Μόνος γὰρ αἴτιος ὁ Πατήρ : non velut ex ipso, sed per ipsum ex Patre procedens Solus enim Pater auctor est ; eo nimirum 65 sensu, quo solus Pater ille est, a quo ὅστις omnis, ac τὸ εἶναι hoc est esse omne, profluit, tam increatum quam creatum. Profluit ergo a Patre in Filium sicuti natura, ita virtus spirandi : et ex hac virtute quæ una est in Patre et in Filio procedit Spiritus sanctus immediate : factaque suppositorum expressione, a Patre procedit per Filium.*

Aeternam hanc esse Spiritus sancti a Patre processionem per *Filium*, satis evincunt verba memorata, disertissimeque enuntiat locus alius in *Dialogo* contra *Manichæos* num. 5. *Pater semper Verbum suum ex se genitum, καὶ διὰ τοῦ λόγου αὐτοῦ ἐκπορεύμενον. Et per verbum suum habet Spiritum suum ex se procedentem.*

Paria sunt, quæ *Tarasius* patriarcha *Constantinopolitanus* profitebatur in confessione fidei, actione in concilio *Nicæni* ii, anno 787 celebrati. Sic ait : *Credimus . . . et in Spiritum sanctum, ἐκ τοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπορεύμενον, a Patre per Filium procedentem, καὶ τὸν Θεὸν ὄντα καὶ γινώσκοντα, et ipsum Deum esse, et cognosci.* Hisce in locis de temporali per donorum concessionem Spiritus sancti missione sermonem esse, capta mentes fuerit qui contendat. Insigni *Damasceni* testimonio frequentius utebatur *Beccus* : de quo adhuc inferius agendum.

(3) « Ad hæc insuper invenit, ipsum *Photium*

*laleri* : *Ambrosium*, *Augustinum*, et *Hieronymum* processionem Spiritus sancti *ex Patre*, cum additione *ex Filio* docuisse. Cæterum *Photii* exceptio, eos Patres *ut Romanos*, non *ut Græcos*, additionem comprobasse ; nimium quam infirma *Becco* visa est. » Hanc partem, quæ *Latinorum Patrum* mentem exponit, luculentissime exsequitur *Petavius* libro vii, citato capite 8. *Photii* exceptionem elidunt *œcumenicæ synodi*, vel in ipso Oriente celebratæ, quæ *Latinis Patribus*, maximeque *Hilario*, *Ambrosio*, *Augustino*, *Leoni*, *Gregorio* multum se tribuere profitentur : et quæ dogmata statuunt, ex illorum etiam auctoritate decorant.

(4) « Ad nunc quidem invenit *Athanasium* dicentem : *Fieri autem non poterat in Trinitatis ordine cognosci Spiritum, non progressive existentem ex Deo per Filium ; sed efficienter, aut productivè, ut loquuntur.* Nunc *Magnum Basilium* : *Posteriorem quidem origine Filio Spiritum, tradit videlicet, vera doctrina.* » *Athanasii* testimonium exstat in *Refutatione* hypocrisis *Meletii*, et *Eusebii Samosatensis*. Opus istud inter dubia recenset *Monfalconius*. Loci allati vitidiorum interpretationem profero : *Atque impossibile esset, Trinitatis gloria Spiritum glorificari, μή προδικῶς ὅν ἐκ Θεοῦ εἶ Υἱὸς, ἀλλὰ ποτετικῶς ἐκ Θεοῦ γεγονὸς, ὡς λέγουσι, si per processionem ex Deo per filium non esset, sique res effecta a Deo esset, ut aiunt ipsi.* De aeterna hoc loco Spiritus sancti productione sermo est.

Alia germana profert *Athanasii* loca duo. Primum legitur in libro de humana natura a Verbo suscepta, seu de *Incarnatione* num. 9. *Norat (David) παρὰ τῷ Θεῷ Πατρὶ ὄντα τὸν Υἱόν, τὴν πηγὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος apud Deum Patrem esse Filium fontem Spiritus sancti.* Alterum habetur in oratione 3 contra *Arianos* num. 21 : *Namque, ut dictum est, ipse (Filius) dat Spiritui : et quæcumque Spiritus habet, hæc a Verbo habet, καὶ ὅσα ἔχει τὸ Πνεῦμα, ταῦτα παρὰ τοῦ Λόγου ἔχει.* « Ergo quidquid habet Spiritus sanctus (*Petavii* animadversio est), id accepit a Filio. Habet autem in primis naturam et existentiam. Hoc enim Verbi (τοῦ Λόγου) vocabulum, cum personam et hypostasim significet, aperte demonstrat, ab ipsi Filii persona manere, et existere Spiritum sanctum : neque solum ab ipsa Dei essentia, quæ sit in Filio, ut *Græci* nugantur. Sed nec aliter vox accipiendi detorqueri potest ; quin id, quod ὁσπίως sit Spiritui sancto, communicari ac derivari in ipsum intelligatur a Verbo. Quippe non tantum accipere dixit *Athanasius* (ibi dem autem verba relata) a Verbo Spiritum sanctum quæcumque habet : sed habere ab ipso, quæcumque habet. At externa dona et *χαρίσματα*, quæ utenque dici possent a Filio, id est communi ab essentia seu fonte, proferri non habet Spiritus sanctus (nisi eminentissime in essentia divina propagata in ipsum) ; sed ea sola (proprie) habet, quæ in ipso manent, ac divina sunt, et ὁσπίως. »



Prolxiorem exscribere Basilii textum, opera pretium est. Sic habet ille libro III adversus Eunomium num. 1: « Cur necesse est, si dignitate, ac ordine tertius est Spiritus sanctus, natura quoque cum esse tertium? » Ita colligebant Eunomiani. « Dignitate quidem secundum esse a Filio (ut qui esse ab illo habeat et ab ipso accipiat et annuntiet nobis, et omnino ex illa causa pendet), pietatis sermo fortasse tradit. Verum tertiam usurpare naturam neque ab sacris Litteris edocti sumus, neque ex supradictis consequenter colligi potest. Nam ut Filius ordine quidem est secundus a Patre, quoniam ab eo est: et dignitate, quoniam principium et causa existendi ipsi Pater est . . . natura vero non est secundus, quia una est in utroque divinitas; eodem modo Spiritus sanctus, etsi posterior Filio est ordine ac dignitate, ut hoc omnino concedatur a nobis, non tamen perinde id **67** tanquam alienæ naturæ sit, habeat. » Tum Joannis Becci tempore, tum in synodo Florentina, codices afferebantur aliqui, in quibus verba non erant, quæ parenthesi inclusa sunt; erant vero, quæ sunt asteriscis utrinque stipata. Hac de re agit Beccus, lib. 1, ad Theodorum Sugdææ episcopum, ac latiore etiam sermone capite 1 de processione Spiritus sancti: ubi *verissimos ac sincerissimos* habet ille codices, qui verba parenthesi inclusa habent, non habent alia asteriscis notata. Pro hisce codicibus pugnat egregie Petavius libro VII, capite 3 u num. 14. Eruditam pro eisdem Dissertationem Parisiis typis anno 1721 edidit Ludovicus Vallee, bibliothecæ Sanctæ Genovesæ præfectus: quam compendio collectam exhibent monachi Sancti Mauri, tomo III Operum Basilii, in Præfationes §. 4.

Cur vero Basilii non fuerit parenthesis illa? Ait ille libro I, adversus Eunomium num. 20: Nos autem secundum *relationem causarum*, τῶν αἰτίων σχέσιν, *Patrem Filium præponi dicimus*. Ait rursus in libro de Spiritu sancto ad Amphiloehium capite 17, num. 43: *Quemadmodum se habet Filius ad Patrem, ita ad Filium sese habet Spiritus*: (ulique κατὰ τὴν τῶν αἰτίων πρὸς τὰ ἐξ αὐτῶν σχέσηιν.) Jam vero Basilii verba illa, *ut qui esse ab illo habeat, et annuntiet nobis*, utrumque Spiritus sancti ex Filio processionis modum declarant: *temporalem scilicet missionem, voces posteriores: prioresque, æternam emissionem ad existendum*.

Par in Cyrillo sententia occurrit in *Thesuro*, pag. 358: Necesse est, lateri Spiritum esse substantia esse Filii. Nam ut ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ἐπέρχον, *ex ipso naturaliter existens, et ἐπὶ τὴν κτίσιν παρ' αὐτοῦ παραπέμπον, et in creaturam ab ipso missus, renovationem operatur, plenitudo et complementum nimirum sanctæ Trinitatis*. Quod si ita est, Deus itaque, et ex Deo est Spiritus, et non creatura. Quo loco naturaliter Spiritus sanctus *ex Filio dicitur existere*: et hæc existentia a *missione in creaturam* distinguitur; ac Græcorum cavillatio locum habeat, id maxime evincit consecu-

lio inde illata. « Probat enim (ait Petavius libro VII, capite 3, num. 8) Spiritum sanctum *Deum esse, et ex Deo*; quoniam *existit ex Filio*. Nam nullam ibi mentionem *Patris* expressit. Talis ergo sit oportet *existentia* illa, et illa *processio*; ut per eam, ejusque vi id habeat, ut sit *Deus*; hoc est, *Dei naturam et divinitatem* accipiat ab eo communicatam, a quo *existit*. Proorsus igitur a Filio oritur Spiritus sanctus. »

In Basilii loco vox illa *dignitas*, qua (et non solum ordine) Spiritus sanctus dicitur *secundus a Filio*, prætermittenda non est: **68** neque enim abstertere quemquam debet, quasi divinitatis immunitio sit in eodem Spiritu sancto. « Siquidem in *Filio* (verba sunt Petavii) utrumque Basilius admittit, et τάξις et ἀξιώματος: et ambo sic interpretatur, ut *ordine secundum sit a Patre Filius*, quoniam ab ipso oritur: *dignitate* vero, quoniam *principium, et causa essendi* sit ipsi. « Hæc sunt Græca verba: Ὁ υἱὸς τάξις μὲν δευτέρος τοῦ Πατρὸς, ὅτι ἀπ' ἐκείνου, καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἀρχὴ καὶ αἰτία, τῶν εἶναι αὐτοῦ Πατέρων. » Quare demum, etsi nihil aliud (ad Spiritum sanctum quod attinet) expressisset Basilius; ac tametsi parenthesi clausa illa verba delerentur: sufficeret, ad Latini dogmatis auctoritatem, quod Spiritum sanctum τάξις *ordine et dignitate*, ἀξιώματι, *secundum numeraret a Filio*; cum ex eo illius ab hoc origo monstratur. »

(5) Alibi Myssenum invenit, in hunc modum diserte tradentem tenendas de Deo sententias: *Ut credatur in eo aliud causa, aliud ex causa. Tum ejus, quod ex causa existit, aliam differentiam intelligimus; ut aliud sit citra medium ex primo, aliud per id, quod citra medium ex primo est.* » Luculentissimum testimonium prolat in Epistola ad Ablavium. Id habes primo, non aliam in personis sanctissimæ Trinitatis esse differentiam, quam quod *altera principium sit, altera ex principio*: τὸ μὲν αἴτιον εἶναι, τὸ δὲ ἐκ τοῦ αἰτίου. Cum ergo Spiritus principium esse Filii dici nequeat, necesse est, Filium esse principium Spiritus sancti. Ea rursus animadverto: *Aliud continenter (seu sine medio), ex primo, aliud per id quod continenter se primo est*: τὸ μὲν γὰρ προεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου. Primo Filius producitur modo a Patre: ab hoc vero Spiritus, interposito Filio, seu *per Filium*.

Impietas foret, si quisquam contenderet, solum Filium proxime produci a Patre: et a solo Filio deinde Spiritum sanctum proxime effundi. Hæretici sunt, qui putabant, adnotante Augustino tractatu C. in Joannem, num. 4: *Minorem esse Filio Spiritum sanctum: quasi Filius accipiat a Patre, et Spiritus sanctus a Filio, quibusdam gradibus naturarum*. Geminum Petavius sensum declarat citato VII libro, capite 11, num. 15: « Sed quod Pater prius originem de Filio, quam Spiritui sancto: atque inter Patrem et Spiritum sanctum necessario sit interponendus Filius; sine quo, quia

persona non esset (ut qui per paternitatem, et relationem ad Filium subsistit) neque Spiritum sanctum produceret, cum personæ propriam nullam functionem haberet. Nam quod ad ipsam emittendi Spiritus actionem attinet, tam ea proxime immediateque 69 est a Patre, quam a Filio : cum utriusque sit unica. » Brevi, clara, firma sententia complectitur omnia sanctus Thomas, 1 p. qu. 36, art. 3, ad 4 : *Ordo non attenditur inter Patrem et Filium, quantum ad virtutem, sed solum quantum ad supposita : et ideo dicitur quod Pater spirat per Filium.*

Exponere pergit dogma Nyssenus : « Porro cum causam, et quod est ex causa dicimus ; nequaquam iis nominibus φῶς, naturam, significamus : sed eam solum κατὰ τὸ πῶς εἶναι διαφορᾶν, quæ secundum existendi modum est, differentiam ostendimus. » Hæc palam evincunt, Spiritum sanctum non dici ex Filio, aut per Filium esse, ac si perinde foret ac ipsum esse de essentia Filii ; sed utique illum esse ex Filii persona, ac per Filii personam, veluti αἴτιον, causam, aut principium : ex eoque, aut per ipsum accipere cum existentia divinam naturam. Quæ postrema nomina duo, causæ, et principii memorata sancti Thomæ animadversionem suggerunt : parcius causæ vocabulo usos esse pro principio Latinos, ac processionis origine, sed utrumque Græcis perinde fuisse. Aquinalem consule in Opusculo 1, contra errores Græcorum, capite 1.

(6) « Epiphanium quoque deprehendit et nullis in libris, et sæpe in unoquoque eadem affirmantem. » Innumera sunt ac luculentissima Epiphaniæ testimonia. Pauca accipe. In *Ancorato*, n. 67 : *Jam vero cum Christus a Patre, Deus videlicet ex Deo, creditur : et Spiritus ex τοῦ Χριστοῦ, ex Christo ; ἢ παρ' ἀμφοτέρων, seu ab utroque : sicut ipse dicit Christus, qui a Patre procedit, καὶ οὗτος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαΐεται, Et hic de meo accipiet.* Ubi voces illæ, de meo, personam Verbi respiciunt, non Patris. Ibidem, num. 71, *Filium vocat τὸν ἐξ αὐτοῦ, qui ex ipso (Patre) : Spiritum vero sanctum, τὸ παρ' ἀμφοτέρων, qui ex ambobus... Audi, quemadmodum Pater vere sit Filii pater, totusque lux ; et Filius vere sit Patris filius, lumen de lumine : Spiritus denique sanctus Veritatis sit Spiritus, φῶς τρίτον παρὰ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, tertium a Patre, Filioque lumen.* Quis inficias iverit, agi hoc loco de productione substantiæ ac personæ Spiritus sancti ?

Insignes alias non prætermiserim in eodem *Ancorato* sententias. Num. 8 ait : *Inest ergo Deus in Patre, inest in Filio, inest in Spiritu sancto ; qui ex Deo pariter, et Deus est. Spiritus enim Dei, Spiritus Patris et Filii Spiritus : non compositione aliqua, quemadmodum in nobis anima corpusque conjungitur : sed ἐν μέσῳ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, τρίτον τῆ ὀνομασίᾳ ; Inter Patrem et Filium medius est Patre Filioque, tertius appellatione.* Verba refero, quæ num. 73 habentur : *Igitur si a Patre procedit : et de meo, ait Dominus, ac-*

*Accipit : quemadmodum nemo novit Patrem nisi Filius, neque Filium nisi Pater. Ita audeo dicere : neque Spiritum novit quispiam nisi Pater et Filius, παρ' οὔ ἐκπορεύεται, καὶ παρ' οὔ λαμβάνει, a quo procedit, et a quo accipit, Neque Filium et Patrem novit aliquis, nisi Spiritus sanctus ; qui vere glorificat, qui docet omnia, 70 qui testatur de Filio, ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ Υἱοῦ, qui a Patre et a Filio est.* Patres, pluresque ex Epiphanio sententias luculentissimas congregabat Beccus, ac nostrates theologi afferunt, Græcorum commento de donorum et charismatum profusione omnino adversas.

(7) Hisce Patrum auctoritatibus, aliisque plurimis, quæ prostant in *Epigraphis*, instructus munitusque patriarcha Beccus, æternam ac substantialem ostendebat sancti Spiritus processionem a Patre per Filium : colligebatque, voces per et ex negotio in isto æquipollentes esse. Quod etiam diserte doceri uidebat (Pachymere loco citato adnotante), in *Opere cui Sacra Hoptotheca, sive Sacrum Armamentarium, nomen est : qui liber inter authenticos, et sane Ecclesiæ doctrinam declarantes, censeri solet.* Pro suarum partium studio hæc postrema Pachymeres adjecit verba. De auctore, ejusque opere judicium accipe Becci patriarchæ in *Refutationibus*, quæ exstant in *Græcia orthodoxa*, tomo II : « *Librum sub imperio Manuelis regis (ab anno 1143 ad annum 1180), Manuelis personam induens, Andronicus munere drungarii vigiliæ tunc fungens (sive præfectus vigilum), cognomento Camaterus, vir sapientia non ignobilis composuit : in quo catus ille vir, non prudenter certamen iniit, neque pro suæ sapientiæ dignitate ; quod vel proprium secutus sit arbitrium, vel dominantis jussa, vel temporis opportunitatem, vel aliquid aliud, quod mihi nondum liquet.* »

In ea libri parte quæ Spiritum sanctum spectat, quinque confictis dogmatum principiis, quorum nullum, (Becci verba sunt) licet quispiam divinorum Patrum Commentaria evolvendo delassetur, a quoquam unquam assertum reperiet, adversantium Græcorum excogitatio comprehenditur omnis. Refert ea ibidem sæpe laudatus patriarcha : *Primum ergo asserens : proprium Patris esse Spiritum producere. Imo spiratio activa, cum nec Patri nec Filio opponatur, utrique communis est. Dicitur solet proprietas, quia non est communis tribus personis, cum tantum conveniat Patri et Filio. Non est vero proprietas personalis, quia personam non constituit, sed personas duas constitutas afficit, ac refert ad tertiam. Secundum : quidquid de Trinitate asseritur, aut est unius, aut trium. 71 Id oppido falsum evincunt, quæ adnotata sunt. Spiratio activa, sicuti non opponitur paternitati et filiationi, ita opponitur spirationi passivæ ; unde spiratio activa non est unius, non est trium, sed est duarum personarum. Tertium : quidquid de divinis personis asseritur, aut est personale, aut est naturale. Atqui vero jam patet, spirationem activam non esse proprie naturale quid-*

piam, nec esse personale : esse tamen quid proprium, quod licet duabus conveniat personis, Patri et Filio, utpote neque paternitati neque filiationi oppositum, non est commune tribus, nempe sancto etiam Spiritui, cui scilicet relative opponitur. Hanc promit Doctor angelicus objectionem quæst. 10, de potentia artie. 4, eamque solvit ad 7, *duplex* distinguendo *proprium* : alterum, quod est simpliciter et absolute, et uni soli convenit, sicut risibile homini : alterum, quod non est simpliciter, sed ad aliquid ; ut si dicatur quod rationale est proprium homini in comparatione ad equum, licet et alii conveniat, scilicet angelo. Itaque personæ duæ, Pater et Filius, sua singulæ proprietate (quæ simpliciter et absolute dicitur proprietates) constitutæ sunt : ac sunt ἡ πατρική καὶ υἱική, paternitas et filietas, quibus integræ et invicem distinctæ Patris et Filii hypostases existunt. Hisce vero jam constitutis accedit alia, quæ est spirandi proprietates : eaque divinam essentiam, ac virtutem, et operationem, ut est in Patre et in Filio, sive ut est in Patre, et a Patre in Filio, consequitur et modificat : ac ita demum fit, ut unum fiat ex ambobus principium, et unus προβολὴς spirator ; non tamen una persona. Hinc consequens illud eliditur, quo Spiritum sanctum suæ processionsis auctorem fore deducunt ; quia et ipse eandem cum Patre et Filio essentiam, et virtutem, et operationem habet. Siquidem non id præcise operationi, aut virtuti, aut essentia, convenit, quæ essentia est, ut producat Spiritum sanctum : sed essentia, quæ paternitate ac filiatione affecta est, quibuscum spirandi proprietates est complexa. Quæ demum spirandi proprietates tametsi non differat secundum rem a paternitate et filiatione, ut egregie animadvertit Aquinas in Compendio theologiae cap. 65, *Hæc attamen differunt secundum ea ad quæ referuntur ; nam paternitate Pater refertur ad Filium, et communi spiratione ad Spiritum sanctum : et similiter Filius filiatione quidem ad Patrem, communi vero spiratione ad Spiritum sanctum.* Abunde Græci jam habent, quemadmodum hoc fieri possit, ut eum Pater et Filius duæ sint personæ, unicam tamen et singularem habeant accedentem proprietatem, in qua conveniant, et in qua unum sint idemque.

Assertum quartum est, quod insinuat Gamaterus : *Patrem, quæ 73 ex se veluti causa producit, ratione personæ, non autem naturæ ea producere.* Principium distingue, quod producit : et rationem, seu virtutem, quæ illud producit. Persona Patris producit Spiritum sanctum virtute spirativa ; quæ, cum eandem Filio insit communicata a Patre, ille etiam Spiritum sanctum producit. Sunt ergo duæ personæ, aut duo supposita, quæ una virtute producant Spiritum sanctum : adeoque sunt unum principium. Quintum denique, quod decernit : *Spiritum ex Patre esse contiguum et immediate.* Imo oppositum docentem audivimus Gregorium Nyssenum. Insigne testimonium ejus recole.

IV. Hujusmodi sententiarum indicatione, quibus ex veterum Patrum penam desumptis suam et Latinorum causam perorabat Beccus, egregiam pro eadem causa apologiam tenuit Pachymores. Pro eo tamen, quo laborabat schismatis morbo, vix intelligens quæ scribebat : *locum, ait, accusationi sui dedisse Beccum hanc sane contemnendam : ac si nempe, duplex ille ac Latini principium, aut duplicem Spiritus sancti causam, admitterent.* « Non levis, nec vulgaris error videbatur, præter vim principii et causæ, quæ in Patre a cunctis agnoscitur, respectu Spiritus sancti ; etiam Filio attribuere rationem principii et causæ erga Spiritum eundem. » Consequens istud ab adversariis inepte illatum illidebat Beccus argumento e Græcis ducto ipsis, quod ipse Pachymores afferit : *Annon (inquiens) vos quoque et dicitis, et recte dici solemini, Patrem esse perfectum Deum, perfectum item Deum esse Filium, denique Paracletum perfectum et ipsum esse Deum? Utrum igitur, quia inde tres esse deos videtur inferri, falso isto et respuendo corollario theologiam iniquabimus? Unitas ac identitas essentia divina, quæ tribus inest divinis personis, tres licet sint, eas efficit unum esse Deum. Par est exemplum in iis quæ ad extra vocantur operationes. Mundi conditor est pater, sed etiam Filius conditor mundi est, et est conditor mundi Spiritus sanctus : sed quia omnipotentia, quæ conditur mundus, una inest ac eadem tribus personis, non sunt tres mundi conditores, sed unus conditor. Verum enim vero una etiam est spiratio activa Patri et Filio communis : adeoque duo Patris, et Filii divina supposita sunt una causa, aut unum principium sancti Spiritus.*

Hæc doctrina Christiana documenta inconcussa scribit Pachymores. *ad subterfugium criminis astute a Becco adinventum.* Addit etiam *ut eundem finem, decretum fidei, legi solitum in Ecclesia die, quæ vocatur Ὁρθοδοξία, Orthodoxiæ (Dominica scilicet prima Quadragesimæ), tribus auctum capitulis ab eodem patriarcha 73 cum tribus anathematismis : « In eum, qui ut dogma fidei assereret, Filium esse causam Spiritus : Qui diceret, Filium esse cum Patre concusam Spiritus : Qui sciens communicaret, nec adjungi renueret quibusvis ita loquentibus, et credentibus. Hæc dicebat (Beccus), hæc scribebat, (ait Pachymores), illud quoque addens : si quis inesse contenderit prepositioni δὲ, per, notionem causæ, audax id dictum cogitatumque fuerit. »*

*Subterfugium, criminis nullum, nec ulla subterfugii species in his latet anathematismis.* His ita catholica accuratissime exprimitur veritas *unius et ejusdem spirationis activæ in Patre et Filio existentis.* Hinc Pater et Filius duo quidem supposita sunt ; sed una causa, et unum Spiritus sancti principium. Quo sensu vox δὲ apud Græcos, et per apud Latinos, cum indicet spirationem activam, unam eandemque Filio communicatam a Patre, gignendo ipsum, non indicat rationem ullam causæ, aut principii, quæ competat Filio

ab ea distinctam quæ inest Patri, quamque Pater A communicat Filio.

VI. Hæc docere palam coramque, hæc etiam scriptis progugnare, invicto crecloque pergebat animo Becons patriarcha, vitam agente Michaelis imperatore. Mortem is obiit, teste Pachymero in eodem Michaelis libro vi, capite 36, *undecima die decembris, Συροροπιόνας, die Parasceve... anni 6791*. Facta detractio 5508, residuus numerus est 1283. Nimirum habetur vulgaris æræ annus 1283, concurrentis cum anno Græcorum Constantinopolitano 6791, inchoato a Septembri mense anni præcedentis 1282. Vita igitur decessit imperator eodem anno 1282, mense Decembri. Insignitus annus ille procedebat *cyclus solis III*, ac littera Dominicali D, quæ Parasceven, seu feriam VI, indicat incidentem in diem undecimam Decembris. Eundem emortualem Michaelis annum mundi 6791 definiunt Nicephorus Gregoras, libro v. capite 7, num. 6, et Georgius Phranza prolovestiarius in Chronico, libro 1, capite 6.

Ex ea Parasceves die, seu feria sexta, quam Pachymeres notat, difficultatem promit Petrus Possinus libro iii chronologico, capite 9. Sibi nempe salia perspectam non fuisse prodit, methodum annos Græcorum Constantinopolitanos reducendi ad Julianos vulgares. Verba ejus sunt n. 2 : « Est annus æræ mundi Græcorum 6791, Christi 1283, hoc est periodi Julianæ 5996, quo fuit *cyclus solis iv*, aureus numerus xi, indictio pariter 14, *cyclus porro solis IV* litteram indicat Dominicalem C, quæ cum insigniat diem duodecimum Decembris, undecimus necessario fuerit 74 Sabbatum, non autem Parasceve, sive sexta feria. Qualem tamen illo anno (Michaelis emortuali) fuisse pro certissimo et vulgo notissimo tradit Pachymeres. Igitur anno Christi 1282, mori Michaelis Palæologum oportuit, quo *cyclus solis III* litteram Dominicæ indicem dedit D. Hæc enim littera diem tertium decimum Decembris efficiens, tertium retro, scilicet undecimum, fuisse sextam feriam demonstrat. Quid ergo dicemus, errasse Græcos historicos in anno mortis Michaelis, et pro 6790 sequentem 6791 indicasse? Ne cogamur hoc dicere, duplex hujus explicandæ perplexitatis suppetit ratio. Aut enim labentis jam anni 6790 et paucos duntaxat extremi Decembris dies reliquos trahentis, rationem non habendam populus et historici consentes, obitum ejus ex anno mox insequenti 6791, quo is videlicet innotuit, insigniendum palaverunt : neglecto discrimine nullius momenti ad civilem æstimationem. Aut (quod verisimilius reor) annorum mundi, et æræ suæ principium, item ut indictmentis, a Septembri Græci repetebant : unde jam tum annus mundi juxta ipsos 6791 ceperat a mense tertio, cum anni Christi 1282 mensis ultimus Decemberolvebatur. Ut vere dixerint Pachymeres, Gregoras et Phrantzes, obiisse Michaelis anno 6791. »

Postrema hæc solutio non est, *verisimilis*, aut *verisimilior* : sed verissima, ut colligitur ex methodo, annos Græcorum Constantinopolitanos convertendi in Julianos annos æræ vulgaris, quam denique ipse Possinus probe intellexit libro iii observationum chronologico in Historiam Andronici capite 1, num. 4 : « Ut anni æræ Græcorum, inquit, ad æram nostram vulgarem reducantur, perpetua methodo ex illis tollendi sunt anni solidi 5580. Tali subtractione facta, reperietur annus. Sed in his diligenter observare oportet *discrepantiam initii annorum*. Nam Græci annos suos a Septembri, sicut et indictmentem, inchoant : nos vero a Kalendis Januarii. Itaque quando per methodum modo indicatam comperimus annum Græcorum, v. g. 6829, respondere anno Christi 1321, intelligendum id est ex majori duntaxat parte, non autem, ut alter alterum perfecte adæquet. Concurrent enim in octo duntaxat mensibus, quorum orinus Januarius sit. Ab hoc enim inveniunt Christi anni (Juliani vulgares), quando jam a *Kalendis Septembris superioris* (anni 1320) inchoaverat annus *ære Græcorum*, qui respondere tali Christi anno creditur (diciturque). » Mirum est, in hujusce regulæ usu, quam demum novit optime, minus accuratum exercitumque 75 se præbuisse Possinum, incidisseque in errores qui venia digni non videntur, uti jam adnotavimus.

VII. Imperium solus cepessivit Andronicus. Anxie quærebat secum, num quæ nuper circa pacem Ecclesiarum inita fuerant, rescinderet acta. Id vero ut exsequeretur, suasit amita ejus Eulogia, quam memoravimus capite 2, num. 4. Datum ab ea consilium narrat Pachymeres in Andronico, libro 1, capite 2, ut ipse coram palamque *profitens, invitum se patris auctoritate ad ea probanda pertractum ; nunc damnare, proque infecto habere vellet quod perperam egisset*. In hanc ille sententiam concessit, pacemque violavit. Igitur *illucescente anniversaria die Christi Domini natali* (die 25 Decembris anni 1282), *cum illo festo de more oporteret prodire Augustum et mysticum sacrificium in arde sacra palatina ritu solenni celebrari, neutrum horum est factum* : ommissæque mysticæ oblationis vera fuerat ratio, *ne patriarchæ, quem novus Augustus extactorari volebat, in palatino recitaretur nomen inter sacra*. Hæc sunt Pachymeris verba capite 3.

Machinationes imperatoris noverat Beccus patriarcha. Consilium suum jussit ipsi renuntiari Augustus, *non contemptu aut odio ipsius patriarchæ, sed periculo reipublicæ, ac mera necessitate novi firmandi principatus*. Itaque cum aliunde rectus esset Beccus, quemque præterea *sutielus jam cepisset patriarchalis honoris* (historici verba sunt capite 4) *postridie festi* (die 26 Decembris anni 1282), *descendens patriarchio, in Panachrantis monasterium se contulit*.



## 76 CAPUT VI.

Josephus Galesiota iterum patriarcha promovetur ab Andronico; ac Prusam exsul mittitur Beccus, rem etiam consulente Georgio Cyprio. Sermone is Antirrheticum scribit contra Becci blasphemias, ut aiebat. Orationem Beccus reponit, quæ perperam inscripta videtur oratio secunda in Tomum Cyprii. Hujusce asserta cum Becci refutatione, nostrisque animadversionibus. Quid sit missio personarum, et in quo propria ejus ratio posita sit, latiore sermone enucleatur. Locus expenditur homiliæ de Spiritu sancto sub Joannis Chrysostomi nomine.

I. Cæptæ Pachymeres narrationi insistens, capite 5, sic ait: *Ejusdem mensis (Decembris anni 1282) post diem tricesimam, sub vesperam, impositus gestatorio Josephus tantum non exanimis, multis utrinque comitantibus, et certatim acclamantibus faustum reditum, cum hymnis et plausibus hominum, uter increbrescentes tinnitus campani æris, in sedes patriarchales reportatur.* Eum vero in ejusdem Josephi communionem recepti ecclesiastici viri, mensis Januarii quinta sub vesperam (anno 1283) imminente Theophanio festo, ut ait Pachymeres capite 7.

Sine mora synodus coacta, eodem adnotante capite 8, cui præsens aderat magnus logotheta (Theodorus) Muzato: præsens insuper Georgius Cyprius. et rhetor Holobolus: assidebatque præterea monachus Theodosius Saponopolus, qui ex ordine pratonotariorum imperatoris in vitam monasticam transierat: aliique demum assistebant plurimi. Ad hunc Saponopolum, et ad Muzalonem plures in Apographo, quod habeo codicis Lugduno-Batavensis exstant Cyprii epistolæ. Contra Beccum delatæ accusationes, et contra alios, præcipuos cum illo duarum Ecclesiarum concordia auctores. Beccus ipse in synodum advocatus: missusque demum Prusam exsul in Bithyniam.

II. Per hæc tempora Georgius Cyprius, aut priore mutata sententia, aut certe deposita simulatione, catholico dogmati, et patriarchæ Becco adversabatur. Memorato in codice Lugduno-Batavensi ejusdem Sermo exstat ἀντιρρητικὸς κατὰ τὸν τοῦ Βέκκου βλασφημιῶν, Antirrheticus contra Becci blasphemias. Hæc adduntur in codice Vindobonensi verba, Ἐκδοθεὶς πρὸ τοῦ ψήφου Θεοῦ εἰς τὸν πατριάρχικόν ἀναλθεῖν, ab ipso editus, priusquam thronum Constantinopolitanum 77 gratia Dei ascenderet. « Animadversione digna sunt Gregoræ verba libro vi, capite 2, num. 2: *Cum velut in humidioribus lignis vermes nascuntur, ita etiam in ambitiosis ingenii æmulationis et invidiae stimuli vulgo existant contra ejusdem professores artis, in eo præsertim genere in quo maxime elaborant: sic Gregorium patriarcham angebat virida illa ingenii et facundie vis, quæ in Becco erat; eique huud ferendum videbatur, si solus ipse (Cyprius) inter illius ætatis Græcos celebris, et inter patriarchas quoque eruditos celebrem se fore sperans, illius (Becci) in disputantibus eloquentiæ superatus, tanto honore fraudaretur. Qua de causa relegationem ejus non*

A *parum promovit.* Hæc anno 1284 contigerunt, promovente Becci relegationem in arcem sancti Gregorii ipso Cyprio jam patriarcha. Sed hæc eadem Cyprii invidia, qua is patriarcha initiatus ferebatur in Beccum, movisse videtur ipsum, ante dignitatem indeptam, ut eloquentiæ suæ vires, quibus nimium fidebat, contra insignem æmulum, experiretur in Sermone Antirrhético, quam memoravimus.

Incipit vero: Οὐκ ἔγωγε θαυμάζω, φιλότις. Ad amicum sermo directus est: quem circa finem vocat Demetrium. Verba sunt: Ταῦτά σοι, ὦ φίλε Δημήτριε, ἐσχεδίασται πρὸς τὰ προτεθέντα βραχέα μὲν, τοῦ καιροῦ κατεπεύγοντος. Hæc tibi, amice Demetri, ad proposita ex tempore facta sunt: breviter quidem, tempore urgente. Inter Epistolas ab e Cyprio nondum patriarcha scriptus occurrit Thessalonicensis D. Demetrius, itemque monachus D. Demetrius. Libelli scribendi causam verba illa aperire videntur, quæ leguntur sub initium. Οὐκ ἂν ἄλλοις τοῦ καθάπτεισθαί μου δικαίως παρέξω καιρόν. Non etiam aliis me juste perstringendi occasionem præbucro (ipse videlicet Cyprius),

Suo in opere totus est, ut sanctorum Patrum, præcipueque Cyrilli, ac Nysseni, et Basilii sententias, quas Beccus opponebat, suas traheret in partes: processionemque Spiritus sancti a Patre per Filium officii illis attenuabat, quas a Pachymere memoratas narravimus; eas a Patribus usurpatas voces opponens, φανέρωσιν, ἀνάδειξιν, χορηγίαν, πέμψιν τοῦ Πνεύματος παρὰ τοῦ Υἱοῦ, manifestationem, ostensionem, præbitionem, missionem Spiritus a Filio.

III. Diu hæc Joannem Beccum latuit opella. Illi sibi innotuit, eam refutavit oratione quæ tomo II Græciæ Orthodoxæ prostat, inscribiturque secunda in Tomum Cyprii et novas ejusdem hæreses. Theodororum, cui etiam prima nuncupata legitur oratio, sic admonet Beccus num. 1: *Quæ prius occurrerunt, illa prius (in oratione, quæ prima numeratur), oppugnavimus: quæ vero secundo in 78 nostram cognitionem venerunt, hæc posteriori contradictione rejicimus.* Et intra: *Quæ vero ipse... nova eructat dogmata, a Dei Ecclesia prorsus aliena, ex oratione (Antirrhética scilicet, de qua nunc agimus) quam ille primus nobis contradicens conceinnavit, præseantes in medium adducemus.*

In hac Becci oratione ea omnino refutantur quæ Cyprius habet in Sermone Antirrhético, eodem assertionum ipsius Cyprii asservato ordine, eisdemque verbis exscriptis, quæ prædict in sermone leguntur. Tomus ille, quem Andronico Augusto jubente confectum a Cyprio infra narrabimus, sancti Joannis Damasceni testimonia, quæ Beccus opposuerat, eorumque conciliationem maxime spectabat: qua de re nihil occurrit omnino in Sermone Antirrhético, neque in locis a Becco decerptis, ac secunda in illa oratione refutatis. Hinc evinci videtur, perperam prædictam inscribi orationem in Tomum



Cyprii. Hæc anonymus interpres cujus Latina versio Lugduno Batavorum ad nos transmissa est, si novisset, utilioreni ulique *Sermonis Antirrhælici*, subsidium Allatio præstante, Latinam interpretationem adornasset. Sed etiam doctissimus Allatius, Sermonem hunc si expendere eidem licuisset, diligentiore crisi de secunda illa, quam vulgavit oratione, judicasset.

IV. Georgii Cyprii asserta profero præcipua, quæ habentur in *Sermone Antirrhælico*, cum Becci refutationibus. His animadversiones addo, ex Thomæ Aquinatis doctrina plerumque desumptas.

(1) *Spiritus sanctus, cum dicitur ex essentia Patris, recte pieque et ex essentia Filii dicetur: una siquidem est, et uti essentia, nullam divisionem admittit. Et quod unum est, qui ex essentia Patris Spiritus esse affirmatur, et ex essentia Filii existere asseritur. Non propterea tamen Spiritus ex hypostasi Filii erit; licet asseveranter ex essentia, et hypostasi Patris dicatur.* « Magis ergo pium esset, te judice (verba sunt Becci), si et ex sua ipsius essentia Spiritus diceretur. Id enim si vero demonstratur, vere auditori suadebit, nullam ob aliam rationem, sed tantummodo ob unitatem essentia Patris et Filii, ex utriusque essentia Spiritum dici... Quare vero dicito, quæso, quod ex essentia Patris, et ex hypostasi illius dicitur? Quod vero ex essentia Filii ex hypostasi illius non dicitur? » Nicæni Patres, de Filio adversum Arianos agentes, utrumque expresserunt in Symbolo, Filium esse ex Patre, et ex substantia Patris: ac sane qui primum dicit, dicit et alterum, et e converso. Cur ergo non eadem militet de Spiritu sancto ratio, quem Patres docent esse ex Filio et per Filium, et esse ex substantia vel essentia Filii? Id in Filio assererent una voce Patres, ut Filium ostenderent verum Deum, minime a Deo factum ex non extantibus: id etiam de Spiritu sancto dici oportet, ut unus cum Patre et Filio Deus asseratur. Eo vel maxime demum, quod res una est, et simplicissima in Patre, et in Filio essentia, et hypostasis: ut nihil sit aliud persona, quam essentia subsistens; unde ex essentia non potest esse persona quæpiam, quin sit ex eadem persona, cujus est essentia. Sanctus Thomas, libro iv, *Contra gentes*, capite 24, num. 3, hanc refellit Græcorum objectionem, inquit: « Joannis XVI, dicit Filius de Spiritu sancto: *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis.* Non autem potest dici, quod accipiat id quod est Filii, non tamen a Filio: ut puta si dicatur, quod accipiat essentiam divinam, quæ est Filii, a Patre. Nam subditur: *Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt: propterea dixi vobis, quia de meo accipiet.* Si enim omnia, quæ Patris sunt, et Filii sunt, oportet quod auctoritas Patris, secundum quam est principium Spiritus sancti, sit et Filii. Sicut ergo et Spiritus sanctus accipit de eo quod est Patris, a Patre: ita accipit de eo quod est Filii, a Filio (divinam scilicet naturam

A ab utroque). » Eadem habentur in Opusculo I' contra Græcorum errores.

(2) *Licet (ait Cyprius) divinam hypostasim dividimus ab essentia ut non carnea, crassaque divisione essentiam ab hypostasi partimur; neque alteri ab altero sejuncto proprium exhibemus existentiam. Tantummodo ea sola ratione sejungimus, quæ sejungi natura sua apta non sunt.* Ita sane. At si hæc non fuerit nisi per cogitationem distinctio; « Quomodo ergo progressus Spiritus sancti ex essentia Filii fuerit, si ex essentia absque hypostasi progreditur? » Persona namque, aut hypostasis Filii nihil aliud est, quam essentia subsistens in Filio, aut filiationis respectu affecta: quæ filiatio per activam spirationem refertur ad Spiritum sanctum. Vide caput 5, num. 3 (7).

(3) *Quod si causam in essentiam referas, et non in hypostasim; quomodo Pater potius duorum causa erit, et non etiam ipsa mutuo sui ipsius causa erunt, et Patris, cum unum æque sint prorsus secundum essentiam? »* Hic primum dicimus: si causam in essentiam quis non deferat, undenam aliunde eorum quæ ex causa sunt, cum causa consubstantiali colligetur?... Nulla cogit necessitas propter essentiam in omnibus similem horum trium, communem facere etiam causatis paternæ essentia fecunditatem: cum personarum proprietates et secundum essentiam singulis inesse creduntur, si nullum in illis accidens, neque deforis adveniens, et essentia per omnia simile non deperditur. » Rem sanctus Thomas mirifice illustrat in I, dist. xi, questione 1, art. 3: « Pater, et Filio spirant spiritum sanctum, in quantum sunt unum in potentia spirativa. Potentia autem spirativa dicit aliquid medium inter essentiam et proprietatem: eo quod dicit essentiam sub ratione proprietatis. Sic enim actus notionalis (vel generatio, vel spiratio activa) ab essentia egreditur: non sicut ab agente (quod agit), sed sicut ab eo, quo agitur. Generatio enim non egreditur ab essentia, in quantum est essentia, sed in quantum est paternitas. Et si ista duo, scilicet essentia et paternitas, differrent in divinis, egrederetur ab utroque generatio; sed a paternitate immediata, et ab essentia sicut a primo principio. Similiter dico, quod spiratio egreditur ab essentia, non sicut a spirante, sed sicut a principio spirationis: in quantum habet rationem alicujus notionis, quæ est communis Patri et Filio, quæ dicitur communis spiratio. Et ita spirativa potentia dicit essentiam sub ratione talis proprietatis. Et ideo dico, quod procedit Spiritus sanctus a Patre, et Filio: in quantum sunt unum in essentia, et in aliqua notione, scilicet communi spiratione. » Ita scilicet Beccus loco citato rem hanc intelligebat, exponebatque.

(4) *Multa sunt illius, ex aliquo significata... significat enim id quod ex aliquo subsistit, et essentiam consequitur... Notat etiam ex Consubstantiati manifestationem, et quasi ostensionem: qua ratione*

*dicimus, Dominum naturam ex nobis assumpsisse, aut nobis consubstantialem.* Veram enimvero quid ex aliquo essentialem productionem aptius repræsentabit manifestabit, ostendet), nisi illud (nempe), hoc quid ex hoc naturaliter existere, et essentialiter? Præterea aut commune est Patri et Filio, manifestari et ostendi ex utroque Spiritum sanctum; cur non etiam utrique commune fuerit, Spiritum sanctum ex utroque subsistere, et existere? Aut subsistendi et existendi notionem si solum ad Patrem referas; cur etiam ostendendi et manifestandi notionem soli Filio non adducas? Sed non concedes... Denique ex nostra natura facta Domini manifestatio, et ostensio prorsus innuit illius existentiam secundum hominem. Hæc itaque si ita se habent; etiam ex Filio Spiritus manifestatio et ostensio repræsentabit ejus ex Filio existentiam. » Superioro capite num. 3 (1), nonnulla Patrum testimonia indicavimus, quibus Divinarum personarum emanationes appellantur *effulgentia, captivitates, nempè ostensiones, et manifestationes.* Ilino frequentissimæ **81** Patrum sententiæ, quæ tum Verbum, tum Spiritum sanctum vocant lumina, imagines, sigilla, characteres, ac facies: Patri utique Filium, et Filii Spiritum sanctum, Germanum declarat sensum sanctus Thomas in Opusculo I, contra errores Græcorum.

(5) *Ex patre Cyrillus scribit, Spiritum progredi veluti ex ore, et fonte Patre.* Hæc vero sunt, quæ Spiritus sancti processionem etiam a Filio demonstrant. « Etenim si qui ex ore Patris progreditur Spiritus, et Pater os sit: ex Patre existentiam habet, a partem remanet, Spiritum sanctum, qui Spiritus ori Dei dicitur, ex Filio esse et existentiam habere... Si vero quia fons fons Spiritus est Pater, propterea ex Patre Spiritus est: quare non et a Filio, cum eadem Scripturæ (Patresque) fontem ejusdem Spiritus Filium deprædicant? » Præsto sunt Cyrilli a Cyprio laudati testimonia. Is enim libro in Joannis evangelium ad septimi capituli comma 38, Christum esse fontem docet, et Spiritum sanctum aquam interpretatur: idque ad ejusdem sancti Spiritus naturam referendum esse, adnotat dialogo VII, de sancta Trinitate circa finem. Alios enumerat Patres Pelavium libro VII, cap. 4, quibus ii accensendi sunt, qui Spiritus sancti processionem a Patre et a Filio verbis declarant, quæ aquæ de fonte manantis eruptionem exhibent: ejusmodi sunt ἀναβλύζειν, προχεῖσθαι, προῦναι, scaturire, profundi, prodire. Alias, plurimasque apud eundem Pelavium, capite 5, sententias consule, quæ odor, vapor et qualitas substantiæ Filii dicitur Spiritus sanctus, itemque flatus, et halitus oris; ac demum operatio ejusdem. Longe antea hæc vidit, et expendit omnia sanctus Thomas in Opusculo contra Græcos.

(6) *Non est propositum Nysseno, Patrem processionem Spiritus spoliare: spoliaret vero, si eum in Filium immutaret.* Nulla locum habet immutatio, quæ sit per divisionem: Scripturæ namque persua-

dent, quidquid ex Patre per Filium dicitur, ex uno Deo esse, et dici. » Virtus spirativa, quæ est in Patre, a Patre communicatur Filio, manens una et eadem in utroque.

(7) *Sed ex Filio Spiritus procedens, ex Patre non procederet: sed potius generaretur, si et Filius, ex quo Spiritus, ex Patre generatur.* Nondum intelligo quid ad veritatem ista faciant. Quid enim impedit nos contra oppositos dicere: Si per Filium procedit Spiritus sanctus, non ex Patre procederet, sed potius generaretur? » Difficultatem, si qua est, Thomas exhibet, (quæst. 10, de potentia, art. 4, num. 2. *Si Filius est principium Spiritus sancti, aut hoc habet a se, aut ab alio. A se non habet: non enim 82 Filio, in quantum Filius est, convenit esse principium, sed magis a principio. Si autem habet a Patre, oportet quod hoc modo sit principium, sicut Pater. Pater autem est principium per generationem: ergo Filius erit principium Spiritus sancti per generationem.* Egregium accipe Thomæ responsum ad 2. « Dicendum, quod Filius hoc habet a Patre, quod ex se Spiritum sanctum emittat: unde et eodem modo convenit si, sicut et Patri. Sed Pater non est principium divinæ personæ uno tantummodo, sed duobus: scilicet per generationem, et spirationem. Unde non potest concludi, quod Filius sit principium Spiritus sancti per generationem: sed est fallacia consequentis; et præcipue cum nec etiam Pater sit principium Spiritus sancti per generationem. »

(8) *Propter nominum constructionem solum, quæ post Filium appellationem Spiritus affert; et propter relativas appellationes, Patris et Filii, nullum medium inter sese admittentes: contiguus (Filius) et per contiguum (Filius Spiritus sanctus) a sancto (Nysseno in Epistola ad Ablavium) dictus est... non propter consequentiam existentie.* At enim Nyssenus talia sanciens (divinas nempe personas nulla re alia differre invicem, nisi ratione causæ sive principii, et ejus quod ex principio est; ac rursus ejus quod proxime est ex primo, et ejus quod est per illud quod proxime est a primo), adeoque Patrem a Filio dividens causa (seu ratione causæ, et ejus quod est a causa): Filium deinceps a Spiritu, quod contigue ipse, per illud quod contiguum est iste; manifeste demonstrat existentie consequentiam, non solum nominum constructionem. » Nysseni verba expendens Aquinas in Opusculo I contra Græcos: *Pater ergo, ait, quod per primam differentiam Spiritus sanctus, et Filius a Patre distinguuntur: per secundam autem distinguitur Spiritus sanctus a Filio; quia scilicet Filius a Patre procedit non per Spiritum sanctum, sed Spiritus sanctus per Filium.* Ullus vero ne irrepit error, præ oculis habenda ejusdem Thomæ doctrina in I, dist. 12, quæst. 1, artic. 3: « Dicendum, quod omne medium aliquo modo distinguitur ab his, inter quæ medium dicitur. Cum autem in Spiratione Pater et Filius sint duo spirantes, in quantum sunt unum in potentia

*spirativa*; possumus loqui de actu spirationis per comparisonem ad ipsos spirantes: vel ad principium spirandi, sicut virtutem ejus sit spiratio. Si autem consideremus ipsum principium, scilicet potentiam spirativam, cum in hoc non distinguantur Pater et Filius: non potest dici spiratio esse a Patre mediante Filio. Si autem consideremus ipsos spirantes, qui distincti sunt, et secundum hoc præbent § 3 suppositum spirationi: sic est ibi mediatio, secundum quod est ibi ordo naturæ; quia Filius est ex Patre, et Spiritus sanctus simul a Patre et a Filio. » Cur vero Nyssenus, cur alii Patres frequentius dixerint, Spiritum sanctum esse a Patre per Filium per eum qui proxime est a primo? Rationem sæpe dictam affert Aquinas ibidem ad 1: « Per hoc, inquit, quod dicitur Spiritus sanctus procedere a Patre per Filium, designatur, auctoritas in Patre respectu Filii: quia Filius habet a Patre, quod Spiritum sanctum spirat. Ex hoc autem non ponitur mediatio aliqua, nisi ex parte suppositorum, qui distinguuntur per hoc, quod unum est ab alio: ratione cujus in uno est auctoritas respectu alterius. »

(9) Sed esto: non existentiam ipsam sed per Filium Spiritus emicationem sive effulsionem in dictionem (per illud quod contigue est) doceat (Gregorius Nyssenus). Ego vero effulsionem, sive emicationem Spiritus ex Patre per Filium, fateri nunquam elligerim; dummodo illa naturalem existentiam notet. . . Si vero (Cyprius) voluntatem, et consilium intelligat, quemadmodum suppeditationes, missiones, dationes, et quidquid aliud ad convellendam existentiam ab eodem producit; sequantur hi, quibus hæc complacita sunt. » Jam sæpe adnotatum, divinarum personarum emanationes, utique ad existendum, vocari effusiones, et emicationes. Quæ namque persona procedit, personam exprimit, ac manifestat a qua procedit. Quo sensu Spiritus sanctus dicitur imago Filii. « Constat autem (verba sunt sancti Thomæ in opusculo citato), quod imago deducitur ab eo cujus est imago. Ex hoc ergo, quod Spiritus sanctus est imago Filii, sequitur quod Spiritus sanctus sit a Filio. Posset autem aliquis dicere: quod est imago Filii, in quantum assimilatur Filio secundum aliquem affectum, quem facit, sicut et Filius: vel quia est a Patre, sicut et Filius. Sed hoc excluditur per auctoritates sanctorum, qui Spiritum sanctum dicunt naturalem Filii imaginem esse. Non enim potest dici imago naturalis, Filii Spiritus sanctus, nisi in quantum secundum naturam Filio assimilatur, accipiens a Filio naturam. Semper enim oportet quod forma imaginis proveniat a forma ejus cujus est imago. » Veteres Patres, qui Spiritum sanctum vocant sinceram, exactissimam, naturalem Filii, itemque Patris imaginem, similitudinem, assimilationem, recenset sanctus Thomas ibidem capite 10, quo etiam loco germanum declarat sensum: Possumus dicere, in

A quiens, Spiritum sanctam esse imaginem Patris, et Filii; ita quod imaginem nihil aliud intelligatur, § 2 quam existens ab alio, et ejus similitudinem gerens. Si autem per imaginem intelligatur aliquid existens ab altero, et ex ipsa suæ originis ratione habens quod similitudinem gerat ejus a quo existit, in quantum ab altero, ut Filius genitus, velut verbum conceptum: et sic solus Filius dicitur imago. . . Sed hoc in Spiritu Dei verificatur propter divinæ essentia: unitatem, et simpliciter: ex qua oportet, quod quilibet est in Deo, sit Deus. Atqui vero satis est, qualemcunque rationem imaginis accommodari Spiritui sancto non posse, nisi ab illo naturam et existentiam accipiat, cujus imago dicitur.

(10) Hæc sunt præcipua in Antirrhelico Georgii Cyprii Sermone asserta, quæ Joannes Beccus patriarcha, sua in oratione citata expendit, ac refellit. Addere alia nonnulla licet, quæ ibidem Cyprius disserit. Illud primum profero: quod a Patre perfectus procedit Spiritus sanctus. Cur addi debeat etiam Filius? Hanc sæpius oppositam egregie solvit difficultatem Thomas. Sic ait in 1 dist. 11. quæst. 1. art. 1 ad 9: « Dicendum quod Pater perfecte spirat Spiritum sanctum. Sed quia omnis perfectio Patris communicatur Filio, quæ non repugnat suæ proprietati (cum ratio nulla distinguat inter eos, nisi originis relatio), oportet, quod sicut communicat sibi perfectionem divinitatis, ita etiam perfectionem spirandi. Unde non est propter imperfectionem Patris, quod Filius spirat: sed propter perfectionem Filii, qui habet totam perfectionem Patris. » Paria sunt, quæ habentur quæst. 10, de potentia, art. 4 ad 20. et I. P. quæst. 3, art. 2 ad 6.

(11) Multiplices Patrum locutiones, quibus processio Spiritus sancti exprimitur, ita passim jubet Cyprius interpretandas, ut Spiritus quidem consubstantialitas uti cum Patre, ita cum Filio intelligatur, sed una ex Patre origo: quo pacto duo fratres dicuntur consubstantiales, quorum tamen alter ab altero non oritur. Quinimo. Basilii sententia videtur in epistola 52, ad Canonicas: non dici consubstantialia, quæ fratrum inter se rationem habent, ut quidam existimant; sed cum causa, et id quod ex causa existentiam habet, ejusdem sunt naturæ, consubstantialia dici. In hujusque testimonii sensu enarrando theologi non conveniunt. Petavius lib. vii, cap. 4, num. 12, ita Basilii verba explicat: ut illum ea proprie consubstantialia dicere existimet, quæ originis habitudine junguntur; cætera vero minus proprio, ut duo fratres. Monachi Sancti Mauri, in Præfatione ad totum III, §. 5, num. 1, putant, hoc sanctum Patrem non inficari loco, quod alibi asseverat, homines esse inter se consubstantiales: sed eos tantum refellere, qui consubstantialis notionem rebus inter se fraterna cognatione junctis § 5 ita proprie attribuant, ut divinis aptari non posset. Utrouque sensu permissio, invidium stat argumenti pondus. Consule quæ latius ibidem disseruntur, § 4, num. 3.

(2) Alia demum est argumentatio Cyprii, quæ vocibus innitur. Docent Scripturæ (ait ille) Spiritum sanctum *procedere a Patre*: a Filio vero, aut per Filium *spirari, emanare, effluere, profundi, explendescere*, docent Patres. Nimirum ad ejus æternam originem, ait ille, pertinet processio: temporalem missionem ejus indicant aliæ voces. At hujusmodi etiam vocibus æternam ac substantialem exponi originem Spiritus sancti, quæ *processio* dicitur, evincit sanctus Thomas. Ejus accipe verba in opusculo I: « Ex præmissis (vocibus) *de necessitate sequitur*, quod Spiritus sanctus *procedat a Filio*. Verbum enim *processionis* inter omnia, quæ ad originem pertinent, magis invenitur esse commune, et minus modum originis determinare. Quidquid enim *quocunque modo* est ab aliquo secundum consuetum modum loquendi ab ipso *procedere* dicitur: sive sit ab eo *naturaliter*, sicut Petrus dicitur a suo Patre processisse: seu *emanasse*, sicut spiramen procedit a spirante: seu *effluxisse*, sicut fluvius procedit a fonte: sive *artificialiter*, sicut domus procedit ab artifice: seu *localiter* tantum, sicut sponus dicitur de thalamo procedens. Non autem quidquid *est ab alio quocunque modo*, potest dici *spirari, vel generari, vel fluere, vel mitti*: et propter hoc verbum *processionis* etiam origini divinarum personarum est magis accommodum; quia divina per omnia melius, quam per specialia designantur. Ex quocunque ergo eorum quæ sunt ostensa: scilicet quod Spiritus sanctus *existit a Filio, vel fluit, vel spiratur, vel emanat*; de necessitate concluditur, quod Spiritus sanctus a Filio procedit. » Nempe tum *processionis* vox, tum aliæ voces *emanationis, spirationis, effluxus, profusionis, exsplendescitæ*, similesque originem significant alicujus, quod procedit, emanat, spiratur, effluit, exsplendescit: at voces istæ posteriores modum quemdam originis determinatum exhibent, communiores significat vox prior *processionis*, quacunque contingat ratione. Origo Spiritus sancti proprio certe nomine caret, cujusmodi est *generationis* vocabulum, quo Filii originem appellant sacra Scripturæ. Hinc eam Scripturæ. Patresque vocibus variis circumscribunt: quæ demum id commune vocabulum *processionis*, ad originem in divinis explicandam aptissimum, rediguntur. Hinc vero cum passim Scripturæ Patresque doceant, Spiritum sanctum accipere de Filio, et a Patre, Filioque, sive per Filium emanare, spirari, profluere, profundi, exsplendescere; **§6** *ex his de necessitate concludendum* Aquinas admonet, quod Spiritus sanctus a Filio procedit.

V. Sed vel ipsa demum temporali ejusdem missione, qua nimium abutuntur Græci, æterna ac substantialis origo, seu processio Spiritus sancti a Patre et a Filio, vel per Filium ostenditur. In hac temporali missione *personam* distingue, quæ *mitti* dicitur: ac terminum, sive opus, donumque creatum, cujus ratione *missa* persona *novo quodam modo in eis incipit esse*, ad quos mittitur. Opus

A istud, donumque creatum communi quidem operatione efficit sanctissima Trinitas: sed ejus ratione specialem præsentiam obtinet persona, quæ mittitur: v. gr. persona *Filii* humanitate assumpta, et persona *Spiritus sancti* in anima per gratiam, ut paulo fusius infra dicendum. Hanc *missionem* referre totam ad opus externum, res est absurdissima: cum sacra Scripturæ passim et *Filium* mitti doceant, et *Spiritum sanctum*. Quatenus ergo *missio* refertur ad *personam* divinam, ea est æterna: et quatenus ad externum opus refertur, temporalis dicitur; unde futuro tempore dicebat Christus: Spiritum sanctum *mittam vobis*. Prior illa *missionis* consideratio non est *imperium*, quomodo servi mittuntur a dominis; non est *consilium*, aut simile quidpiam, quomodo ægroti mittuntur a medico ad sumendam medicinam, aut quomodo a sapientioribus mittuntur ad lectionem qui edocentur: erit ergo *naturalis productio*, quomodo arbores mittere dicuntur radices, emittere flores. Hoc sensu ab æterno Filius, quoad ejus incarnationem, mittitur a Patre, quia ab æterno nascitur, naturam hominis tempore statuto assumens: et a Patre Filioque mitti Spiritum sanctum nihil aliud est, quam ipsum ab utroque procedere, externum aliquod opus in tempore efficientem. Uno verbo, *missio* nihil aliud est, quam æterna productio, communicatioque naturæ: in qua illud est, ut in tempore opus aliquod externum appareat, quod personæ missæ tanquam peculiare ascribitur. Doctissimi Petavii verba usurpamus. Hæc utique vera ac propria est *missionis* notio, qua soli Filius, et Spiritus sanctus divinis in eloquiis *missi esse* dicuntur: ac *Pater nusquam legitur missus*, ut ait Augustinus, libro II, *De Trinitate*, capite 5. Hinc beatissimi Cyrillus, et Basilus temporalem Spiritus sancti missionem edisserunt, veluti ex æterna processione consequentem. Ait iste lib. III, *Adversus Eunomium*, num. 1: *Ut qui (Spiritus) esse ab illo (nempe Filio) habeat, et ab ipso accipiat: et annuntiat nobis*. Ait ille in *Thesauris*, pag. 358: *Ex ipso (Filio) naturaliter existens (Spiritus) et in creaturam ab ipso missus*.

**§7** Quod si demum exteriori solummodo operi notio *missionis* alligetur: vel si in missione id unum consideretur, quod est esse principium effectus, cujus ratione persona aliqua mitti dicitur; hæc utique primum impropria, ac nimis late sumpta *missionis* ratio est: ac deinde propriam illam, quam enucleavimus, satis indicat; cum in hac etiam missione impropria nusquam Pater legitur missus, missi vero dicuntur Filius et Spiritus sanctus. Cur vero? Quia Pater a nullo est, ab alio Filius et Spiritus sanctus procedunt. Quo sensu Filius, cum carnem assumpsit, non a Patre solo, sed etiam a Spiritu sancto missus dicitur; quod hic una cum Patre, imo et cum Filio, externum illud opus elaboravit: ac cæteroqui Filius est persona procedens. Quo etiam sensu non dubitare Patres ita loqui, ut Filius a seipso, et etiam Spiri-



tus sanctus a seipso mittatur. At *missionem* accipientes Græci pro sola donorum largitione, sive pro sola operis externi efficientia, eludunt sine dubio Scripturas; quæ passim docent, Filium, hoc est *personam Filii*, mitti a Patre: et Spiritum sanctum, hoc est *personam ejus*, a Patre mitti, et a Filio. Ratio præterea haud unquam conveniens ac solida præsto illis fuerit, qua declarent, cur in divinis eloquiis ac tota Patrum traditione, non nisi persona procedens, ab alia, mitti enuntietur? Hæc docet omnia latissime Dionysius Petavius, libro viii, *De Trinitate*, ac brevi sententia Aquinas in prima Summæ theologicæ parte, quæst. 44, art. 8.

Missionem illam divinarum personarum proprio dictam ita demum accipe, ac intellige. Rebus omnibus inest, et adest intus *Deus per essentiam, et præsentiam, ac potentiam*; idque habet a Deo patre Deus Filius, et habet a Patre et Filio Deus Spiritus sanctus. Per charismatum largitionem novus consurgit veluti præsentia modus, qui magis minusque specialis est pro dati charismatis præsentia. Hinc Spiritus sanctus, a Patre et a Filio missus, novo modo *absolute et simpliciter* inesse dicitur et habitare in iis qui gratiæ sanctificantis charisma accipiunt: sed etiam novo aliquo modo per fidem est in fidelibus peccatoribus, et per dilectionem in pœnitentibus, *secundum quid*, ut inquirunt, *et imperfecte*. Verum omnino cum ipso Spiritu sancto, qui mittitur, communem habent Pater etiam et Filius novam ipsam præsentiam, et inhabitationem ratione doni concessi, quod simul ad extra tota operatur sanctissima Trinitas. At rursus in prædicta præsertim per gratiam sanctificantem inhabitatione justis in hominibus quidpiam etiam inveniri, quod proprium sit personæ Spiritus sancti, veluti specialis quidam substantiæ ejus animam justis applicatio, frequentius §§ docent theologi; ac luculentissime disserunt Sylvius in Primaui partem sancti Thomæ et Petavius loco citato.

Hanc missionem proprie dictam, in eaque præcipuo modo comprehensam divinæ personæ, quæ mittitur, productionem aut processionem ab altera, validissimis argumentis ætate sua contra suos gentiles tuebatur Joannes Beccus, pluribusque Patrum testimoniis confirmat in *Epigraphis, sive Sententiis*, capite 8, eos utique refellens, qui *cum audirent Spiritum, sanctum ex Filio etiam emanare utque prodire, non divinam Spiritus naturam ex divina substantia naturaque Filii oriri atque emanare insulse gurriebant: sed spiritali quoddam donum illius quæ digni sunt, supervenire*. Adversum hæc disputavit quidem postea Gregorius Palamas: sed hunc Bessario late refutavit in synodo Florentina sessione 23, capite 8. Pauca, eaque egregia ac disertissima, decerpo. « Quid tu tantem intelligis, cum audis a Filio Spiritum mitti? Perspicuum est enim, te vel invitum personam illius intelligere: neque enim non subsistens gratia mittitur. . . , Sed hoc ipsum, quod mittitur, divina natura est, et

A subsistens, ac Spiritus persona, quæ Trinitatem complet. . . Etenim Christum eundem se missurum dicit esse Spiritum, qui a Patre procedit: neque alium se missurum quidem ait, alium vero Patre esse missurum. *Cum enim, inquit, venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre Spiritum veritatis qui a Patre procedit*. Hoc autem vel grammatici ipsi ita conceperint: *cum venerit Paracletus, qui a Patre procedit, quem ego mittam vobis*; ut perspicuum sit, eundem ipsum ab illo missum iri, qui a Patre procedit. Si igitur persona Spiritus sancti a Patre procedit, hanc et Filius mittit. Quod si *gratiam minime subsistentem* Filius mittit: etiam a Patre non Spiritus, sed gratia procedet. » Hæc Bessario luculentissime. Robur his adjicit Petavius de sanctissima Trinitate, loco citato, cap. 5, num. 19: *Est enim absurdissimum, inquit, unam Spiritus vocem eundem in sententiis sic ambigue usurpari, ut alteri junctum verbo personam ipsam significet: ad alterum relata, qualitatem et gratiam; hoc proprie simul usurpetur, ac tropice. Nam cum nomen ipsius Spiritus sancti proprie ac per se divinam ejus substantiam personamque significet, nec in plerisque locis aliter interpretari liceat: in cæteris, quæ bene multa sunt ubi diffundi, vel ad nos venire, atque in nobis habitare dicitur idem ille Spiritus sanctus figurate et improprie sumi putare, res est periculi plena: ne quod in istis Scripturæ testimoniis tibi permiseris, idem in aliis concedi suo tibi jure postulent hæretici. Sed in una, continentique Bessario refert, species est absurdi, argumentique firmitas major. Hinc vero exposcentibus Græcis, abinam Scripturarum habeatur Spiritus sancti processio a Filio, reponi tuto debet, hanc ees exprimere sine dubio locos, qui docent a Filio Spiritum accipere, ipsumque a Filio mitti, et dari. Vide caput 9, num. 8 (10).*

VI. Locum primo difficilem aspectu, quem sub Joannis Chrysostomi nomine afferunt Græci, veluti commento suo consonum, ad examen postremo vocare liceat. Sumitur ex homilia quadam de Spiritu sancto, quæ in editione Parisiensi Monfauconii præstat, tomo III, inter spuria. Ait auctor num. 7: « *De meo accipiet: ex iis quæ mihi suppeditavit soli homini Dominico, sumet sibi qui dedit, qui venit super me, et mansit in me, qui unxit me, qui sanctificavit me, qui duxit me in desertum, qui reduxit me victorem. . . De meo accipiet, et unntiabit vobis. Ut ostendat, quod non sancti Spiritus mentionem fecerit, sed donorum ejus; postquam dixit: De meo accipiet. adjicit: Omnia quæcumque habet Pater, mea, sunt; accepi ea de Spiritu sancto. Propterea dixi, De meo accipiet: quoniam Deus carnem sanctificavit Spiritu sancto, et emisit Pater donum Spiritus in carnem Christi. Venit autem gratia, et omnia dona indidit Christo. « En vero (inquirunt Græci). Chrysostomi auctoritas aperte commonstrat, secundum humanitatem Domini dici,*



*ex ipso accipere Spiritum sanctum, quasi divina illius caro conceptaculum Spiritus factum esset, propter spiritualia dona: adeoque sancti Spiritus nomen non ad indicandam Spiritus sancti naturam, sed ad indicanda spiritualia dona accipi, in quocunque Scripturarum loco invenitur Spiritus emanans, effluens, et prosiliens ex Filio.*

Inter opera spuria homiliani hunc ablegandam jubent Fronto Ducaeus, Savilius, Petavius, Montfauconius: ejus enim auctor totus strigosus est, coarctoque dicendi genere utitur; ut nullus unquam visus sit Chrysostomo assimilior. Genuinum solum putavit Photius in Bibliotheca codice 277, neque dubium movit Beccus capite 11, de Spiritu sancto apud Allatum in Græcia orthodoxa, tomo I. Num ergo Græcorum commento favet Chrysostomus, vel quisquis ejus homiliæ auctor est? Imo plura reperit in ea Beccus, quæ adversantur. Ac prima auctoris doctrina occurrit de sancti Spiritus nominibus, quorum alia Spiritus sancti naturam significant, et alia indicant dona ejus, quæ Spiritus appellantur. Doctrinam hanc longe lateque pertractatam hic compendio colligit verbis, num. 5: « Repeto igitur nomina ineffabilis naturæ: Spiritum sanctum, Spiritum Dei, Spiritum qui ex Deo, Spiritum Domini, Spiritum Patris, Spiritum Filii, Spiritum Christi, Spiritum qui excitavit Christum, Spiritum vitæ, Spiritum veritatis. Dein dona: Spiritus virtutis, Spiritus charitatis, Spiritus temperantiæ, Spiritus promissionis, Spiritus fidei, Spiritus, revelationis, Spiritus adoptionis filiorum Dei. » Hæc ille, quæ accuratissimum ut ad examen redigamus, locus non est. Jam vero ubinam sunt illi (ait Beccus), qui contendunt non naturam sancti Spiritus denolari sed semper spiritualia dona, in quacunque sacræ Scripturæ parte reperitur, Spiritum sanctum esse, emanare, et effundi ex Filio. Dubio procul nomen ineffabilis naturæ usurpat Christus, sive cum dicit; Cum venerit ille Spiritus veritatis. . . ille me clarificabit qui de meo accipiet, et annuntiabit vobis. . . Si non abiero, Paraclitus, non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. . . Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit; sive etiam cum ait: Accipite Spiritum sanctum; sive cum paria effert Paulus Apostolus. Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est vobis. . . Membra vestra templum sunt Spiritus sancti quem habetis in vobis. Ineffabilis naturæ nomina adhibentur: adeoque juxta mentem auctoris de sola non agitur in his locis largitione donorum, sed ipsa de persona Spiritus sancti.

Spiritum sanctum Macedoniani putabant inferiorem Filio, propterea quod divinis in eloquiis dicitur a se ipso non loqui, et accipere de filio; quod argumentum retellit homiliæ auctor verbis superioris relatis. Peculiarem invenit interpretationem: loco in illo, inquit, non fieri mentionem de natura quam Spiritus sanctus accipiat; sed de donis

A quorum homo Dominicus Jesus Christus repletus erat, ac de quibus Spiritus sanctus accipiens, distribuit cæteris. Imo verba sanctorum Patrum chorus de natura divina intellexit, quam accipit a Filio Spiritus sanctus, ipsi et Patri, a quibus procedit, æqualis. Locum habeat vero homiliæ auctoris interpretatio: quæ tum primo minimime excludit Spiritus sancti personæ missionem a Filio: tum etiam missum Spiritum sanctum distinguit a donis quæ suppeditantur. Hæc præstat omnia Joannes Beccus loco citato. Compendio collecta hæc sunt. Ac 1º eo in loco Spiritus sanctus ille est, qui accipit: neque tam absurda in Jesum Christum cadere locutio potest, ut de meo (dicat) accipit spiritualia dona. 2º Vim faciebant in ea vocis, accipiet veluti exilitate hæretici: ac si Spiritus sanctus de donis Christi mutaretur, quæ alite suppeditaret; non enim hæc elferri de persona divina possunt, C 3º Verum basilicæ falluntur illi: Spiritus namque sanctus, qui de Christi donis accipit, ille est qui Dominicum hominem unxit, sanctificavit, fecitque veluti conceptaculum omnium donorum quorum homines essent participes. 4º Jam vero ita dona sua plenissime homini Dominico dedit Spiritus sanctus, ut etiam ipse venerit super eum, et manserit in eo: adeoque pari ratione de donis Christi assumens Spiritus sanctus, ac ea cæteris distribuens, venire super eos dicendus est, et in eis manere, ad quos nimirum a Patre mittitur, et a Filio. Luculentius exponi missio Spiritus sancti non poterat, quam proprie dictam appellavimus

C Photius, citato codice 277, dignum animalversione in hac homilia censet: « Quod Chrysostomus dicit: missionem neque Filium, neque Spiritum sanctum minorem facere Patre: quod et ipse Pater mittatur a Spiritu, et a Filio. Dicit his verbis (n. 12): Si tibi ostendero, factorem cæli et terræ missum esse a Spiritu, et Filio, quid facies, etc. » Docum scilicet adnotavit Photius, quo suo commento colorem adderet. Dionysii Petavii verissima admonitio est libro viii. De sanctissima Trinitate, capite 1, num. 14: « Mihi Patrem in Scripturis nusquam, rarissime autem in sanctorum Patrum libris legitur, si tamen legitur: imo vero mitti negant expressis ac disertis verbis antiqui theologi. Unde nullo modo, ac ne improprie quidem usurpari debet, Patrem a seipso, vel ab alio mitti; quantumque extrinsecus sub imagine aliqua, et specie videndi sui copiam fecerit, quod inter theologos disputatur. » Hanc vero locutionem usurpavit hujus auctor homiliæ, qui non est Chrysostomus. De missione omnino impropria intelligendus est: neque ullum propriæ Filii et Spiritus sancti missioni, hujusque ex Patre Filioque æternæ processionis in ipsa ejus missione comprehensæ detrimentum irrogatur. Addit Petavius ibidem egregie, et vere, sua Photium opinionem falsam esse: ac illum factorem cæli et terræ, qui missus dicitur, non intelligi Patrem, sed utique Filium, ipsumque secun-

dum carnem, id est Christum. Cæterum auctor ille adversum *Macedonianos* agebat, quorum erat impium commentum, Spiritum sanctum donari ac mitti a Patre, veluti eo minorem. Quod ipse ut argumentum solveret, *missionem* admittit, in qua missum, vel emissum inferius est mittente: et hanc ad Spiritus sancti dona refert, non ad ipsam sancti Spiritus personam. Non erat eo loci, ut ratione doni dati divinam quoque personam Spiritus sancti dari, et mitti doceret, tanquam a Patre, ac etiam a Filio, sive per Filium procedentem, utique per omnia æqualem.

## 92 CAPUT VII.

*Mortem obiit Josephus patriarcha; cui sufficitur Georgius Cyprius, in professione monastica sacræ ordinationi præmissa vocatus Gregorius. Synodus habita in Blachernis, et alia Adramyti in Mæsia Asiatica: Chronolaxis, Colloquium cum Becco, et sociis, Prusa revocatis, de processione Spiritus sancti: quod illustratur animadversionibus. Beccus ipse in arcem sancti Gregorii relegatus.*

I. Labente anno 1283, vita migravit, morbo et senio consumptus Josephus patriarcha, mense Martio ineunte, ut ait Pachymeres in Andronico, libro 1, capite 43. Caput erigit *Arseniorum* factio: agebatque contra *Josephitas*. Mediam viam ingredi constitens Andronicus, ita ut neque *Arsenianos* contristarct (historici verba sunt capite 14), et *Josephitas* tamen amplecteretur; eligit in patriarcham oriundum e Cypro Georgium, virum doctrinis innutritum, a patriarcha Josepho ordinatum, et proto apostolarium in æde Palatino.

« Rem Nicephorus Gregoras his verbis enarrat, lib. vi, capite 4, num. 5: « Erat autem tunc insignis vir facundia ex imperatorii cleri collegio, Georgius Cyprius. . . Hunc, cum non ita pridem monasticum habitum induisset, in animo habebat, et studebat imperator ad patriarchicum solium evehere: a nemine tamen eorum qui participes fuissent *dogmaticæ novitatis* (ita dogma catholicum de processione Spiritus sancti, inibique Ecclesiarum unionem vocat: sed ab aliquo, qui parum se ab illorum *communione* servasset, manus ei imponi volebat. . . Est tamen ab imperatore post debita suffragia et testimonia designatus: et *pastorale pedum* in imperatorio suggestu more veteri ab ipso principe porrectum accepit. Eratque ex eo occupatus in administrandis rebus quæ etsi ad patriarchale munus pertinerent, sacerdotio tamen non indigebant. » Veterem præfatum morem, quo patriarchæ Constantinopolitani ab imperatoribus promovebantur, diligentissime exponit Lequienus in *Oriente sacro*, tomo 1, capite 17, a num. 7. Decreto designationis recitato, ad ipsum patriarcham designatum mittebantur pallium, ac theca sanctorum reliquiis plena collo appendenda. Tum ipse baculum pastorem aureum, quem lapilli et margaritæ ornabant, e manibus imperatoris accipiebat: ducebaturque demum solemnī pompa in basilicam pa-

triarchalem. 93 Cæremoniam omnem laudatus Lequienus recitat ex Georgio Phraulza, et Codino, ac Simeone Thessalonicensi.

Sacra nulla Cyprius initiatus fuerat consecratione præter eam qua initiantur lectores. Accidit vero, Gregora teste, ibid. num. 6, *Mozylem episcopum*, itemque *episcopum Debrorum* in Macedonia, Constantinopolim adventasse: *Quorum uterque animum semper alienum habuit a communione eorum qui dogmaticis novitatibus seipsos sponte subjecerant*. Episcopum *Dozylem ex Occidentis partibus* vocat Pachymeres, capite 14, scilicet episcopum fortasse *Acheloi* sub Naupacto metropoli, conjectante Lequieno, tomo II, in provincia veteris Epiri, num. 13. Idem itaque *Mozylenus* (Gregora verbis ulor), hortatu Gregorii Cyprii, Germanum monachum quemdam inaugurat metropolituum *Heracleæ Thraciæ*: hic enim antiquo privilegio jus habet consecrandi Constantinopolitanum patriarcham. Is ergo e lectore primo diaconum et sacerdotum, post et patriarcham consecravit Cyprium, duobus illis episcopis, *Mozyleno, et Debrano, adiutoribus*. De antiquo prædicto Heracleensis episcopi jure disserit Lequienus, loco citato, cap. 4, num. 4.

Diligentiorē Paschymoris historiam refero ex eodem quarto decimo capite. Ac primo episcopus *Cozyles*, mense Martio (anni 1283), Cyprium introduxit cum paucis in monasterium, a Prothomo et Petra nominatum: ubi consuetis cæremoniis monachum ex laico instituit, moxque diaconum e lectore ordinat. In ea monasticæ professionis cæremonia vocatum fuisse Gregorium adnotat idem Pachymeres, capite 22: *Cyprio, inquit, ex Georgio mulatum, cum professionem in præparatione patriarchatus assumeret monasticam, nomen Gregorii insederat*. Tum vero ab imperatore declaratus patriarcha, dato illi pedo pastorali. Denique Germanus, metropolita Heracleensis, paulo antea ordinatus, *initiauit ipsum sacerdotio: et in celebri Palmurum festo, cooperante antistite Cozyleb, et antistite*. Deorum patriarcham ordinavit. Annus 1283 insignitus eurrebat *cyelo solis 4, littera Dominicali C, et aureo numero 11*. Hinc sacrum Pascha incidit in diem 18 Aprilis: et *Palmarum Dominica* illuxerat die undecima ejusdem mensis.

II. *Feria secunda hebdomadis quam Διζκαιστήμων, Diaconesimam vocant, statim sequentis Αναστάσιον, diem Resurrectionis, edictum imperiale promulgatur*. Hebdomadam intellige, quæ diem Paschatis subsequitur, sic appellatam ob renovationem generis humani per Christi resurrectionem. Vide Carolum Ducangium. Eo plura imperiali constituebantur decreto. Synodus etiam convocabatur, teste Pachymere, capite 17, in *Blachernis* celebranda. 94 Deiparæ titulo sacra erat Blachernarum ædes. Situm ejus inquit ac statuit Ducangius in Constantinopoli Christiana, libro iv, § 2, num. 6. In hac synodo gradu dejecti antistites, qui unioni Ecclesiarum consenserant.

*Ineunte mense Maio* ejusdem anni 1283, sanguinis guttas e caelo destillasse perhibet Pachymeres, capite 18. In Orientem proleiscitur Augustus, motas ab Arsanianis turbas compositurus. Convenere omnes Adramytii in Mœsia Asiatica, ubi cunctis ad victum in totam hiemem necessarium, large imperator providerat ut ait Pachymeres, cap. 21. Synodus habita hoc in loco, assidente patriarcha Cyprio. *Statis quavis hebdomade diebus, per totam Quadragesimam perseveravit* imperator. Conventions etiam cum episcopis per ignem habitæ *Sabbato sancto, Paschæ vigilia*. Hunc possumus numerat annum 1283; sed annum insequentem 1284 evincunt memorata facta, quæ acciderunt *feria secunda hebdomadæ paschalis* anni scilicet 1283, guttas sanguinis e caelo decedentes *mense Maio, exacta Adramytii hiems tota, ibique plures habiti cum episcopis conventus per totam Quadragesimam*. Conventions ergo pactum de chartis in ignem injiciendis ad experimentum, accidit *Sabbato sancto* anni 1284. Numerabat hic annus *cyelum solis 5, et litteram Dominicalem BA et aureum numerum 42*, quibus Pascha in diem 9 Aprilis confertur: dieque præcedente octava fuit *Sabbatum sanctum*.

Quæ deinceps acciderunt varia ac multiplicia pergit narrare Pachymeres. Andronicus olim Sardensis episcopus ignominiosissime ejicitur, veluti reus læsæ majestatis (capite 23); Cotaniza, monachus ex latrone factus, Prusa fugit (capite 24); in occiduos tractus ab imperatore mittitur Tarchaniota protovestiarius cum exercitu (capite 25); classis Romana negligitur, ac sensim aboletur (capite 26); Michaelis principis, filii Joannis Sebastocratoris ardes incensæ (capite 27). Tempus notat historicus: *Hæc circa Decembris medium acta sunt*. Quo vero id acciderit anno, ignotum mihi; simul enim colligit Pachymeres rerum eventus qui per tempora varia acciderunt.

Insequente vicesimo octavo capite disserit ille de *pane consecrato*, qui corruptus in sacra pyxide repertus est in Magna Ecclesia Constantinopolitana. Hæc prima sunt capitis verba: *Hoc porro, ut ad intermissa me referam, tempore*. Tempus istud sistere intra annum 1284 nullus dubito. Verba animadvertite, quæ sequuntur: « *Dominica* illuxerat, proprio vocabulo dicta *Τετάρτη; Tyrine*, a casei tunc adhuc usu permissu: quæ ritus consuetus vocabat sacerdotem 95 ad præparandas in sacra pyxide tot oblationes consecrati panis, quot ad celebrandas juxta morem instantes liturgias ex præsanctificatis oportebat. Ubi ergo est, incruenti sacrificii peracta functione, aperta pyxis ad collocandos intra eam consecratos panes, inventa intus apparuit ex præsanctificatis oblatio, quam quis intuens suspicaretur unam ex iis esse, quæ *feria quarta hebdomadæ majoris* cum offerri debuisset, oblata minime fuerat ut indicatum est superius, *propter recessum ecclesiasticorum ex ecclesia*. Superius caput 15 indicatur, ubi de inauguratione Cyprii patriarchæ agitur. Hæc ibi habentur: *Ut quarta dies* (hebdomadæ

majoris) *supervenit*. . . *plerique clericorum*. . . *non statim expedire certum assensum, quid ad placita quædam exigebatur, valere: quidam etiam clare recusarunt, ut in his altercationibus hora legitima sacri, ex præsanctificatis tali die celebrari soliti, præterierit*. Hæc anno 1283 acciderunt feria quarta hebdomadæ majoris ante Pascha. Itaque ad annum insequentem 1284 pertinet *Dominica Tyrine*, cum sacer panis in pyxide corruptus repertus est. Hæc eadem est, quam nos *Dominicam Quinquagesimæ* vocamus: ac prima jejunii quadragesimalis apud Græcos hebdomada. Consuetum erat porro, tot in *Dominica Tyrine* consecrari oblationes, quot opus erant, ut sequentibus hebdomadæ diebus missæ præsanctificatorum celebrarentur. Sacer ego panis, qui corruptus in pyxide repertus fuit, una ex illis oblationibus credebatur, quæ anno superiore 1283 in pyxide relicta fuerat, *feria quarta hebdomadæ majoris, præsanctificatorum missa prætermissa*. Sacrum incidisse Pascha anno 1284 adnotavimus in diem 9 Aprilis: unde *Dominica Tyrine* illuxerat die 20 Februarii, currente littera Dominicali BA.

*In urbem* (Constantinopolim) *reversus imperator, nequitiam indormiebat* (ait historicus, capite 30), *negotio conciliandorum Ecclesiæ, qui se ab ea disciderant*. Signa edita sunt varia, quibus imperator perimotus vehementius *Arsenianorum*, et *Josephitarum* pacem urgebat. Jam vero cineres Arsenii, olim patriarchæ, regiam in urbem translati (capite 31); cladum etiam Christianorum initium in Syria (capite 32); captam Tripolim, captamque Ptolemaidem refert Pachymeres, sequentium videlicet annorum prævertens clades. At Marino Sanuto, dicto *Torsello*, teste libro iii, parte xii, cap. 19, obsidium castri *Margat* sub Soldano Babylonio accidit anno 1285, die 27 Aprilis, ejusque amissio post mensem. Denique secundæ ab imperatore celebrantur nuptiæ cum Irene, filia marchionis Montisferrati (capite 33).

96 Tum vero evocatus e Prusa Joannes Beccus cum sociis, Constantino Meliteniote, et Georgio Metochita, archidiaconis, ut fidei suæ rationem redderent. Indictum ergo colloquium in synodo ecclesiasticorum, quæ habita est in *Trictinio Alexiaco*. Aderat patriarcha Gregorius. Alexandrinus quoque Athanasius, quod forte tunc *ægyptians*, de cubens in lectulo portatur. Ordo universus antistitum convenit: nec clerici desunt, nec plerique monachorum, nec laicorum quique lectissimi. His præsidebat imperator, circum se habens summatum primores. In primis eminebat *logotheta* (Muzalo). Hanc synodum ad anni 1284 Maium mensem, aut Junium refert Possinus. Insequentem indicare annum videntur, quæ varia rerum interposita memorat Pachymeres eventa.

III. Præcipua colloquii capita refero, quæ processionis dogma spectant, ex ejusdem Pachymeris capitulo 35 (1). Gregorio patriarchæ, quid sentirent de dogmate percontanti archidiaconi reposuere: « Reperimus in scriptis authenticis, Spiritum san-

elium χορηγούμενον, διδόμενον, ἀποστελλόμενον, A προερχόμενον ἐκ Πατρὸς δι' Ἰσοῦ, *præberi, dari, mitti, prodire ex Patre per Filium*: interdum et a quibusdam Patrum dici, ἐκπορευόμενον *procedere*, ait autem et de Patre magnus Joannes Damascenus esse illum, προβολέα διὰ λόγου ἐκφαντορικοῦ Πνεύματος, *productorem per Verbum euantiatorii Spiritus*. In voce autem *productoris* uolitionem principii activi (seu causæ, τῆς αἰτίας) agnoscimus. Causam igitur non dicimus Filium in sua ex Patre processione sancti Spiritus: ac neque *concausam*; qui anathematizamus et rejicimus sic loquentem. Sed Patrem *causam per Filium* sancti Spiritus dicimus: quandoquidem vocabulo προβολέας, *principii activi* (seu causæ) significatus subest. » Perpicuo patet, periude esse *Patrem per Filium esse causam Spiritus sancti*, ac Patrem, et Filium unam esse ejusdem causam, ob unam spirantem virtutem, quam Pater habet a se, a Patre communicatam Filius. Vide caput 5, num. 3, (2), et num. 4.

(2) Muzalo magnus logotheta inferebat, *Filium in processione ex Patre causam sancti Spiritus*. Non ita esse aiebant archidiaconi. Annon enim, *exempli gratia, dicimus: Pater est perfectus Deus, Filius item perfectus Deus, Spiritus quoque sanctus et ipse perfectus Deus. Unde quis non videt apparere inferendum, quum respiciamus, deorum trinitatem*. Ob unitatem Divinitatis, quæ inest eadem tribus in personis, tres personæ sunt unus Deus: ac pari etiam ratione ob unitatem spirantis virtutis, quæ a se est in Patre, et est eadem in Filio communicata a Patre. Pater et Filius ¶ una sunt Spiritus C sancti causa. Consule dicta numero 4 citato.

(3) Georgius Monsechampar, qui tunc erat *Ecclesiæ chartophylax*, spurium et suppositivum esse affirmavit allatum *Damasceni testimonium*. Moschampari adversatus est magnus logotheta: *Hoc dictum, inquit, a te rejectum ut apocryphum, diserte ac syllabis totidem existat in sacra Hoptotheca, libro, ut scis, auctoritatis omni exceptione majoris, adjuncto etiam clare nomine magni Damasceni, ejus auctoris*. Opus istud ab Andronico Camatero concinnatum fuisse, jam adnotavimus.

(4) « Admitto (logotheta Muzalo inquit) testimonium: et sancti esse vere Damasceni agnosco. Cæterum non assentiar, *Spiritum per Verbum et Filium originem ex Patre trahere*. Si enim dicens audacius loquerer, quam si qui affirmant: *ex Patre et Filio sanctum procedere Spiritum*. Quoniam in hoc Latinorum dicto communio præpositionis *ex*, pariter adaptatæ Patri Filioque, ad æqualitatem hypostasum inter se astruendam magis quadrans, audacie invidiam nisi plane diluit, emollire certe plurimum potest. In alia vero sententia, dum Spiritus ex Patre *per Filium* assertitur *procedere*, illa diversitas præpositionum emphasim nescio quam absonam differentię immiseret . . . velut subindicans, aliud esse sancti Spiritus principium activum Patrem, et aliud ejusdem principium activum Filium. » Repo-

nabant archidiaconi: *Quid ad nos ista dirigit? Joannem Damascenum incesse. Quod si tanti Patris sententiam erroris suspicione liberandam censes . . . cur nos hæreseos accusamur?* Paria docuerunt Nysseus, Cyrillus Alexandrinus. Maximus confessor. Nysseus in Epistola ad Ablavium docet, *Filium ex Patre προσεχώς*, continenter et sine medio: Spiritum vero sanctum *per Filium, qui continenter est ex Patre*. Cyrilli verba sunt libro 1 *De adoratione: Substantiialiter ex utroque, nimirum ex Patre per Filium profuit Spiritus*. Denique sanctus Maximus in Epistola ad Marinum: *Per Filium profuit Spiritus sanctus ex Patre*. Nulla vero laborat invidia sive præpositio *ex*, sive præpositio *per*. Indicat prior. *ex*, productionem Spiritus sancti, quæ æqualis, imo una et eadem est in Patre Filioque. Indicat altera. *per*, non ordinem in virtute, aut efficientia, ob ejusdem in Patre et Filio unitatem; sed ordinem inter personas Patris, et Filii, qui distincti sunt, et præbent suppositum spirationi: ita scilicet quod *Filius habet a Patre, quod spirat Spiritum sanctum*. Consule sanctum Thomam in I dist. 42, quæst. 4. artic. 3, et 1 p. quæst. 36, art. 2. Vel etiam eadem ¶ particula, *per*, clarus quodammodo exprimit, spirandi virtutem, quæ inest, Patri unam eandemque Filio communicari a Patre.

(5) Catholicam doctrinam exponebat Beccus exemplo Patribus familiari *solis, radii, et lucis, vel oculis, fontis, aquæ et fluvii*. Namque splendor, sive lux est a sole per radium: et fluvius per aquam, sive rivum est a fonte. Datum calumniabatur expositionem Gregorius patriarcha: ac si Beccus non confiteretur, *Spiritum sanctum continuum Patri esse, sicut et Filium*; quin imo doceret, *Filium quidem continuum Patri, Spiritum vero locali quadam separatione distare*. Calumniam depellebat Beccus: « Gregorius Nysseus, inquit, de Filio quidem ait, *esse illum continue ex Patre*, de Spiritu vero, *esse per eum, qui continue ex Patre est*. Vos vero locales distantias, aut spatia interjicientes temporum, absurditatem omnino inducitis. Enimvero generari *Filium ex Patre*, cum solum auditur, præbet animo nescio quam speciem quasi effluxus, localis egressionis distantiam inferentis. Sed corrigitur imaginatio, cum additur: *indivulse indistincteque generari*; vere sic *ex Patre* significans esse Filium, ut simul *in Patre* sit. Sic et mihi ratiocinari de Spiritu licet. Aut potius ad similitudinem superius adductam referatur sermo: *radiumque* dicimus *ex sole*, et lumen abscissum ex sole quidpiam non existimamus est radium. Lumen etiam dicimus *per radium ex sole*, et mediationem intelligimus, et continuari lumen soli per radii mediationem, non negamus, » Præmonerat vero doctissimus Beccus: *Rudes utique esse hujusmodi imagines processionum beatæ Trinitatis, quæ nullo pingi simulacro valent; et harum effigie formarum speciem divinæ Triadis insinuari, quoad licet humano captui*.



Hanc doctrinam paucis, ad luculentissimis declarat verbis sanctus Thomas, in 1<sup>a</sup> dist. 12, quæst. 1, art. 3: « Si consideremus ipsum principium, scilicet potentiam spirativam (seu naturam divinam cum proprietate spirationis), cum in hoc non distinguantur Pater et Filius (sed sint unum), non potest dici spiratio esse a Patre mediante Filio (sed a Patre, et a Filio immediate procedit Spiritus sanctus). Si autem consideremus ipsos spirantes, qui distincti sunt, et secundum hoc præbent suppositum spirationi: sic est ibi mediator, secundum quod est ibi ordo naturæ; quia Filius est ex Patre, et Spiritus sanctus simul a Patre et Filio. » Paria sunt, quæ habentur ad 1: « Per hoc quod dicitur Spiritus sanctus procedere a Patre per Filium, designatur auctoritas in Patre respectu Filii: quia Filius habet a Patre, quod spiraret Spiritum sanctum. Ex hoc autem non ponitur mediatio aliqua, nisi ex parte suppositorum: quæ distinguuntur per hoc, quod unum est ab alio; ratione cujus in uno est auctoritas respectu alterius. »

Quid hæc vero Patri conferat auctoritas; quænam etiam sit differentia inter processionem a Patre per Filium Spiritus sancti, ac inter fluxum per rivum promanantem a fonte; quinam demum vocum usus apud Græcos: patet Aquinas omnia ibidem, art. 2, ad 3: « Spiritus sanctus dicitur esse principaliter a Patre; quia in Patre est auctoritas spirationis, a quo etiam habet filius virtutem spirativam: et non propter aliquem ordinem, vel gradum prioritatis et posterioritatis Patris et filii. Similiter etiam propter eandem rationem dicitur proprie procedere a Patre: maxime cum hæc præpositio, a, apud Græcos notat relationem ad primum originem. Unde apud eos non dicitur quod lacus sit a rivo, sed a fonte: et inde est etiam, quod non concedunt, quod Spiritus sanctus sit a Filio, sed a Patre. Nihilominus tamen non est dicendum, quin etiam a Filio proprie procedat, qui cum Patre est unum principium Spiritus sancti: non autem sic rivus, et fons sunt unum principium lacus: » sed utique duo, quorum alterum pendet ab altero; ac distinctam, si qua est, efficientiam habet. Græcos ab Aquinate memoratos intellige sanctos Patres, aliosque catholici dogmatis vindices.

(6) Hæc præcipua sunt, quæ circa dogmatis doctrinam in colloquio discussa fuerunt. Testamenti, quod morti proximus anno 1298 condidit Beccus, partem aliquam hinc licet loco exhibero, ut splendide pateat adversantium Græcorum sententia de Spiritu sancto. Integrum Possinus refert in Observationibus ad libri tertii caput 29. « In hoc hallucinantur illi quibuscum mihi controversia, quod ipsis vi argumentorum ex authenticis Scripturarum et Patrum testimoniis depromptorum ineluctabiliter pressis, nulla ostendebatur via declinandi, quin fatenda esset, ac pro certo dogmate habenda sancti Spiritus ex Patre per Filium processio. Aliunde vero, cum pari theologiarum ex Scripturis ratio-

cinationum evidentia constringi se putarent ad affirmandum, hypostaticam proprietatem personæ Patris esse originalem spirationem activam: concordare cum eo nequiverunt consortium in spirando Filii cum Patre. Inde in frivolam vanæ distinctionis cavillationunculam abstracti sunt, qua pernegant, idem esse processionem et exstantiam, Fatentur, procedere quidem Spiritum sanctum a Patre per Filium; dici tamen velant, Spiritum per Filium exstare. ¶ Transire spirationem activam lingunt per Filium, quasi per medium, et instrumentum inanime in nullo cooperans; ut ea ratione procedens Spiritus intelligatur consequens quiddam ad Filium sola cogitatione, cui nihil respondeat in re. » Hinc vero demum processionem pro efficientia sumptam referebant ad missionem Spiritus sancti temporalem per donorum et charismatum concessionem. Quod si eadem efficientia per Filium intelligi etiam debebat æterna, hanc Cyprius Gregorius ita interpretabatur, ut novam hæresim inveheret, de qua inferius agendum est. Laudatum Bessi testamentum diligentiore cura capite decimo ac postremo expendimus et illustramus.

IV. Ægerrime serebat Augustus, congressum longe contra quam speraverat, accidisse. Joannem Beccum, sociosque excepit Cosmili monasterium, sub fida habitos custodia. Idem est, ac monasterium sanctorum Cosmæ et Damiani, quod extra urbem ad freti litus exstabat. Ducangium consule in *Cypri Christiana* § 15, num. 10. Sed illos demum, qua minis, qua blanditiis frustra tentatos, jubet imperator, nave deportari in arcem, a dextris ingredienti sinum Astacenum sitam, cui nomen a sancto Gregorio est.

#### CAPUT VIII.

Gregorio Cyprio patriarchæ provincia imponitur, ut Joannis Damasceni testimonia exponat, et conciliet in loco, qui coram palamque in ecclesia legeretur. Graves in eo deprehensæ difficultates. Ipsum refellit Beccus: Cypriumque reum agit novæ hæreseos, quæ postea Palamitica dicta est. Tomum corrigere abnuil Cyprius: plures tamen scribit libellos apologeticos. Sancti Joannis Damasceni mens diligentius exponitur, Sancti Thomæ Aquinatis de Damasceno judicium. Itemque de Theodoro. Doctrinæ anacephalæosis contra Photii objectiones.

1. Adversariis suis (verba sunt Pachymeris lib. II, cap. 1), acrem reliquit curam Beccus inquirendi, qua ratione in orthodoxum (ita sentiebat ille), explicari sensum posset Damasceni Patris dictum, ita ut neque Bessi expositioni assentiri viderentur, et tamen ipsi suspensiones effugerent, quibus ipsorum doctrinæ, ex apparenti cum sententiâ tantæ auctoritatis conflictu, apud eruditos laborabat. « Animadvertentibus ipsi, non dici a Damasceno, theologiam explicante, procedere Spiritum ex Filio per Filium et Verbum. ¶ Addebant etiam, sancti verba ibidem legi: ex Filio autem Spiritum non dicimus. Hinc inferentibus, præpositiones ex et per non esse æquipollentes. » E re sua censebant, ut solo uterentur



Damasceni effato illo, quos is negabat se dicere *Spiritum ex Filio*: quærebantque expositionem, qua reliqua priora verba emollirent, et in concordiam reducerent. Itaque Gregorio Cyprio deman- data provincia, *Tomum* scribendi hac de re.

Imposito inuicem functus est Cyprius, editusque *Tomus*, in Ecclesia coram palamque lectus. Id ac- cibusse Possinus putat anno Christi 1288. Velat nihil, quominus id acciderit anno superiore 1287, vel etiam præcedente. Quæ plura ab Cyprio edita sunt apologetica scripta, quæ mox enumerabimus, id exposcere videntur. *Tomo lecto imperator rubrica subscripsit, deinde patriarcha, tum ordine præsules* Ecclesiastici viri luero plures, qui subscriptionem aperte negarunt.

II. Causam enarrat Pachymeres ibidem: « Eral enim inter alia in *Tomo*, qui subscribendus obtu- debatur, quædam expositio sententiæ prius memo- ratæ divi Damasceni, sic se habens: *Si vero a summo Theologo Damasceno reperiatur dictus Pater sancti Spiritus διὰ λόγου προβουλεύς, productor per Verbum: haud plane ista locutio significare vult sancti Spiritus εἰς αὐτὸ πρόσθον processionem in exstantiam; sed εἰς ἕκστατον αἰδίου, in æternam explendescentiam.* Hoc autem quid sibi vollet, ne- quaquam se capere aiebant: quærebantque mon- strari sibi discrimen processionis et æternæ ex- plendescentiæ; ut sic earum vocum alteram abji- cerent, alteram amplecterentur. Nunc enim plane apparere ipsis ista vocabula mutuo æquipollentia, nec plus minusve significare quidquam *processio- nem in exstantiam, quam processionem in æternam explendescentiam.* »

Animadvertite, minus accuratam falsamque jam Cyprio visam esse eorum interpretationem, qui *processionem sancti Spiritus a Patre per Filium* aut intelligebant *temporalem donorum et charismatum concessionem, aut celo processionis activæ transi- tum per Verbum, veluti medium, sine ulla ejus efficientia.* Perspicua scilicet Damasceni ac Patrum mens erat, æternam esse Spiritus sancti proces- sionem, qua dicitur *a Patre per verbum procedere.* Patebat etiam, hanc *processionem per Verbum* satis indicare Verbi efficientiam erga Spiritum sanctum quam interpretabatur Cyprius non *ad exstantiam, sed ad æternam explendescentiam;* cum attamen revera Spiritus sancti *æterna explendescentia* nil aliud foret, quam *ejus exstantia a Patre per Filium*

102 III. *Tomus* incidit in manus Becci carcere detonti *Multa* ille eodem in *Tomo reprehendebat* (verbis utor Pachymeris, cap. 2), *sed præsertim incusabat expositionem in eo traditam sententiæ Damasceni.* Prostat in *tomo II Græciæ orthodoxæ* ejus *oratio prima in Tomum Cyprii, et novas ejus- dem hæreses.* Novam Cyprii interpretationem pro- priis verbis allertum. 5. *Licet enim apud nonnullos sanctos per Filium procedere Spiritum sanctum astruatur; dictio hæc, in æternam effulsionem, non ad esse pure, significat progressum.* » Et primum

A quidem intelligere non valeo (reponit Beccus), qua ratione *effulsionem in æternum* Spiritus a *puro progressu ad esse* distinguat. 2. Gregorius Nyssenus duarum personarum causæ, seu principii differen- tiam declarans, non aliam esse docerat, nisi *hanc quidem contigue, aliam vero per illud quod a primo contigue est:* unde non capio, quænam alia sit in æternum per Filium Spiritus effusio, nisi ipsius ex Patre per Filium hypostasis progressus. 3. An fuerit Unigenitus, *hujusce Spiritus effulsionis per ipsum, ex Patre admittere?* 4. Quod si Spiritus *naturaliter* per Filium effulget, idem fuerit dicere, ac procedit ipse per Filium. » Hæc et alia quam- plura Beccus opponebat.

Inepta erat alia Cyprii sententia, quæ num. 10 habetur: *sed per Filium, et ex Filio φυσικῶς- ὑπάρχειν naturaliter existere: non vero per Fi- lium, et ex Filio εἰς ἕκστατον ἔχειν existentiam habere, qui ἢ ενυπίασαντες Patres, facti sunt.* « O argutum talia asserentium acumen!... Ego qui non ita curiosus sum, sed rudis hebesque, illud *ex Filio naturaliter Spiritum existere, pro existentia ex Filio* assumo: et præpositionem *ex*, loco præ- positionis *per*, ut scriptis mandata traditio intonat, *de Filio* semper accipiens; non *duas causas Spiritus, sed Patrem causam per Filium* deprædico. » Hæc vero germanam continent loci alterius inter- pretationem, ubi Damascenus ait, *se Spiritum ex Filio non dicere:* nimirum veluti ex causa a Patre distincta. Hæc de re diligentius infra.

Cum hæc fortasse præ oculis haberet doctissi- mus Franciscus Combefisius, frequentius adnotat in altera parte Novissimi Auctarii, Joannem Beccum *hæresim Palamiticam* damnasse. Iusanum scilicet invaluit delirium, quo a divina essentia distingue- batur æterna Dei actio, ac sempiternum quoddam lumen divinum: ac istud mentibus crealis com- municari dicebatur, ipsa penitus incommunicabili essentia, ac invisibili. Hæc videtur esse illa *explen- descencia*, in quam Cyprius tradebat ex Patre pro- cedere Spiritum sanctum per **103** Filium, *non in exstantiam.* Hoc igitur impium Palamæ dogma a Joanne Becco damnatum in *Tomo quodam*, adnotat laudatus Combefisius in *Observationibus ad Ma- nuelis Calecæ librum De essentia et operatione.* Michaelis Lequien verissimam affero animalver- sionem in dissertatione 1 Damascenica, num. 50, Palamæ quidem prævisse Cyprium, erraticumque dogma ab isto præformatum refutasse Beccum. cæterum Joannem illum patriarcham Constantino- politanum, qui Gregorium Palamam primus dam- navit, aut *Sozopotitam* fuisse circa annum Christi 1294, au certe *Clycyn* circa annum 1316.

In hanc absurditatem incidisse Cyprium, jam allata ipsius ad locum Damasceni interpretatio satis evincit. Accedit aliud ipsius dictum in suo *Tomo.* quod inde sumptum a Becco refertur in oratione citata num. 14: « Nihil novi est, neque ab usu Scripturarum alienum, si *spiritalis donum* æquivoce

*Spiritus sanctus* vocetur: et *actio* aliquando sibi *nomen agentis* admiscere videtur, uti solis splendor et lumen sæpenumero solis. » Quibus utique verbis (ait Lequienus loco citato) significabat æternam Dei actionem, quæ personis tribus communis est, Spiritum sanctum quandoque vocari: et hanc æterni luminis efficientiam, tribus communem personis, ipsam dei processionem Spiritus a Patre per Filium. Aliud idem Lequienus Fragmentum operi a Cyprio confecti ibidem affert: nempe, *divina gratia, effulgentiaque, et operatio συναΐδιος ἐστὶ τῷ Υἱῷ coæterna Filio est: et ex ipso scaturit velut etiam ex Patre, et ipsomet Paraceto*. Enormia commenta, quæ eudebant Græci, Patrum auctoritate pressi, diligentius infra explanabimus.

Joannis Becci *Commentarius per urbem Constantinopolim serpens* (Pachymeris verbis utor capite citato 2), *cupide lectus a plurimis est: et plerisque aculeum infixit*. Ad ipsius Tomi accusationem animum appulerunt *episcopus Quinquecelesiensis, et Georgius Moschampar*, qui cesserat officio *exchartophylaxis*, quibusdam offensiunculis jam a Cyprio aversus. Accusationes in Tomi doctrinam, a Becco expositæ, prætermissæ sunt, ne cum Becco sentire viderentur. Aliam igitur inire viam excogitarunt impugnandi Tomi, quam refert Pachymeres, capite 3: « *Culpantes videlicet, quod cum vox προβολῆς productor, proprie usurparetur a Patribus ad significandum principium activum ἀπὸ τοῦ, Spiritus sancti, sicut vox Genitor ab iisdem adhibetur ad designandum principium activum, Υἱῷ unigeniti Verbi; tamen scriptor Tomi, vocis προβολῆς significatum retulisset ad simplicem explendescentiam, non 104 autem ad emanationem Spiritus sancti e vero principio activo. Quam emanationem vocabulo processionis exprimeus, et processionem ab explendescentia distinguens, haud dubie adiungeret voci productor notionem ipsi tributam a Patribus, emanationis scilicet ut e principio activo; quod nihil minus esse contendebant, quam defectionem a fide catholice doctrinæ.* »

Hæc ut hæresis Cyprio tribueretur, ansam dedit libellus ejusdam Marci monachi, in quo tradebatur, ut ait Pachymeres, capite 4, *etiam clarius quam in tomo patriarchæ, damnabilis illa restrictio notionis in voce, productor; qua principii activi significatus contra manifestam Patrum auctoritatem ab ea excluditur*. Opus istud, ut eluobratum fuerat, oblatum Gregorio patriarchæ fuit: *Qui percurrrens, ut cæteras solebat discipuli scriptiunculas: quædam in hac quoque sibi minus probata, manu propria correxit, et sic emendatam reddidit*, Hinc impius error, eo in Marci opere repertus, etiam Gregorio ascribebatur.

IV. Hinc stimuli addebantur patriarchæ, ut ipse corrigeret, quod in Tomo suo emendari opus esset. Nihil esse in Tomo vitiatum, quod spongia indigeret, præfracte contendebat ille. Domum istum exhibet codex Vindobonensis 249, num. 3, a Lam-

A hecio recensitus libro v *Commentariorum*, sub hoc titulo: *Ὁ Τόμος τῆς ἀγίας συνόδου, ἤτοι στήλη ὀρθοδοξίας, Tomus synodicus, sive columna orthodoxæ*. Incipit: *Ἐσχῆ μὲν ἡ ἐπισυμβάσα πρὸ μικροῦ παραχῆ τε καὶ ζάλη τῇ Ἐκκλησίᾳ. Habet quidem turbatio, et procella Ecclesiæ superveniens*. Ab his etiam incipit verbis Opus a Banderio integrum Græce editum in Notis ad librum viii *Antiquitatum Constantinopol.* quod inscribitur: *Ἐκθεσις τοῦ Τόμου τῆς πίστεως κατὰ τοῦ Βέκκου, Expositio Tomi de fide contra Beccum*. Nostro demum prostat sine titulo in apographo codicis Lugduno-Balavensis, num. 9.

Ut ut intactum relinquere Tomum suum voluerit patriarcha, apologetica tamen scripta edidit non paucas. Adversum *Marci monachi* opus, et errata, quæ ipsi effugebantur, scripsit *Confessionem*, itemque *Apologiam pro Tomo*, ac etiam *Epistolam ad imperatorem Andronicum*; quæ Græce editæ exstant apud Bandurium loco citato. Post abdicationem patriarchatus a Gregorio factam, quam insequenti capite enarrabimus, irrito conatu Tomi ab eo confecti correctio tentata est. Hanc in rem cætus plures coactos, refert Pachymeres, capite 11, sed *continuis dierum multorum altercationibus, in nulum concordis de istius scripti correctione sententiæ desinentibus finem, tandem convenisse omnes, ut omnino tolleretur enarratio loci Damasceni: præstabilius ducentes in expositum relinqui 105 testimonium illud, quam eo exponendo adduci in periculum*, Ipse vero Gregorius sua in *Apologia*, novam quorundam inæccelatus est interpretationem, qui in eo Damasceni dicto, *Manifestantis Spiritus per Verbum productor Pater*, verba illa τὸν Λόγον, δι' Υἱοῦ, per Verbum per Filium ita accipiebant, ac si perinde foret, ac τὸν πῶ Λόγω, cum Verbo, μετὰ τοῦ Υἱοῦ, cum Filio, ἀπὸ τῷ Υἱῷ, una cum Filio. Nimirum præter Becci expositionem, quæ Latinorum degna offert, alia sincerior nulla occurrebat. Hæc eadem diligenter adnotata consule apud Bandurium, qui se a Michaelæ Lequieno edoctum fuisse, candide fatetur.

V. Diligentiore cura insignis locus ille Damasceni illustrandus est, quem Becco opposuisse adversarios, adnotantem Pachymerem audivimus, num. 1. Legitur vero libro 1 *De fide orthodoxa*, capite 8, in fine: « *Scire operæ pretium est, nos Patrem ex aliquo esse non dicere, sed ipsum Filii patrem appellamus. Filium item nec causam, nec Patrem dicimus, verum potius, eum ex Patre esse, ac Patris Filium esse. Denique Spiritum sanctum ex Patre esse, et Patris Spiritum nominamus: at vero eum ex Filio esse non dicimus, Filii tamen Spiritum vocitamus... Quin et eum nobis per Filium manifestum esse, et imperitari profiteamur... Perinde ut ex sole quidem est cum radius, tum splendor; ipse enim fons est radii, et splendoris: per radium autem nobis splendor communicatur.* » Eodem exemplo veteres Patres, ac Joannem Beccum, aliosque in catholice dogmate socios, usos

esse, ut Spiritum sanctum substantialiter a hypostatica a Patre per Filium, vel a Patre Filioque procedere ostenderent, jam frequentius adnotatum. Sed illud etiam exemplum adhibuisse Græcos adversantes, dubium nullum: ipsumque eorum nomine sanctus Thomas opponit quæst. 10 *De potentia*, art. 4, num. 22: *Filius est radius Patris; Spiritus autem sanctus est splendor. Splendor autem non est a radio: ergo nec Spiritus sanctus a Filio.* Solutionem accipe ad 22: *Dicendum, quod splendor est a radio; cum nihil aliud sit, quam reverberatio radii ad corpus clarum.* Itaque splendor non solum a radio habet, quod nobis communicetur: sed a radio habet id quoque, quod est. Quoniam vero radii virtus, qua splendor efficitur, a sole provenit: ideo et splendor, et radius a sole, tanquam a principe ac primaria causa, proficisci dicuntur. Ratione pari si res divinas modulo nostro metiri liceat, Spiritus sanctus, tametsi a Filio procedat spirante ipsum, peculiari tamen ratione procedere dicitur a Patre, quia a Patre virtutem habet Filius, qua spirat Spiritum sanctum. Hinc ratione duplici catholico 106 dici sensu potest, Spiritum sanctum non esse ex Filio: ac primo non esse ex illo, tanquam a causa, quam habet a se virtutem spirandi: deinde non esse ex illo, tanquam a causa, aut concursa, distincta a Patre. Itaque Spiritus sanctus non solum *temporali missione* a Filio et per Filium manifestatur, donaturque nobis: verum etiam *æterna, ac substantiali emissionem, aut processione* a Patre est Filioque, aut a Patre per Filium.

Cur vero Damascenus unam Filii efficientiam proferat in temporali sancti Spiritus missione, unam *per Filium memorans manifestationem* ejusdem ac donorum concessionem? Imo cum *Spiritum Filii proprium* appellat, satis indicat æternam originem ejus ex Filio quoad exstantiam. Cum vero expressiorem ejusdem Spiritus nobis per Filium manifestati mentionem ingerit, *procuratoricam* ac *primordiale* illam virtutem spectabat, quæ in operibus ad extra peculiari modo tribui Filio solet. Hac de re ipse Damascenus agit ibidem capite 12 in edit. Lequieni sub titulo *De divinis nominibus*. Ad eum: *Ne multa dicam, non est alia Patri ratio, sapientia, potentia, voluntas præter Filium, qui sola est Patris potentia, ἡ προκαταρκτική, τῆς τῶν πάντων ποιήσεως, rerum omnium creationis primordialis virtus.* Qua in illa comparatione ad res creatas, dicitur Spiritus sanctus ibidem, *omnium creationis consummator, τελειουργόν.* Pater vero, *bonitatis totius fons, et occulti in se boni scaturigo.* Hujusmodi personarum appellationes, dum ad res creatas ipsæ comparantur, alias afferi, ac modo quodam diverso sanctus Basilius in libro *De Spiritu sancto*, capite 16, num. 38: *In horum autem creatione, inquit, cogita προκαταρκτικήν, primarium causam, Patrem: θεμιουργικήν, conditricem, Filium; τελειωτικήν, perfectricem, Spiritum sanctum.*

A Sed eadem etiam voce, τῆς ἀρχῆς προκαταρκτικῆς, Beccus ubique Græci usi sunt, facta Patris comparatione ad Spiritum sanctum: ut id significarent unum, Patrem esse originem ac fontem, a quo esse omne profluit tam increatum, quam creatum: ac Filium habere a Patre, ut spiret Spiritum sanctum.

B Mentem suam perspicue Damascenus declarat loco citato: *Pater mens est, rationis abyssus, Verbi genitor, ac per Verbum προῦλεός ἐκφαντορικόσ Ἰνσῦρατος, manifestantis Spiritus productor.* Filius est *perfecta persona ex perfecta persona, quomodo ipse nonit, diciturque Filius.* Ac postremo Spiritus sanctus, *Patris potentia et divinitatis recondita declarans, ἐκφαντορικῆ τοῦ κρυφίου τῆς θεότητος δόναμις, ex Patre per Filium procedens ἐκ Πατρὸς μὲν δι' Υἱοῦ ἐκπερνούμενη. . . quo fit etiam, ut Spiritus sanctus omnium creationis consummator 107 existat.* Animadvertite: 1. In his agi verbis, quæ exscripsimus, de mutuo personarum respectu *ad intra.* 2. Adeoque consequens esse, substantialiter ac hypostaticam Spiritus sancti productionem illis exprimi verbis, *Pater per Verbum Spiritus productor, ac illis etiam, ex Patre per Filium procedens.* 3. Verbis illis, ἐκφαντορικόσ Spiritus, seu ἐκφαντορικῆς virtutis aut potentia, manifestationem nobis factam, donorumque concessionem non significari: sed utique exstantiam Spiritus sancti, qui siculi procedit a Patre per Filium, ita latentem divinitatem Patris, quam ab ipso per Filium accipit, manifestat, exprimit, enuntiat, representat. 4. Ex hac demum substantiali ad intra manifestatione aliam sequi in temporali Missionem factam: unde ex eo, quod sanctus Spiritus potentia sit a Patre per Filium procedens, latentis divinitatis ejus enuntiativa, colligit Damascenus, ipsum ad extra esse omnium creationis consummatorem.

C Mentem hanc suam alia patofaciunt, quæ subjunguntur verba: *Pater fons est, et auctor tum Filii, tum Spiritus sancti: solius tamen Filii pater, et Spiritus sancti προῦλεός, productor. Filius autem est Filius patris, et ex Patre. Spiritus sanctus est Spiritus Patris, ut qui ex Patre procedat. . . Quin Filii quoque Spiritus dicitur, non velut ex ipso, οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, sed per ipsum e. e. Patre procedens, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπερνούμενον.* Solus enim Pater ἀπτός, causa et auctor. Solus nempe Pater causa illa est, ex qua esse omne profluit tam increatum, quam creatum. Hanc juxta notionem non procedit *veluti ex Filio* Spiritus sanctus, cum a Patre habeat ipse, ut Spiritum sanctum spiret, sed *ex Patre procedit per Filium*, quia Filio virtutem, quam Pater habet, ipse Pater communicat, ac Filius per hanc communicationem non est sancti Spiritus causa distincta a Patre, sed una causa cum Patre.

Insignem locum istum Damasceni, veluti spurium, rejecit Gorgius Moschamper chartophylax

in colloquio de quo egimus capite 7, num. III (3). Sincerum illum, ac germanum probabat magnus logotheta Muzalo auctoritate Andronici Camaleri, qui integrum suæ inserueral Hophothecæ. Cur vero abjudicari a sancto Damasceno veluti parente debeat, cum parem eandemque doctrinam habeat in aliis dubio procul genuinis operibus? In Dialogo contra Manichæos, num. 5, sic habet: *Pater semper Verbum suum ex se genitum, καὶ διὰ τοῦ λόγου αὐτοῦ ἐξ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ ἐκπορεύμενον, et per Verbum suum Spiritum suum ex se procedentem habuit.* Insipiens esto, qui neget his expressam verbis æternam, ac substantialem, et hypostaticam sancti Spiritus per Filium processionem ex Patre. In Epistola ad Jordanem archimandritam de hymno Trisagio, 108 num. 28, ait: *Ex Patre siquidem per Filium et Verbum procedens, non tamen filiationis modo.* Hujusmodi opus non erat exceptione, si hæc *per Filium processio* ad missionem temporalem donorumque largitionem referenda esset.

Difficilior videtur ejusdem Damasceni locus ille, qui habetur homilia in Sabbatum sanctum, num. 4: *Spiritus sanctus Dei, et Patris, tanquam ex ipso procedens: qui et Filii dicitur, ut qui per eum manifestetur, et creatis rebus impertitur, ἀλλ' οὐκ ἐξ αὐτοῦ ἔχων τὴν ὑπάρξιν, non tamen ex ipso existentiam habens.* Similem jam expendimus sententiam ejus, ex octavo capite primi libri *De fide orthodoxa*, depromptam. Ac primo quidem ad Filium peculiari quadam ratione temporalem sancti Spiritus missionem refert Damascenus, ut *virtutem proclareticam* in eadem missione Filio competentem declaret. Negat ille deinde, Spiritum sanctum *ex Filio existentiam habere*: at ea plura loca subintelligenda sunt, quibus ipsum aperitissime docet *ex Patre procedere per Filium*. Negat vero, *Spiritum ex Filio existentiam habere*, quia Filius non est causa a Patre distincta; et quia Filius habet a Patre, ut Spiritum sanctum spiraret. Additur postrema ratio ex errore Apollinari Arianorumque desumpta, qui Spiritus sancti productionem in Filium præsertim refundebant: dicebantque ipsum *Filio minorem*, utpote ex Filio procreatum, sicuti et Filium minorem Patre, utpote natum ex ipso. Ab hac impietate caventes Græci mediæ præsertim ætatis doctores, ita negabant *ex Filio Spiritum existere*, ut illum tamen *per Filium procedere a Patre* constantissime docerent. Genuinum hunc sensum esse, evincit ejusdem Damasceni *Expositio fidei*, quam ex Arabico versam Michael Lequienus sua exhibet in editione. Hæc habentur, num. 2: *Pater absque principio est: et Filius est ex Patre per filiationem: et Spiritus sanctus est ex Patre per Filium, non per filiationem, sed per processionem.* Aptissimum exemplum est, quod additur: *Verbum gignitur ab intellectu: sed etiam ab intellectu critur Spiritus, qui manifestatur per Verbum, quod emanat ex abscondita scaturigine sua, splen-*

*dorem suam naturalem explicans.* Ex Patre oritur Spiritus: sed hocce in ejus orlu locum habet manifestatio ejusdem per Verbum. Sancti Spiritus ortus Patri attribuitur, qui totius Deitatis abscondita scaturigo est. Manifestatio ejusdem, eademque *naturalis* instar *splendoris*, Filio tribuitur, quia ex Patre natura divina per Filium communicatur Spiritui sancto.

Theologiam suam tradere Damascenus pergit ibidem: *Filius ad Patrem refertur, atque ex Patre est, quia natus est ex Patre: et Spiritus sanctus ad Patrem refertur, atque est ex Patre, quia est ex illo, non filiationis more, sed processionis. Itemque sanctus Spiritus est Filii, sed non est ex Filio. Est tamen ad Filium, quia emanat per illum, et ex illo: ac non est ex Filio, quia Pater una est causa tum Filii, tum Spiritus sancti.* Hæc postrema verba sensum declarant totius sententiæ. Pater una est causa tum Filii, tum Spiritus sancti: ea ratione quod in Patre, veluti in fonte, qui non est ex alio, virtus reperitur spirativa Spiritus sancti. Hæc utique una et eadem Filio etiam inest: sed a Patre communicata. Hinc Spiritus sanctus suam habet *exstantiam* ex Patre, tanquam ex fonte: quo eam modo non habet ex Filio. At quoniam in Filio spirativa virtus inest a Patre communicata: ideo *per Filium, et ex Filio* Spiritus sanctus *emanare* dicitur, non dicitur *esse*; tametsi illa emanatio sit *ad exstantiam*. Quo etiam sensu non inepte dici potest, splendorem, aut fluvium non esse ex radio, aut rivo, sed esse splendorem ex sole et fluvium ex fonte: ac nihilominus splendorem emanare per radium, et etiam ex radio: et fluvium emanare per rivum, et etiam ex rivo; solis ac fontis virtute radio ac rivo communicata. Hæc offert ibidem Damascenus exempla, quorum discrimen maximum a Spiritus sancti emanatione sumitur a principio activo, quod unum ex Patre communicatur Filio: diversum est in sole et radio, in fonte et rivo. Rem hanc igitur ab humano capta longissime alienam, verbis utique diversis, una tamen sententia, exposuerunt Ecclesie Patres.

VI. Primum Damasceni testimonium, quod hactenus pro virili illustravius, inter Græcorum objectiones offert sanctus Thomas in Sententiarum Commentario, in Questionibus disputatis, et prima parte Summæ Theologicæ. Loco prioris, scilicet in 1, dist. xi, quæst. 1, art. 1, hac utitur solutione ad 3: « Dicendum, quod Damascenus in hac parte non creditur: quia dicitur fuisse tempore illo, quo incepit controversia super hac questione inter Græcos et Latinos. Tamen non negat quia *sit ex Filio*, sed dicit se non concedere *quod sit a Filio*, quia adhuc apud eos in dubio vertebatur. » Ante sæculi septimi exitum natus fertur Damascenus, vitamque suam ultra annum Christi 754 agebat: quo tempore Spiritus sancti proces-



sionem a Patre Filioque a Latinis assertam inveniebant insequerenturque Ieonomachi.

Alia est Thomæ solutio, quæst. 10, *De potentia*, art. 4, ad. 24 : « Dicendum quod positio Nestorianorum fuit, quod Spiritus sanctus non sit a Filio. Unde in quodam Symbolo Nestorianorum condemnato in prima Ephesina synodo dicitur sic : Spiritum sanctum ¶ 110 neque Filium putamus, neque per Filium essentiam accepisse. Propter quod Cyrillus contra Nestorium in Epistola prædicta (Synodica ad Nestorium, a Thoma memorata ad 13), posuit Spiritum sanctum esse a Filio. Theodoretus vero in quadam Epistola ad Joannem Antiochenum sic dicit : Spiritus sanctus non est ex Filio, aut per Filium habens substantiam : sed procedens quidem a Patre, Spiritus vero Filii, eo quod et ei consubstantialis sit nominatus. Hæc autem verba Theodoratus prædictus imponit Cyrillo, tanquam ab eo dicta sint in epistola, quam ad Joannem Antiochenum scripsit ; licet in illa epistola hoc non legatur, sed dicitur sic : Spiritus Dei patris procedit quidem ex ipso : est autem et a Filio, non alienus secundum unius essentiæ rationem. Hanc autem Theodoretici sententiam secutus est postmodum Damascenus, quamvis dogmata ejusdem Theodoretici sint in quinta synodo condemnata. Unde in hoc non est standum sententiæ Damasceni. »

Denique I part., quæst. 36, art. 2, ad 3 : « Dicendum, quod Spiritum sanctum non procedere a Filio, primo fuit a Nestorianis introductum, ut patet in quodam symbolo Nestorianorum damnato in Ephesina synodo. Et hunc errorem secutus fuit Theodoretus Nestorianus, et plures post ipsum, inter quos fuit Damascenus : unde in hoc ejus sententiæ non est standum. Quamvis a quibusdam dicatur : quod Damascenus sicut non confitetur Spiritum sanctum non esse a Filio, ita etiam non negat ex vi illorum verborum. »

Minus æquus in Damascenum videtur Aquinas. Animadverto, vitam Aquinati eo tempore ducenti, quo pleraque sanctorum Patrum scripta adhuc latebant, nec videre, nec diligentius expendere Damasceni testimonia licuisse, quibus emanare Spiritus sanctus dicitur per Filium et ex Filio : ac Pater productor ejus per Filium, ipsumque D semper habere se apud se, per Filium ex se procedentem. Tam luculentæ sententiæ nuspium in Operibus Thomæ memoratæ inveniuntur : eoque Opusculi contra errores Græcorum in capite, ubi recensentur Patres qui Spiritum sanctum dixere a Patre procedere per Filium, afferuntur Cyrillus Alexandrinus, Basilus et Gregorius Nysseus, Damasceno prætermissis. Haud mirum fuerit ergo, ejusdem Damasceni doctrinam, quæ aliis quibusdam in locis minus accurate tradi videtur, suspectam fuisse Aquinati. Pro eo tamen, quo pollebat ipse ingenii acumine, vidit, admonuit-

A que : vi verborum, quibus usus est Damascenus, minime sancti Spiritus denegari processionem etiam a Filio.

¶ 111 VII. Cætera, quæ locis allatis ait ille, illustranda sunt. Adnotat, posuisse Nestorianos, quod Spiritus sanctus non sit a Filio : id legi in quodam Nestorianorum symbolo : ac istud in Ephesina synodo condemnatum esse. Nestorianorum, quod memoratur, Symbolum protulit Ephesinis Patribus Charisius presbyter, et Philadelphie œconomus in Lydia : legiturque actione 6 Ephesinæ synodi œcumenicæ anno 431 celebratæ, sub titulo *Exempli expositionis Symboli depravati*. Hæc ibi habentur verba : Sed (Spiritum sanctum) nec Filium putamus neque per Filium suam subsistentiam, ὑπαρξίν habentem. Tribui Symbolum istud Nestorio, tanquam auctori, ab aliquibus assolet : verius Theodoro Mopsuesteno ab aliis ; quod attamen Nestoriani aut instruendis in fide, aut ad fidem revertentibus tradebant. Contra Symbolum in Ephesina œcumenica synodo latum his verbis decretum est, quod actione citata prostat : « Simili etiam modo qui inventi fuerint vel episcopi, vel clerici, vel laici sive docere ea quæ continentur in oblata Expositione a Charisio presbytero *De Unigeniti Filii Dei Incarnatione*, sive scelerata et perversa Nestorii dogmata, quæ et subnexa sunt, subjaceant sententiæ sanctæ hujus et universalis synodi. » etc. Hocce decreto damnatos Aquinas intellexit, qui negarent per Filium suam habere subsistentiam Spiritum sanctum. Idem consent Bellarminus, Leo C Allatus, Garnerius, Petavius.

Atqui decreti verba damnatos indicant errores de Unigeniti Filii Dei Incarnatione, non alios. Et etiam tempore vigeant commenta Eunomii et Apollinarii : quorum iste gradus in Trinitate statuens Filium minorem Patre utpote ex isto natum effutiebatur, et Spiritum sanctum minorem Filio, utpote ex isto aut per istum procreatum, ut inquebat : ac ille Spiritum auferbat a Patre, uniceque tribuebat Unigenito, tum ipsum, cum Filium rejiciens inter creaturas, teste Basilio libro II *Contra Eunomium*, num. 34. Hinc vero de propositione illa, Spiritum sanctum habere per Filium subsistentiam negante, silent Ephesini Patres : qui probe noverant, Symbolo inseri potuisse ad sensum rejiciendum Eunomii et Apollinarii.

Constantinopolitani Patres, qui errorem impium anno 381 damnaverant, salios habere Spiritum sanctum definire ex Patre procedentem : adeoque verum Deum docere, quemadmodum docuerant Nicæni Patres, Filium esse verum Deum ac Patri consubstantialem, utpote natum genitumque ex Patre. Non solum ex Patre procedentem, ut Spiritum sanctum ostenderent verum Deum, sed etiam ex Filio ac per Filium, aut expressa locutione, aut verbis ¶ 112 æquipollentibus, Ecclesiæ Patres data occasione, catholico sensu longe diverso ab Eunomiano et Apollinaristico, docebant : idque



*Dominum non in incerto reliquisse*, profitebatur Hilarius, lib. viii *De Trinitate*, num. 20. Anathematismo nono inter alios, quos ex concilio Alexandrino, anno 430, ad Joannem miserat Cyrillus Alexandrinus. Spiritum sanctum docebat proprium Filii esse. Carpit hæc verba Theodoretus in Reprehensione duodecim Cyrilli anathematum, seu in Epistola ad Joannem Antiochenum episcopum: « *Proprium autem Filii Spiritum*, inquit, si quidem ut *ejusdem cum eo naturæ et ex Patre procedentem* dixit, simul confitebimur, et tanquam *piam suscipimus vocem*. Si vero tanquam *ex Filio*, aut *per Filium* existentiam habeat, hoc ut blasphemum et impium rejiciemus. » Erasse Theodoretum, adolat sanctus Thomas, ac viri docti consentiunt quos laudavimus.

Theodoretum arbitrantur alii, pro æstu quo laborabat Cyrillum carpendi, Cyrilli dictis imposuisse Eunomianum ut Apollinarianum sensum. Neque solum verba anathematismi vellicabat, verum etiam ejusdem anathematismi explanationem, in synodo Ephesina pronuntiatam: *Etsi unigenitum Dei Verbum*, inquit, *homo factum est, mansit tamen Deus, omnia præter solam paternitatem cum Patre communia habens: Spiritumque sanctum, qui ex ipso est, ipsique essentialiter inest, proprium habens*. Hæc in ea docebat explanatione Cyrillus contra Orientalium objecta: quibus hæreticum sensum affingebat Theodoretus nimium subitatus. Rem ita esse, ex ipso Theodoro addiscimus in Epistola ad monasteria « *Blasphemus* (inquirente), et sanctum Spiritum *non ex Patre ipsum procedere* dicens secundum Domini vocem: *sed ex Filio esse*. Iste vero *Apollinarii* sominum fructus est: propinquat vero *Macedonii* (et Eunonii) malignæ culturæ. » *Eunomianum* ergo et *Apollinarianum* sensum Cyrillo imponebat Theodoretus: ipsumque hoc titulo refutabat, ac si sanctum Spiritum *ex Filio esse* docuisset, *non etiam ex Patre*. Iniquam cenentur verba allata elidunt, quibus idem Spiritus *omnia dicitur præter solam paternitatem cum Patre communia habere*: ac innumera sunt in ejusdem Cyrilli operibus testimonia de Spiritu sancto a Patre procedente.

Intra limites istos non stetit Theodoretum, sed Spiritus processionem *ex Filio*, sive *per Filium* omnino negasse, viri docti colligere sibi videntur ex eodem in Epistola ad monasteria testimonio, quod ita in aliquibus codicibus scriptum legitur: *Blasphemus et in Spiritum sanctum, dum non ex Patre solo illum asserit procedere*. Sed ista caret exclusione, solo, eadem epistola a 113 Garnerio vulgata in Auctario ad librum Epistolarum Theodoretæ, et ejusdem fragmentum epistolæ in synodo v œcumenica collatione 5.

Contra fidem ipsius Theodoretæ opponi etiam verba solent, quæ habentur in Expositione Epistolæ ad Romanos, cap. 8, num. 11: *Docuit nos in his verbis unam divinitatis naturam: sanctum*

*enim Spiritum et Dei appellavit, et Christi*. Non quod, ut volent hæretici execrundi, ex Deo per Filium creatus sit: sed quia est ejusdem cum Patre et Filio substantiæ: ex Patre quidem procedit juxta evangelicam doctrinam, ejus autem gratia iis qui digni sunt per Christum suppeditatur. Quo loco minus accurate dissonantem fatemur Theodoretum pro temporis conditione, quo de Spiritus processione non agebatur: eoque præcipue mentem suam direxisse plane constat, ut Spiritum sanctum negaret a Filio factum, aut per Filium habere existentiam juxta execrandam hæresim Eunonii, Macedonii, Apollinariæ, Spiritum sanctum creaturam creaturæ, hoc est ab ipso Filio creatum volentium, ut ait Augustinus, libro *De hæresibus*, in *Arianis*.

Alia demum Theodoretæ afforuntur verba in Expositione primæ ad Corinthios Epistolæ, capite ii. § 12: *Dei nomen in nomen Patris commutat ad excludendam processionem a Filio: sed ipse, qui a Patre procedit, Spiritus occulta mysteria nos docuit*. Hæc non habentur verba in editione Garnerii, ubi sio legimus: *Ostendit Spiritum sanctum non esse rerum creatarum partem: sed suum habere a Deo substantiam... Sed ipse, qui a Patre procedit, etc.* Theodoretum ergo aperte Spiritus processionem ab utroque negasse, nondum constat.

Hunc denique redarguit Aquinas, ac si verba quadam Cyrillo affinxerit, veluti ab ipso scripta, cum alia scripserit longe diversa. In Epistola ad Joannem Antiochenum Theodoretus ait, se perlegisse *Ægyptiacas litteras*, a Cyrillo datas: in eisque dictum inveniri, *Spiritum sanctum non ex Filio, aut per Filium existantiam habere; sed a Patre procedere, propriumque Filii dici, quia consubstantialis est*. His ejusdem Cyrilli in Epistola ad Joannem per Paulum Emessæ episcopum missa, paria non sunt, quæ verba leguntur: *Non enim Patres ipsi locuti sunt* (inquit ille), *sed ipse Spiritus Dei, et Patris. Qui procedit quidem ex ipso: nec ob id tamen secundum essentiæ rationem alienus est a Filio*. Fatebatur Cyrillus, procedere Spiritum a Patre: discrete non expressit processionem ejus a Filio: sed ipsum tamen profitetur *non alienum a Filio*. Hæc ita referebat Theodoretus, ac si Cyrillus, ut iniret denique pacem, 114 negaret processionem Spiritus *ex Filio* aut *per Filium*: quod intellige juxta delirium, quod ipsi affinxerat, ab Eunomio, et Macedonio, et Apollinario excogitatum. Hanc inter eos unam agitatam fuisse controversiam, non aliam, verisimillimum est. Quo nihilominus hæretico sensu, quem voces *per Filium* objicere menti poterant non obstante, neque obstante facta Cyrillo reprehensione per Theodoretum, Spiritum sanctum confiteri Græci maxime Patres perreperunt, *ex Patre procedere per Filium*: quemadmodum etiam Latini *ex Patre ipsum, et ex Filio procedentem* docebant. Vocem *per* adhibere Græci, ut spirativæ virtutis unitas, quæ Patri inest

a se, et Filio communicata a Patre, adeoque unitas principii aut causæ, maxime innotesceret. In usu præpositionis *ex* Latini steterunt, pro certo habentes : quod sicut *Pater et Filius unus est Deus, et ad creaturam relative unus creator, et unus Dominus,* (ut ait Augustinus, libro v *De Trinitate*, cap. 14.) *sic relative ad Spiritum sanctum unum principium : ad creaturam vero Pater, et Filius) et Spiritus unum principium, sicut unus Creator, et unus Dominus.*

VIII. Operæ dispendium non fuerit, catholicam integram doctrinam, quod tribulam in partes hactenus explanavimus, compendio simul collectam postremo loco exhibere. In lucro fuerit, si summam hanc objectis iis accommodemus quibus victoriam altera sæculi noni parte contra Latinos nimia præsentia sibi Photius pollicebatur. Id vero cum egerit luculentissime Joannes Beccus in oratione de unione Ecclesiarum, a num. 36, ejus verba refutationesque satius fuerit exscribere. Id (1) opponit ille in epistola 2, in editione Richardi Montaculii : *Si simplex Spiritus est, ex Patre vero et Filio procedit; omnino hi una persona reputabuntur, indeque constructio Sabelliana, aut potius Semi-Sabelliana introducitur.* « Scimus communi sententia nostræ Ecclesiæ, (reponit Beccus), dici Spiritum ex Patre et Filio *procedi, profundi, provenire* : et illius simplicitatem conservari, nullamque inde Patris et Filii contractionem insinuari. Aparta hæc est demonstratio, quod tibi absurdum videtur non sequi, si *ex Patre et Filio Romani procedere* tradant. » *Pater, et Filius, tametsi duæ personæ, una potiuntur virtute spirandi* : unde unum sunt Spiritus sancti simplicissimi principium. Quo etiam modo *Pater, et Filius, et Spiritus sanctus unum sunt* cujusque effectus ad extra principium ob unitatem virtutis et potentie.

(2) *Si ex Patre, et Filio procedit Spiritus sanctus : duplex omnino erit, et compositus.* « Quid hic ais, mi homo?... Eliamsi 115 ille ex Patre, et Filio existat naturaliter, et essentialiter, et in hypostasi, propriam tamen simplicitatem non amittit. » Est enim essentialiter simplex : ac præterea ex duabus personis, quæ non nisi unum principium sunt, simplex ejus hypostasis procedit.

(3) *Si ad duo principia refertur Spiritus sanctus : ubi erit tantumdem decantatus unus principatus?* « At ubi Italus deprehenditur, duo asserens in beata Triade principia? Id non ostendens, palam innotescis odio et non veritate ratiocinans et concludens. » Quid utique inconsideratius, cum palam Latini Patres profiteantur, *a Patre esse, et sua omnia habere Filium* : et hoc ipsum a Patre accipere, ut ab eo perinde ac a Patre, procedat Spiritus sanctus. Tum *primum principium, tum primam causam, tum Monarcham* non esset *Pater* apud Latinos, si ab illo non procederet Filius ; si ab illo non procederet Spiritus sanctus, sed a Filio

A solo ; si ab illo non acciperet Filius, ut ab illo quoque procederet Spiritus sanctus.

(4) *Si producit Spiritum Pater, producit vero illum et Filius ; erit Pater et contiguus productor Spiritus, et longinquus propter illius ex Filio productionem.* « An in aliis quoque, quæ tua Ecclesia palam confitetur? Nam si contiguas et longinquas productiones contingit, quia Latinus dicit, Spiritum ex Patre et Filio produci : jam tibi commodum fuerit, et contiguas, et longinquas *profusiones, emissiones, et suppeditationes* comminisci, quod ista omnia ex Patre et Filio asserantur. » In processione Spiritus sancti ab utroque, nulla est virtualis mediatio, sed suppositorum.

(5) *Si ex Patre processio Spiritus sancti perfecta est : supervacanea igitur ex Filio.* « Quid respondebis interrogantibus, si ex Patre Spiritus sancti *suppeditatio* perfecta est ; supervacanea igitur erit ex Filio. Verumtatem et perfectam esse ex Patre Spiritus sancti *suppeditationem*, et nihilominus non supervacaneam ex Filio, propter perfectionem quam ex Patre habet, indubitatum est. » Perfecta est, et perfectissima processio Spiritus sancti a Patre : sed usque adeo inde non abjudicanda est et processio ejusdem a Filio, ut inde potius confirmetur. Nam ex Scripturis, et ex Græcis Patribus, omnia Patris communia Filio sunt, præter privilegium ingeniti, et generandi Filii. At processio Spiritus sancti et ab ingenito differt, et a Filii generatione. Filio ergo communis esse debuit. Annon esset perfecta creatio orbis, quæ a Patre solo proficisceretur? Necur ergo tribuitur et Filio, et Spiritui sancto? Nempe communis tribus divinis hypostasibus sunt omnia præter paternitatem, et filiationem qua a Patre est Filius, et processionem 116 qua Spiritus sanctus a Patre est, et a Filio ; qui communia omnia cum Patre habet præter paternitatem.

(6) *Si producit quidem et Filius, Spiritus vero productione viduatur ; tenuioris esset facultatis, quam Filius.* « Sed neque Spiritus mittit, ac effundit aut seipsum, aut alium Spiritum, quemadmodum Spiritum mittere ac effundere dicitur Filius. Erat ergo ille propterea tenuioris facultatis, ac Filius? » Uno verbo, tota divina fecunditas ad intra quodammodo in Spiritu sancto expletur. Missionem vero a Becco memoratam intellige proprie dictam.

(7) *Si eandem Spiritus productionem habet Filius, atque Pater ; communis horum fuerit productionis proprietas. Et quomodo commune erit proprietas?* « Ego porro dico : quamvis ratione maxime absurdum tibi videtur, esse aliquod commune Patri et Filio, proprie in ipsis solis consideratum, quod non sit commune Spiritui? Est etenim commune Patri et Filio, quod Spiritui commune non est. Et quod non unius, sed duarum personarum hoc est commune dicitur et est : quod vero proprie in illis consideratur, et illius particeps Spiritus non est, dicitur eorum proprietas, ut eo dis-

tinguatur Spiritus ab illis... Nyssenus in Orationem Dominicam manifeste id ustruet... *κοινὸν δὲ ὄντος τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ Πνεύματι, cum commune sit Filio, et Spiritui sancto non esse absque ortu, rursus est facie differentiam, quæ ἐν τοῖς ἰδιώματι, in eorum proprietatibus est, reperire.* Adverte animum ad hoc theologi Patris testimonium, et considera : quomodo proprietatem duarum tantum personarum vocavit, ex causa eas esse, et quomodo representavit, commune esse iisdem duabus personis, absque ortu non esse ?

(8) *Si ex una causa Pater Filius et Spiritus sanctus emanarunt : producit aulem rursus Filius Spiritum, producit et Spiritus Filium. Pares enim dignitate utrosque eduxit Pater.* « At manifestum est, non pares dignitate tantum produci Filium, et Spiritum ex Patre : sed et pares dignitate effundi, pares dignitate provenire, pares quoque dignitate emicare. Et ex Filio quidem effundi, qui pari dignitate ex Patre effunditur Spiritus ; et ex Filio effulgere, qui pari dignitate cum eo ex Patre effulget, Ecclesia fatetur : neque tamen admittit, effundi, provenire et effulgere et ex Spiritu Filium, quod eadem dignitate ambo ex Patre sint. » Quid præterea Photio infestius ? Ideo enim non potest esse Filius a Spiritu sancto, quia Spiritus sanctus a Filio est : uti a Filio ideo non potest esse Pater, quia Filius a Patre est. Si autem ex adverso Spiritus sanctus non procederet a Filio, quid **117** prohiberet, ne a Spiritu sancto gigneretur Filius ? Omnia enim Patris communia sunt Spiritui sancto præter vim illam ipsam, qua Spiritus sanctus a Patre procedit.

(9) *Si communis est Patri et Filio sancti Spiritus productio, utique illius quoque Spiritus sanctus particeps erit. Omnia siquidem, quæ sunt communia Patris et Filii, eadem etiam referuntur ad Spiritum sanctum. Hinc erit ille causa simul, et effectus.* » Propositio hæc : *Omnia, quæ sunt communia Patris et Filii, erunt etiam communia cum Spiritu sancto,* nullius est eorum Patrum, qui res theologicas nostræ Ecclesiæ tradiderunt... Qui attentius divinas Scripturas enucleant, agnoscunt quædam insita communia Patri et Filio, communia et Spiritui : bona duntaxat quæ naturaliter illis insunt, ut *justitia, bonitas, sapientia,* et similia. Agnoscunt etiam alia, quæ naturaliter insunt Patri et Filio, et non insunt Spiritui : non quod Spiritus non sit ejusdem naturæ, atque Pater, et Filius : sed quod naturales Patris ut Patris, et Filii ut Filii proprietates, non sint communes Spiritui... Itaque Spiritum una simul haberi a Patre et a Filio, naturale est bonum Patris et Filii, sed ut proprietates eorumdem naturalis. Non ideo ergo, quia communicat Filius cum Patre, quod ex utrisque Spiritus sit, communicabit cum eisdem Spiritus, ut et ipse sit ex se ipso. » Rursum ideo *esse Deum, Regem, et Creatorem,* quæ Photius adducit, communia sunt tribus personis, quod rela-

tiva non sint, sed absoluta. At spirari, et spirare, spiratorem esse et Spiritum seu spiratum, relativa sunt, non absoluta.

(10) *Egreditur a Filio Spiritus. Hoc unde fando factum accepisti ? A quibusnam Evangelistis hunc vocem habes ? Cujusnam synodi blasphemum hoc verbum ?* Hæc etiam furor peritus Photius aiebat. Latinos solos impetere se simulabat : at iisdem argumentis lacescebat et Græcos omnes, quorum adduximus testimonia. Affirmant illi sane, Spiritum sanctum a Filio accipere, a Filio mitti, a Filio exire, a Filio dari. Hæc non idem esse inquit illi, ac a Filio procedere. Atqui lotum hoc est a Filio procedere, ut ait Thomassinus, *De sanctissima Trinitate,* capite 31, num. 9. Ut enim Filius nascendo a Patre ita Spiritus a Patre et Filio procedendo accipit, mittitur, exit, datur. Nec enim postea, sed statim nascendo, vel procedendo, accipit quidquid accipit, et habet quidquid habet, Filius, et Spiritus sanctus, a fonte suæ originis. Frustra est ergo Photius, ubi rogat quibus ab Evangelistis habeamus, quod Spiritus procedat a Filio. Ab illis enim id habemus, a quibus habemus **118** quod ab ipso Christo de Spiritu sancto dictum est : *Ille de meo accipiet.* Non accipit enim, nisi procedendo : ut Filius a Patre non accipit, nisi nascendo. Unde et Pater solus a nullo quidquam accipit, quia a nullo est : a nullo mittitur, quia a nullo nascitur, a nullo procedit. Joannes Beccus, in oratione citata num. 57 Epiphaniæ testimonium affert, verba illa Evangelii, *Ille de meo accipiet,* eodem modo interpretantis in *Ancorato* : *Si vero Christus ex Patre creditur, Deus ex Deo, et Spiritus ex Christo ἐκ τοῦ Χριστοῦ, aut ex utrisque ἢ παρ' ἀπορρέπων, ut Christus dicit, qui a pulvere [procedit], et hic ex meo accipiet καὶ οὗτος ἐκ τοῦ Υἱοῦ λάψεται (seu) ex Filio accipiet.* Cætera demum Scripturarum et Patrum verba mitti Spiritum a Filio, dari, effundi, suppeditari, ad sola dona creata coartari, et ad ipsam non extendi sancti Spiritus personam, absurdum est ac insanum. Vide caput 6, num. IV (12).

(11) Pergit denique Photius in hunc modum : *Quidnam Spiritui, quæso, accedat ab illa de Filio processione : cum processio paterna ad essentiam sufficiat ?* Quid, si rogemus Photium (Thomassini verba sunt) ; quid accedat creaturæ a creatione per Filium, et Spiritum sanctum, cum creatio per Patrem abunde esset ? An dicet, omnia divinis hypostasibus esse communia præter relationes, quibus aliæ ab illis distinguuntur ? Reponemus et nos, omnia ex Scripturis et sanctis Patribus esse Patri, Filioque communia præter paternitatem et filiationem, qua Pater a Filio distinguitur : quia nemo sibi Pater, nemo sibi Filius esse potest. Exinde perspicue colligitur, vim producendi Spiritus sancti esse Patri Filioque communem ; cum ea nihil spectet ad paternitatem et filiationem. Hæc ille. Eadem vero, quæ præcipua Photii argumenta

vanissima refutavimus, in ejus etiam epistola leguntur ad archiepiscopum Aquileiensem, Latine edita apud Baronium, ad annum 883, num. 5, et apud Combesium Latine et Græce in *Auctario novissimo*.

### 119 CAPUT IX.

*Gregorius Cyprius patriarcha secedit in monasterium. De abdicanda dignitate pertractat, dummodo testimonium de sua orthodoxia accipiat. Hac de re epistola ab ipso scripta, nunc primum Græce et Latine edita: ejusdemque Notæ chronice, Pollicitatio, a Georgio Moschampare facta datis litteris, quæ nunc primum Latine prodeunt. Sedem Cyprius patriarchalem dimittit, scripto libello abdicacionis, quem multiplici ex capite reprehendit Pachymeres. Athanasius monachus e monte Gano eligitur: mortem obiit Gregorius.*

I. Gregorius Cyprius patriarcha, cum id emendare suo in Tomo recusaret, quod palam errasse deprehensus fesset; ac sua pertinacia labem inureret Ecclesie, multorum subiit indignationem. Quin imo his de causis (verbis utor Pachymeris, libro II, in Andronico, capite V), refrigerabat ardens prius imperatoris in eum affectus. Hujus etiam suam inductus Alexandrinus patriarcha, auctor fuit Gregorio patriarchalis dignitatis ultro abdicandæ. Datum consilium ægre tulit: at fractus animo, rebusque suis diffidens, (ut narrare pergit historicus, capite 6) quadam die Dominica, homilia ad populum perorata, multos insurrexisse adversum sese conquestus est: indicavitque, se velle cedere. Audiverat, Arsenios jactare, pacem ipsos amplecturos, Gregorius e medio si amoveretur: unde e re sua censuit, tantisper secedere, animo duntaxat explorandi, quid sint acturi, Denuntiavitque palam, nisi promissis illi steterint, et Ecclesiam turbare desierint, rediturum se, et quidem iratum, et ultorem.

#### *Georgii Cyprii epistola ad amicum.*

Τῶν φίλων τινί. Δέσποτα τιμιώτατε, ἐπειδὴ ἀσφαλῶς γινῶμαι ζητεῖς, ὡς ἔχει γνώμη; περὶ τὸ πατριαρχεῖον ἢ μετρούτης ἡμῶν, τοῦτο βεβαίως ἔσο εἰδῶς: ὅτι καὶ τὴν ἀρχὴν οὐκ ἄλλως ἐδεξάμην πατριαρχεῖας γενέσθαι, ὅτι μὴ ἐπ' ἐλπίδι τοῦ εἰρηνεύειν τὸν τοῦ Θεοῦ λαόν, καὶ τὰ μακρὰ καὶ ποικίλα τῆς Ἐκκλησίας σκάνδαλα παύσασθαι. Καὶ ὅτι ὡς γέγονα, ἐπὶ τούτῳ καὶ μόνῳ τὴν πᾶσαν ἑαυτοῦ εἰσῆγον σπουδῆν. Ὡς δὲ προϊόντας τοῦ χρόνου οὐδὲν πλέον εἰς εἰρήνην καὶ τὸν ἀρχῆθεν σκοπὸν ἑώρων γινόμενον, διανοησάμεν ἐκστῆναι τοῦ θρόνου, καὶ ἄλλῳ τοῦτον παραχωρῆσαι, ἵνα μὴ ἐμὲ πρόφρασι ἔχη ἢ τῆς Ἐκκλησίας, ἢ πέρ τινος ἔλεγον, ταραχῆ, καὶ τὰ Χριστοῦ πρόβατα τῆς Θεῆς ποιμένης ἀποσκίρτην. Ὅθεν καὶ ὡσπερ προσομιᾶζόμενος, καὶ ἀρῆσθῶνα ὡς ἀπὸ τῆς τελείας ἐμῆς ὑποχωρήσεως τὰ τέως διδοῦς, τῶν πατριαρχικῶν κατέχειν, εἰς τὴν τῶν Ὁδηγῶν μονὴν κατεσχένωσα, τὴν τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν ἀλλῶν ἀδελφῶν σκάνδαλιζομένων συνάθροισιν ἐκδεχόμενος, ἵν' ὡς εὐπρεπέστατα καὶ εἰρηνικώτατα, καὶ ὡς φίλον Θεῶ, τῇ δι' εἰρήνην ἑαυτοῦ προθέσει, ἐκείνων συναελθόντων, ἐπιθήσω τὸ πέρας. Ἄλλ' ἐν τοσοῦτῳ ἀνέστησαν οἵτινες, καὶ ἀνέστησαν θρασέως καὶ ἀμαθῶς κατὰ τῆς ἐμῆς εὐ-

A In Hodegorum monasterium secessit: neque tamen functionibus cunctis patriarchalis dignitatis, ut lidem videbatur dedisse, abstinebat. Quin et convenientibus ad eum partibus ejus antistitibus, et clericis, synodi celebrabantur, et judicia exercebantur: adeo ut paulatim totam Cyprius Ecclesie administracionem reciperet. Constantinopolim adventaverat Cyrillus ex Tyri episcopatu ad Antiochenam patriarchalem sedem evectus. In eodem Hodegorum monasterio diversorium hospiti præsuli assignatum est: ex quo recedens Gregorius in hospitium sancti Pauli in Latro transmigravit. De loco agit Ducangius in *Constantinopoli Christiana*, libro IV, sect. 5, num. 22.

B II. Hocce in loco totus incumberebat (Pachymeres teste cap. 7). 120 in scriptitandas confutationes acusationum, quæ Tomo a se edito intentabantur. Hæc nos ejus opera recensuimus cap. 8, num. 4. Inter hæc scrupulo urgebatur imperator, an sacra quæ, adjuncta Gregorii patriarchæ publica commemoratione, celebrarentur, sibi ad sanctificationem prodesse. Hinc nomen ejus in Synaxibus silentio pressum est. Hæc habet Pachymeres capite 6, pergit que narrare capite insequenti: petisse Gregorium, dari sibi ab antistitibus et Augusto testimonium, omni auctoritatis firmitate ad fidem plenam munitum, quo illi profiterentur plane se comperisse, Gregorium patriarcham haud unquam in dogmate orthodoxo titubasse: eoque accepto, se vicissim daturum rite conscriptam throni cessionem.

C III. Pachymerianæ Historiæ apprime consonat ejusdem Cyprii epistola ad amicum data, quæ nunc primum ex nostro apographo codicis Lugduno-Batavensis in lucem prodit, Græce ac Latine.

D Quidam amicorum. Domine honorabilissime, quandoquidem certo cognoscere quæris, quænam sit nostræ mediocritatis circa patriarchatum sententia, id certo scias: quod etiam ab initio ut patriarcha sereni, non aliter admiserim, nisi spe adductus pacem afferendi populo Dei, et longis variisque Ecclesie scandalis finem imponendi. Et quidem ut factus sum, ita in hoc solo omnem adhibui diligentiam. Ut autem progressu temporis nihil ad pacem, et ad scopum ab initio propositum me proficere viderem; cogitavi throno cedere, ipsumque alii permittere, ne me Ecclesie turbatio, ut aiebant nonnulli, causam haberet, et oves Christi ab ovili divino recederent. Quapropter initium veluti faciens, ac pignus perfectæ cessionis jam dans, de patriarchalibus aedibus descendendo, in Hodegorum monasterio habitationem posui, antistitum et aliorum 121 fratrum, qui scandalum passi sunt, congregationem expectans, ut quam decentissime, et pacatissime, et sicuti Deo gratum est, huic meæ propter pacem intentioni, convenientibus illis, manuum ultimam imponam. Sed interim insurrexerunt quidam, et insurrexerunt audacter et imperite contra meam pieta-



tem moventes linguam : indeque ne mendaces, et vani sermones eorum mea secessione veluti confirmarentur (quandoquidem multis videbar quasi convictus, et propria conscientia reprehensus, throno cedere), me ipsum a dielo inhibui proposito, ac rursus principatum veluti de novo assumpsi. Neque certe litigiose, mea veluti pœnitentia ductus, tantam sublimitatem, et gloriæ magnitudinem non dimitto : sed veluti pro meæ stans pietatis nomine, cujus subjectum opus tam purum in me, gratia Christi, et incorruptum servatur, quam in oculatis etiam testibus, ac discipulis Jesu Christi Dei et Salvatoris nostri. Attamen hodieque rursus pro pace, et multorum salute, si eos qui contra meam orthodoxiam garrunt injustissima, pœniteret de hisce mendacibus accusationibus, et hæc tuæ pietati scribere, et fateri voluerint : nihil ultra requiritur, Verus est sermo, et mendacium non est in eo. Nihil, inquam, ultra requiritur, ut ego ascendam statim ad templum Dei maximum, et populum pro concione convocatum, Deo commendem, atque facultatem faciam **122** alium vocandi ad thronum, in eoque constituendi ; qui cum auxilio Dei pacificos illos erga Dei Ecclesiam faciat, et invicem concordet. Sic igitur intentio nostra est, id rursus faciendi ; si qui falso nos accusaverunt homines postulationem nostram, quæ justissima est, simulque facillima, adimplere prius voluerunt. Aliter impossibile est permittere, ut alii Ecclesiæ præsent. Maxime enim, et modis omnibus enitar, ac prohibebo, ne quispiam, me invito, thronum occupare audeat.

δὸν στήτομαι, καὶ διακωλύσω, εἴ τις ἄκοντος ἐμοῦ τοῦ

Mense Maio, indictione secunda, anni 6799, patriarcha dominus Gregorius.

Græca verba illa, εἴς τε τὴν τῶν Ὁδηγῶν μονήν, cum anonymus ille interpres, cujus Latina translatio cum Græco textu Venetius transmissa fuit Lugduno Batavorum, venterit, ut in apographo nostro legimus, *habitationem ducum viæ*, celeberrimum Constantinopolitanum ignorasse videtur ipse *Hodegorum monasterium* Deiparæ sacrum : illa dictum, ex eo quod imperatores Græci, expeditionem suscepturi in hostes, eandem prius deprecari Deiparam consuescerent, ut esset illis *viæ comes*, vel potius *ductrix*. Ducangium consule in *Constantinopoli Christiana*, lib. iv, sect. 2, num. 24. Hinc sacra illa ædes dicebatur etiam, *Deiparæ Hodegetræ*.

Annus 6799 est annus Christi 1291. Litteræ illæ vβ', vocem in ms. mutilam exhibent, quam scripta fuisse videtur, ἰνδ. β', vel ἰνδικτιῶν. β', hoc est Ἰνδικτιῶνος β', *indictionis secundæ*. Hæc vero *secunda* indictio non convenit anno Constantinopolitano 6799, qui divisus per 15 reddit *indictionem quartam*, qua etiam insignitus procedebat annus vulgaris Christi 1291. Annum ergo in codice expressum 6799 ita corrige, ςψλζ', 6797, Christi 1289,

Α σεβείας γλωτταν κινῶντες, Ἐνθεν τοι καὶ ὡς ἂν μὴ οἱ ψευδοὶς αὐτῶν καὶ μάταιοι λόγοι τῇ ἐμῇ βεβαιωθῶσιν ὑποχωρήσει, ἢ γὰρ ἂν ἔδοξε τοῖς πολλοῖς ὡς ἀλισκόμενος, καὶ ὑπὸ τοῦ συνειδήτος ἐλεγχόμενος, καὶ ὑπὸ τοῦ συνειδήτος ἐλεγχόμενος, τοῦ θρόνου ἐξιτάμενος, ἐπέσχον ἐμαυτὸν τῆς εἰρημένης προθέσεως, καὶ τῆς ἀρχῆς αὐθις ὡς ἐκ νέου ἀντελαθῆμην. Οὐ μὲν οὖν ἐριστικῶς, οὐδ' ὡς μετὰμελὸν λαθῶν, μὴ τοσοῦτον ὕψος καὶ δόξης μεγαλείον ἀποβαλοῦμαι· ἀλλ' ὡς ἰστάμενος ὑπὲρ τοῦ τῆς ἐμαυτοῦ εὐσεβείας ἠνόματος, οὐ τὸ ὑποκείμενον πράγμα οὕτως ἀκραιφνῆς ἐν ἐμοί, τῇ Χριστοῦ χάριτι, καὶ ἀνόθωτον σώζεται, ὅσον καὶ ἐν τοῖς ἀντόπταις καὶ μαθηταῖς Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν. Πλὴν καὶ σήμερον αὐθις εἰρήνης ἐνικεν, καὶ τῆς τῶν πολλῶν σωτηρίας, ἐὰν οἱ τῆς ἐμῆς ὀρθοδόξιας ἀδικιώτατα κατειπόντες, μετὰμελοι ἐπὶ ταύταις γένοντο ταῖς ψευδέσι κατηγορίαις, καὶ τὰ αὐτὰ τῇ σῇ εὐσεβείᾳ γράψαι καὶ ἀνομολογήσαι θελήσωσι, οὐδὲν λείπεται (ἀληθῆς δὲ ὁ λόγος, καὶ ψεῦδος οὐδὲν ἐν αὐτῷ), οὐδὲν λείπεται, μὴ ἀνιέναι αὐτίκα εἰς τὸν μέγιστον τοῦ Θεοῦ ναὸν, καὶ τὸν λαὸν ἐκκλησιασάντα τῷ Κυρίῳ παρπιθέναι, καὶ ἄλλον εἰπεῖν εἰς τὸν θρόνον προσκαλεῖσθαι, καὶ ἀναβιβάζειν, ὅς σὺν ἐπικουρίᾳ Θεοῦ εἰρηνικῶς αὐτοὺς εἶναι πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν ποιήσει, καὶ πρὸς ἀλλήλους συμβαίνοντες, οὕτω τῶν ἐχομεν γινώμεις καὶ αὐθις πράττειν, ἐὰν οἱ ψευδῆ κατηγορηκότες ἡμῶν ἄνδρες τοῦμὸν αἴτημα, ὅπερ καὶ δικαιοτάτον ἅμα καὶ βῆστον ἔστιν, ἐκπληροῦν ἐθελήσωσι πρότερον. Ἄλλως δὲ παραχωρήσαι τῆς Ἐκκλησίας ἄρχειν ἑτέροις ἀδύνατον. Μάλιστα μὲν οὖν καὶ πᾶσι τρόποις ἐμπού

Ορόνου ἐπιπηδῶν ἐθελήσειεν...

Μηνὶ Μαίῳ... vβ', ἐν ἔτει ςψλζ', πατριάρχης κῆρος Γρηγόριος.

cui *secunda* convenit *indictio*. Jam collige, labente *Maiō* ejusdem *anni* 1289 sedem adhuc patriarchalem tenuisse Gregorium.

IV. Disceptabatur, num quod patriarcha postulabat, scribendum foret testimonium de ejus orthodoxia. Canonicam judicium de **122** causa, et fide Gregorii ab Augusto liberis synodi suffragiis primo permissum, tum suspensum denegatumque, refert Pachymeres capite 7. Ejus ergo postulatio in deliberationem vocata. *Ephesinus* et *Cyzicenus* antistites non sustinebant (Historici verba sunt capite 8), *declarari eum orthodoxum : quod id nihil minus esse dicerent, quam confirmare in patriarchali throno, quem dejectum inde omnes vellent. (Quis enim non videret, simul purgata esset pravæ doctrinæ labes, quæ sola allegareur ratio depositionis ejus ; perstiburum illum quam optimo jure in dudum accepta potestate ? Favebat pars altera : Quid enim mali esset (inquirebat), consolari Gregorium, dando illi quod petebat, testimonium ; cum satis constaret, non tam ex ejus Tomo scandalum multorum ortum, quam ex scripto Murci monachi. Hæc fuerat opinio episcopi Philadelphiensis Theo-*



lepti, qui offensionem omnem ex solo Marci monachi libro protexere maluit, quam ipsum Gregorium novæ reum hærescos in tomo traditæ cum Joanne Becco agere, ac fateri. Vide caput 8, num. 4.

Theolepti opinio, ac factio prævaluit. Ad Gregorium mox epistola data, qua Diploma promittitur, quod ipse postulaverat, dummodo firmam reddat de abdicando patriarchatu cautionem. In codice

*Moschamperis epistola.*

Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὅτι οὐδέποτε κακὴν ὑπόληψιν εἶχομεν περὶ τοῦ δεσπότου ἡμῶν τοῦ πατριάρχου κυροῦ Γρηγορίου, ὡς ἔστι βλάσφημος, καθάπερ τοῦτ᾽ εἶπες τῶν ἀμυγμάτων ὑπέλαβον. Ἄλλ' ὀρθοδοξότατον τοῦτον γινώσκομεν, καὶ εὐσεβέστατον. Μόνον δεόμεθα, τὸν πατριαρχικὸν παραιτήσασθαι θρόνον διὰ τῶν ἀνθρώπων εἰρήνην. Καὶ ἐπιδή-  
 παρ' ἡμῶν ζητεῖ τὴν τῆς εὐσεβείας αὐτοῦ ἀνακήρυξιν ἐγγράφον γενέσθαι, καὶ αὐτίκα καταναθεῖ τὸν θρόνον παραιτήσασθαι, ζητοῦμεν καὶ ἡμεῖς τινα ἀσφάλειαν πρῶτον (πρότερον) γενέσθαι παρ' αὐτοῦ. Καὶ εἰ τοῦτο γένοιτο, αὐτίκα καὶ ἡμεῖς πάντες ἔτοιμοι ἐν ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως, παρόρησιά τε καὶ ἰδίᾳ, τοῦτον ὡσπερ καὶ τὸν ἅπαντα χρόνον ἦν, εὐσεβέστατον κηρύττειν καὶ ὀρθοδοξότατον, ἔπιτιμᾶν δὲ καὶ τοῖς ἀφρόνως καὶ ἀμαθῶς κατ' αὐτοῦ λέγουσι.

Compellatus ergo Gregorius a missis ab imperatore ad hoc ipsum de promisso abdicacionis dando (verba sunt Pachymeris capite 8), ille ad id scripto concipiendum haud promptus, omni verborum asseveratione, coram Deo confirmavit: non prius ipsos edituros scriptum, quo sibi decus incorruptæ in dogmate fidei assererent, quam ipse vicissim rite conscriptum abdicacionis patriarchatus libellum daret. Coactus apud Magnum palatium coactus, præsentibus imperatore, præsentibus universo senatu, clero insuper et monachis præsentibus. Aderat ipse Gregorius. Tum vero Theoleptus nomine omnium declaravit: Quem viderent coram adesse patriarcham, eum plane inculpatum circa fidem, et orthodoxum esse: quidquid autem circa eum offensionis existisset publicæ, secularæque ex hac ab illo secessionis, totum esse imputandum Commentario Marci, qui procellarum ea occasione concilatarum unica origo, et causa primaria fuisset. Quem Commenturium cum jam palam ipse patriarcha rejecisset, nullam restare de recta ejus fide inoffensaque doctrina dubitandi rationem: quare illum omnes pro recte sentiente, planeque orthodoxo se habere et profiteri. Ita scilicet iis illudebat Theoleptus, qui illud volebant.

V. Gratias Augusto, et universo cæli Gregorius egit. Abiit, scripsitque abdicacionis libellum, qui nostro in codice Lugduno-Batavensi asservatur. Offert illum Græce Pachymeres, capite 9, cujus Latina versio a Possino adornata, hæc est: « Me in thronum patriarchalem, et in hanc excelsam

Vindobonensi inscribitur: Ἀνακήρυξις τῆς εὐσεβείας αὐτοῦ παρὰ τῶν ὑποσχομένων αὐτῷ. In nostro apographo codicis Lugduno-Batavensis legimus: τοῦ Μοσχάμπερ, *Moschamperis*. Epistola nempe est, quam ad patriarcham transmisit Georgius Moschampar, exchartophylax. Græce vulgavit eam ad Pachymerianam Historiam supplendam Lambecius et Oudinus: Latinam nos addimus versionem.

Benedictus Deus noster, quoniam malam nunquam de domino nostro patriarcha domino Gregorio suspicionem habuimus; ac si esset blasphemus quemadmodum quidam ex non initiatis opinati sunt. Ipsum agnoscentis maximo orthodoxum, et piissimum. Solummodo exoramus, ut patriarchalem thronum dimittat propter omnium pacem. Et quoniam a vobis quaerit de sua pietate scriptum fieri præconium, ac statim annuit thronum dimittere: nos etiam quaerimus, securam prius ab eo dari cautionem aliquam. Quod si factum fuerit, statim nos etiam omnes parati erimus in Christi nomine, scripto et non scripto, publice et private, ipsum sicut omni tempore erat, piissimum celebrare, et maxime orthodoxum: eosque punire, qui imprudenter et imperite contra ipsum loquuntur.

principalis sacerdotii dignitatem, non mea ipsius promoverunt studia, nec meorum suffragationes amicorum: sed conscendi, ut Deus solus novit. Postquam autem est hoc factum, atque ἔτος ἕκτον ἤδη καὶ πρὸς, annum jam sextum et quod excurrit, in hoc sum sacro ministerio versatus; omnia eo mea facta dictaque reluli, ut scandalum passos, et ab Ecclesia divulsos ad pacem reducerem, ipsique unirem. Sed studium hoc meum in contrariam, ac ego volueram, partem acceptum est: ita ut aliqui clamarent, nunquam successuram istam optatam pacem, nisi ego patriarchatu relicto e medio abirem. Non sustinui hæere in loco, sic commissam infestis factionibus cernens Ecclesiam: sed optabilius id duceas, malui fœderatos Ecclesiæ et invicem videre illos, qui prius offensi dissidebant, quam perstare in possessione, gaudereque honore tam illustris principatus. Itaque ad assequendam horum ipsorum in Deo pacem, et animabus nocentium cessationem scandalorum, cessionem facio throni, et principatus patriarchalis, dignitatisque, non tamen sacerdotii. Nam hoc, miserante me Deo, servabo mihi per quantum superest vitæ spatium. Quoniam propter solam multorum pacem et horum reconciliationem cum Ecclesia, facio talem cessionem: nec mihi sum conscius fecisse quidquam, quod me arceat sacerdotio. Quocirca de reliquo licet, cum Dei beneplacito alium eligi patriarcham, qui thronum in hunc patriarchicum, et principatum sacerdotii cvehatur: qui Deo adjuvante, ut rite

juxta canones ordinatus patriarcha, et legitimus sacerdotum princeps, disjunctas Ecclesiæ partes redigere in unum ac coagmentare poterit. Eveniat id utinam, miserationibus magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi exorati, purissimæ Dominæ nostræ Virginis et Dei Matris, ac omnium sanctorum precibus. »

Libellus erat propria patriarchæ manu exaratus: nulla vero firmatus subscriptione ejus. Id primum est, quod ibidem reprehendit Pachymeres. Cum præterea nihil alleget aliud Cyprius, cur cedendum loco putaret, nisi spem conciliandæ isto modo dissidentium pacis (alia reprehensionis capita prodit historicus), relinquebat sibi astute jus ad sedem integrum, si (quod omnino futurum opinabatur), post suum discessum certamina factionum non quievissent. Quilni enim, qui diserte professus esset, culpa privari, legitimum sibi putere ad sedem reditum contenderet? At imperator, et maximo tunc cuncta miscens Theoleptus, abdicationis libellum, qualis erat cumque, pro sufficientissimo acceperit.

Verba illa animadvertenda sunt, ἔτος ἕκτον ἡδὴ καὶ πρὸς, annum jam sextum et quod excurrit. Patriarchalem Gregorium conscendisse thronum anno 1283, mense Martio, initialumque sacra ordinatione eodem anno, dieque undecima Aprilis, Palmarum Dominica adnotavimus capite 7, num. 1. Sextus ergo sedis ejus annus complementum habuit Martio, aut Aprili mense anni 1289. Adhuc 126 supra sextum annum excurrentis tempore, sede sua potiebatur Gregorius; ipsumque mense Maio ejusdem anni 1289 de sua abdicatione tractatum habuisse, certissimos nos reddit ejus epistola, quam num. 3 descripsimus. Itaque aut cadente eodem mense Maio, aut iuvante seu labente Junio potuit abdicationis libellum dedisse Gregorius. Petrus Possinus, libro III chronologico in Observationibus, capite 2, num. 5, calculis suis institutis ait: Abdicationem ejus in annum Christi 1289, post medium Aprilem conferri oportere. Imo mense integro Aprili, ac Maii parte, sedem tenuisse illum patriarchalem, evincit Epistola num. 3 descripta. « Ponamus ergo licet (sequitur Possinus), abdicationem Cyprii, et secessum ejus in monasterium Aristinæ, mense Maio aut Junio anni modo memorati a Christo nato 1289 accidisse. » Id accidere potuisse, inquit ego: neque tamen posteriorum alium mensem certo rejici posse, satis patet, quæ mox dicenda sunt.

VI. Libello abdicationis dato, se abdidit Cyprius in monasteriolum Aristinæ, contiguum monasterio Sancti Andreæ in Crisi, viciniam in talis delictu loci sequens protovestiariæ Naubænæ, in eo Sancti Andreæ monasterio degentis: a qua Gregorius benigne fovebatur, large de suo subministrante quæ illi opus erant. Hæc Pachymeres narrat capite 10.

A De utroque, Sancti Andreæ monasterio, ac vicino monasteriolo Aristinæ, agit Ducangius in Constantinopoli Christiana, libro IV, sect. 5, num. 5, et sectione 7, num. 8. Ad Naubænæ protovestiariam plures in codice nostro exstant a Gregorio Cyprio datæ Epistolæ.

His defunctis curis, semel ac iterum, pluriesque conventus indicibat imperator, in quibus multorum conatus adhibitus est, irrito voto, ad correctionem Tomi a Gregorio editi. Dicta recole capite superiore, num. 4. Factiones in duas Arseniani discissi tumultuabantur: eorumque concordia synodis frequentibus collectis procurabatur: « Instabant illi, ut declaratio licet, Josephum nec verum legitimum fuisse patriarcham, Postulabant præterea, damnari dogma Ecclesiæ, quo sanctus Spiritus ex Patre per Filium procedere affirmatur. » Alia petebant plura, perplexitatem inextricabilem præferentia, summamque difficultatem. Dimissi rejectique sunt. De novi patriarchæ electione agebatur. Tres communibus electi suffragiis, quorum unus cæteris præferretur. Augusto placebat Athanasius, monachus in Monte Canso, qui tunc diversabatur Constantinopoli. Annuil ille vocationemque admisit. Varia sparsa in vulgus, quæ hinc in vituperium de ipso, illinc in laudem dicebantur. Hæc omnia serior expensa. Promotus ille denique 127 ab Andronico in patriarcha, se pedes contulit ad divinum templum die decima quarta Octobris: ac paulo post est ordinatus. Hæc narrat omnia Pachymeres capitibus 11, 12, 13, 14 et 15. In his altercationibus disquisitionibusque Possinus loco citato adnotat, duo tresve menses fluere debuisse. Viri docti animadversionem admittere liceat: quæ tamen id conficitur omnino, Cyprii Gregorii abdicationem non ita cum Maio Mense aut Junio illigari debere, ut ad ipsum Junium desinentem, aut ineuntem Julium referri non queat. Abdicationis mensem definire tamen non licet.

Diutius vivere Cyprio datum non est: Languore namque dierum multorum exhaustus, verbis utor Pachymeris capite 17, et ut quidam viebant, ægritudine animi confectus, quod ex olim tam honorato, tum se hodie contemptum cerneret; paulo post vivere desit. Infirmitatem gravemque sui corporis habitudinem testatur ipse in Vita sua. Vide notam 32.

## CAPUT X.

Errores Græcorum varii de processione Spiritus sancti simul colliguntur: ac primo, Spiritum sanctum per Filium non procedere ex Patre. Aiebant alii, in ejusdem Spiritus processione ex Patre instrumentale ministerium præbere Filium. Præpositioni per, originis ordinem, ac omnem efficientiam quidam denegantes, procedere sanctum Spiritum per Filium, perinde esse affirmabant ac procedere cum Filio: Gabriel Severus refutatur. Efficientiam Gregorius Cyprius præpositioni restituens, eam referebat ad quantum Spiritus sancti æternam exsplendescentiam, a Deitate distinctam,

*Frequentior error est, Spiritum sanctum sumi pro largitione temporali donorum: et hanc esse ex Filio, et per Filium, sicuti a Patre, ac ipso etiam Spiritu sancto. Acta nonnulla in Florentina synodo, ac Decretum unionis.*

I. Dissertationi nostræ, partim historicæ, ac partim dogmaticæ, simul collectis Græcorum commentis de Spiritu sancti processione, ac veluti sub uno representatis intuitu, finem imponimus. Animadversione dignissimum occurrit *Arsenianorum* postulatam illud, quod inter alia refert Pachymeres libro II, sæpe citato in Andronico capite 12: Ἀθετεῖν δὲ καὶ δόγμα τῆς Ἐκκλησίας, 128 τὸ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι *aboleri dogma Ecclesiæ, quo sanctus Spiritus ex Patre procedere per Filium affirmatur.* Adeo scilicet vocem *ex* et *per* æquipollentia vexabantur Græci adversantes, ut processionem Spiritus sancti, ne cogerentur *ex Filio* fateri, etiam *per Filium* audacissime inficiali sunt ipsorum non pauci.

Novum non erat commentum ab *Arsenianis* excogitatum, sed jam dudum ab errantibus eusum. Rem docet Nicephorus Blemmyda in oratione oblata Theodoro Ducæ Lascari, qui Græcorum imperium anno 1255 assumpsit Nicææ in Bithynia. Prostat ea apud Allatum in *Græcia orthodoxa*, tomo I. Hæc habet ille, num. 2: « Καρὸς δὲ τὸ πολὺς, non diu est, ex quo nonnulli ridicule dicam, au misserrime affecti, dum vellent penitus *ex Filio* tollere, una cum eo sustulerunt *per Filium*: et tantorum Patrum documenta, si qua captionis dabatur ansa, perverterunt (ad temporalem largitionem charismatum cedem referentes); sin vero nulla apparebat, tum illa, quæ cum multis aliis non convenirent (aut non convenire ipsis videbantur), rejecerunt. »

Rejiciebant ergo ea Patrum documenta, in quibus ab æterna, ac substantiali, et hypostatica sancti Spiritus processione nullo divelli modo poterant voces *ἐκ Υἱοῦ* per *Filium*. Commentum istud, Becci et Cyprii patriarcharum, Andronici Augusti tempore, instaurarunt *Arseniani*, postulantes ut *Spiritus sancti ex Patre processio per Filium* aboleretur: quam scilicet perspicua Patrum Ecclesiæ Græcæ testimonia firmanant, *Jovannis Damasceni, sancti Maximi martyris, Tarasii patriarchæ Constantinopolitani, Gregorii Nazianzeni, Cyrilli Alexandrini, auctoris refutationis hypocrisis Meletii, et Eusebii Samosatensis.* Patres istos, quamprimum prætermissis aliis, data ex Historia Pachymeris occasione, superioribus in capitibus laudavimus, eorumque sententias exposuimus et vindicavimus.

II. Postulatam *Arsenianorum* referens Pachymeres, illos ait postulasse, ut *Dogma Ecclesiæ* aboleretur. Pro dogmate igitur *Ecclesiæ* habebat sancti Spiritus processionem ita intellectam, ut *ex Patre Procederet ipse per Filium.* At schismaticus

A homo cum esset, non nisi erroneo aliquo sensu dogma illud *Ecclesiæ* intelligebat. Hunc patefacit Joannes Beccus, libro IV, ad Constantinum, n. 3: « Adversarii posse inquit, et *ex Filio, et per Filium* processionem dici, atque existentiam Spiritus sancti); sed eo significato κατὰ τὸ δῆξαι διὰ τοῦ Υἱοῦ, quasi *pertranseat per Filium.* Hujusce enim quoque dictionis formatores sunt, non quod *Filius cum Patre uniat in Causa Spiritus...* sed *Filium a Patre separantes, 129* ne videlicet *Pater, et Filius* reputentur *duæ causæ Spiritus,* quod nullus unquam pietatis sermo admisit; malitiose nimis, et admodum impie hoc, *pertransire,* efformantes, in Arianismum infelices præcipitantur: (ac si) *Filius* per hoc, *pertransire,* existimetur in processione Spiritus, *minister Patris, aut instrumentum servile* (sine vera efficientia).

In hanc quomodo Græci adversantes prolapsi fuerint impietatem, diligentius explanat Beccus in *Testamento.* Interpretatione Possini prætermittam, pressiore magisque litterali utor ea quam ab Allatio adornatam refert Raynaldus ad annum 1285, ac ipse Allatius vulgavit libro II *De perpetua consensione Ecclesiæ Occidentalis et Orientalis capite* 15, num. 8, et tomo I *Græciæ Orthodoxæ*: « Illi quippe, qui a Scripturarum examine augustantur coguntur *per Filium processionem* affirmare Patrum esse sententiam: nec recte in *processionis ὁμωνυμίας, homonymia* ambulantes, a Scripturis arctati, *hypostaticum Patris proprietatem* edicunt (seu declarant) *processionem* (cum talis ea tamen non sit). Itaque *ex solo Patre* inverecunde nimis asserentes, *Spiritum ἔχειν τὴν ὑπαρξίν, existentiam dabere,* omni necessaria demonstrationis vi contra *ipsam processionem* (quam cæteroqui *per Filium* falerentur), redarguuntur: cum idem sit dicere, *existentiam,* quam, ut ipsi aiunt, *ex solo Patre habet Spiritus sanctus, ὁργανικῶς δῆξον διὰ Υἱοῦ instrumentaliter transire per Filium.* Ac etiam redarguuntur) verbis tantum nudis *proprium Filii* constituere Spiritum sanctum, re lumen vera *alienum ab ipso*: cum nulla fuerit ratio, quæ suadere valeat, *proprium esse Filii quod ex ipso non est, aut per ipsum propriam existentiam non habet* (nec enim instrumento tribuitur effectus, sed causæ). Hæc itaque duo absurda ac impia dicta (sunt): *Instrumentuli Patri ministerium Filii in processione Spiritus, Ὀργανικὴ ὑπηρέσια τοῦ Υἱοῦ τῷ Πατρὶ, et Spiritus a Filio alienatio.* » Sunt enim Ariani commenta.

Hunc in errorem impigisse Gregorium Cyprium qui Damasceni textum quomodo eludere conabatur, nullus dubito. Ejus enim verba illa: *Pater est per verbum productor Spiritus enuntiatorii aut manifestantis,* ita exponebat in tomo; ut Patres docuerint *Spiritum per Filium, et ex Filio naturaliter existere; non item per Filium, et ex Filio existentiam habere.* Negabat, Spiritum sanctum

per Filium, et ex Filio *existentiam habere*, quia nullam in Filio vim latebatur activam ad exstantiam Spiritus sancti: sed hunc tamen ex Filio esse et *per Filium* aiebat, quia Filius **130** instrumentale quoddam in ejusdem processione ministerium præbere dicebatur; ac si per ipsum virtus spirativa Patris transiret. Hoc illud *Ecclesie dogma*, imo commentum iniquum, mihi videtur, quod Pachymeres in *processione æterna ac substantiali* sancti Spiritus *per Filium* cum aliis Græcis fortasse tenebat: unde Arsenianis adversum præbet sese, qui, processionem ejus *ex Patre per Filium* abolendam postulaverant. In hac hæresi non stetit Cyprius Gregorius: aliamque excogitavit ab eo, ut quomodo testimonium Damasceni exponeret, suisque fucum faceret, dictum jam est, et adhuc infra dicendum.

Ut vero *homonymia* sit in vocabulo *procedenti*, similibusque, nec eadem notione perpetuo sumantur illa; ubicunque tamen de *Spiritu* dicuntur, quando ad *Filium* idem Spiritus *refertur*, minime significant aliud, quam cum ipse ad *Patrem comparatur*. Etenim pleraque antiquorum Patrum allegavimus testimonia, ac multo plura præsto forent in quibus expressum est, *Spiritum sanctum esse a Filio, et prodire per ipsum*; vel *ab utroque procedere Patre et Filio*; vel *substantialiter ex ambobus esse, id est ex Patre per Filium profundi*. Petavium consule libro vii *De Trinitate*, capite 18 num. 5.

III. Eadem verba, *per Filium*, ad æternam ac substantialem sancti Spiritus referentes processionem, ita nonnullis ea intelligere placuit ac si idem denotarent, atque *simul*, seu *una simul cum Filio*. Errantibus hisce Cyprius ipse Gregorius opposuit sese in *Apologia*, quam recensuimus capite 8, num. 4. interpretationem evincit commentitiam Joannes Beccus libro iv, ad Constantinum num. 4. « Namque si *per Filium* procedere Spiritum sanctum, idem sit ac *simul cum Filio* procedere ipsum a Patre; qua ratione in illius processione Filius partes habet? . . . Quænam artis grammaticæ curiosa indagatio (firmaverit) earum præpositionum transumptionem? Nullum hujusce rei *apud profanos* reperiri poterit exemplum: sed nec apud nos, qui diviniorum philosophiam colimus, ullus est qui loco illius, *cum*, præpositionem *per* accipi tradat; quemadmodum (e contra) *ex* et *per* apud Basilium, Cyrillum, et Gregorium Nyssenum, magnos quidem viros, mutuum unius pro alia acceptionem invenies. Id vero concedatur: (in catholicum dogma nihilominus concedere adversarios oportet), Namquo dictio, *Productor per Verbum*, cujus divinus Damascenus auctor est, causam hac ratione *cum Filio Patrem* comprobat: adeoque comprobaverit *Patris, et Filii unionem in causa Spiritus*. Hinc vero (prædicta **131** non admissa Patris, et Filii unionem in causa Spiritus sancti), absurdum sequeretur omnium

**A** maximum; scilicet *Filium quoque procedere*. Etenim si *cum Filio* procedit Spiritus sanctus, fieri nequit, ut Filius quoque procedens non sit, et dicatur: veluti si quis *Filium generari cum Spiritu* diceret. *Spiritum ipsum generari* et intelligi et dici confirmaret. » Vim præpositionem duarum *dià per*, et *ἐξ* vel *ἐκ* amplissimo declarat Petavius citato libro vii, capite 17. a num. 2.

Ad hunc redigi locum potest Gabrielis Severi Philadelphensis objectio, quæ prætermittenda non est. « Si *per* præpositio (inquit) eandem vim et significantum haberet in divinis personis, quam habet *ex*, diceretur Spiritus sanctus *per Patrem, et ex Filio* procedere: sed hoc nunquam apparuit, neque auditum est, neque a divina Scriptura, neque a sanctis Patribus. Propterea *per*, præpositio in divinis personis non habet eandem significatum, et vires quas habet præposito *ex*; sed magna est earum differentia. » Ex Josepho Briennio desumpta hæc sunt in oratione 10 de Trinitate. Luculentissime objectionem convellit Leo Allatius in *Vindictis Ephesinæ synodi*, capite 64.

Hæc profero pauca. Ac primo præpositionem *per* locum habere in Patre et Filio, ac utriusque vim activam, aut efficientiam significare, cæteris antiquis Patribus brevitatis causa omissis, disertissime docet Cyrillus Alexandrinus, libro 1 in Joannis Evangelium, capite v; ad illa verba, *Omnia per ipsum, di' αὐτοῦ facta sunt*, sic ait: « Quod si existiment illud *di' οὗ* *per quem* de *Filio* dictum, substantiam ejus de æqualitate et naturali similitudine cum Patre dejicere; ita ut *minister* sit potius, quam *creator*: ad se redeant insani, et in medium prodeant nobis responsuri, quidnam de *ipso Patre* tandem cogitaturi simus, et quemnam ipsum suspicaturi; cum pateat verba illa, *per quem*, ipsi etiam (Patri) a Scriptura divina accommodari. *Fidelis enim Deus* (inquit 1 Cor. 1). *di' οὗ, per quem vocati istis in societatem Filii ejus*. Et (ad Ephes. 1.) *di' θελήματος Θεοῦ, per voluntatem ejus*. Et (ad Galat. iv) *Itaque jam non est servus, sed filius; quod si filius, et hæres di' Θεοῦ, per Deum*. Omnia quippe hæc referuntur ad personam Dei ac Patris: neque sano eo dementia quisquam venerit, ut *ministratonis* nomen, et rem etiam de ipsa *Dei et Patris* majestate consentance dici velit; ex eo quod etiam illud, *per quem, di' οὗ*, de ipso dictum est: « *Vides particulam per* (verba sunt Allatii), *Deo patri, et non tantum Filio attributam: neque ideo a naturali dignitate Patrem decidere. Dicit 132 Severus, hæc de operationibus ut extra pronuntiari. Quid tum? Ergone tum Pater unillit, ut si prima et absque principio causa rerum, adeo ut non possit de illo affirmari, ex Deo, et ex Patre? Minime gentium. Nam etiam tum illi non minus convenit præpositio, ex. Illud tantum concluditur, in divinis personis eundem habere significatum, et eandem vim, ambus hæc præpositiones *ex* et *per*.*



Quid? quod de ipsa Cyrillus æterna, ac substantiali agens processione, Spiritum sanctum æque *per Patrem, perque Filium* procedere, nos docet *de recta fide ad reginas*, tomo V, parte II, pag. 172: « Ipsa vivificatio (inquiens), vel exsuscitatio non ad ipsam corporis naturam, licet illud Verbo ex Deo genito proprium exstiterit, sed potius ad supremam illam virtutem, hoc est eam naturam jure merito referenda est, quæ omnem excedit creaturam, sicut in persona Dei Patris, ex quo πρῶτον proflit Filius per omnia illi æqualis, et consubstantialis: Πρῶτον δὲ ἐκ ἀρχῶν, procedit autem per utrosque et vivificus quoque Spiritus. » Perspicue patet, præpositionem *per* accommodatam Patri, eundem habere significatum cum præpositione *ex*: eundemque in loco Cyrilli habere significatum accommodatam Filio.

Cur ergo non dixere Patres *per Patrem ex Filio Spiritum*? Ne scilicet *medius Pater* inter Filium intelligeretur, et Spiritum sanctum: quemadmodum inter Patrem et Spiritum sanctum *medius est Filius*; unde *per ipsum* procedere *ex Patre* dicitur Spiritus sanctus. Insignem recole doctrinam Gregorii Nysseni in Epistola ad Ablavium, capite 5, num. III (5) illustratam: nimirum in Deo *aliud esse causam, et aliud ex causa: et in eo quod ex causa, aliud esse citra medium ex primo, et aliud esse per id quod citra medium ex primo est*. Adde sancti Thomæ sæpius memorata documenta, tradentis: Habito respectu ad principium activum, sive ad virtutem spirandi, *immediate Spiritum sanctum esse a Patre et a Filio, vel per utrumque*: habitoque respectu ad supposita duo, *Patris et Filii*, quibus una inest spirandi virtus, *mediationem* locum habere, qua Spiritus sanctus procedere dicitur, non *ex Filio et Patre*, neque *per Patrem a Filio*; sed *a Patre per Filium, vel a patre et a Filio*.

IV. In eo non stetit error Gregorius Cyprius, quo Spiritus sancti *processionem per Filium* ad ejusdem *Filii ministerium* quodammodo instrumentale referebat. Invecta præterea ejusdem sancti Spiritus per Filium *processione, non ad exstantiam, sed ad æternam exsplendescentiam*, sanctorum Patrum, maximeque Joannis 133 Damasceni testimonia interpretabatur, aut potius corrumpebat. Verba ejus ex tomo dedimus capite 8; num. 2. *Si vero, inquentis, a summo theologo Damasceno reperitur dictus Pater διὰ λόγου προβολεὺς, productor per Verbum; haud plane ista locutio significare vult sancti Spiritus εἰς τὸ εἶναι πρῶτον, processionem in exstantiam: sed εἰς αἰδίον ἔκστασιν, in æternam exsplendescentiam*. Hanc scilicet excogitavit *æternam exsplendescentiam*, a Deitate distinctam: eandemque, tametsi foret tribus divinis personis communis, nomine Spiritus sancti appellabat: *Quoniam nihil novi est, (inquiens), neque ab usu Scripturarum alienum, si spiritale donum æquivoce Spiritus sanctus vocetur;*

*et actio aliquando sibi nomen agentis adsciscere videtur, ut solis splendor uul lumen sæpenumero solis.*

Impium istud commentum nil esse aliud, nisi præformata Gregorii Palamæ hæresim, adnotavimus citato capite 8, num. 2 et 3. Hinc novæ hærescos Cyprium reum Joannes Beccus accusabat. Ipse Pachymeres nomine suo aliorumque schismaticorum aiebat, nequaquam se capere quid sibi vellet Cyprius: quærebatque, *monstrari sibi discrimen processionis, ac æternæ exsplendescentiæ*. Notum quippe, comperitumque erat, divinarum personarum emanationes ad exstantiam frequentius appellari a Patribus *exsplendescentius, et effusionibus*; utpote quibus divina natura a Patre in Filium, et a Patre Filioque propagetur in Spiritum sanctum.

V. Joannis Becci videlicet disputationibus nimium pressus exagitatusque Gregorius Cyprius, novas cuiebat hæreses, alienam a confessione catholici dogmatis mentem gerens pertinacissime. Sed ante hæc certamina communi Græcorum errori adhærebat ille, sancti Spiritus processionem *a Filio, aut per Filium* referens ad missionem temporalem, quam putam puramque donorum aut charismatum largitionem intelligebat. In eo *Antirrhético contra Beccum sermone*, quem a Cyprio scriptum fuisse ante indoptam patriarchatus dignitatem, capite 6. num. 2, adnotavimus, totus est, ut Spiritus processionem a Filio, vel per Filium in ejusdem temporali *manifestatione, ostensione, præbitione, ac missione* constituat; ac Spiritus sancti nomen pro dono effuso, pro gratia donata, pro operatione ad extra, quæ sanctissimæ Trinitati communia sunt, accipiendum suadeat.

Hujusce levitas interpretationis, ac falsitas, et absurditas vel ipsi innotescebat Gregorio Cyprio, qui Becci disputationibus coarctatus, ab ea recessit: novasque hæreses inducere coactus est, vel *ministerii instrumentalis*, quod in æterna processione præstet Filius: *vel æternæ cujusdam exsplendescentiæ, a Divinitate distinctæ, 134* quæ a Filio, sicut a Patre, et a Spiritu sancto, producat. Primos ejusdem interpretationis auctores diximus Monothelitas, qui *Spiritum sanctum ex Patre procedentem* aiebant, *et per Filium micantem, videlicet hominibus*. Paria verba occurrunt in genuina Gregorii Neocæsariensis brevi Expositione fidei: *Unus Spiritus sanctus, ex Deo existentium habens: καὶ διὰ Υἱοῦ πρῶτον, ὁδηγῶν τοῖς ἀνθρώποις, et qui per Filium apparuit, scilicet hominibus*. Falsalum locum pro certo habet Laquienus in dissertatione Damascenica I, num. 48, adjectis vocibus illis, *scilicet hominibus*. Rufinus in sua Eusebii Latina translatione, libro VII, capite 25, integram illam Expositionem refert sine additamento: *et qui per Filium apparuit*. Perinde est, atque *per Filium procedit*, veluti εἰκὼν τοῦ Υἱοῦ, *imago Filii*, ut ibidem ait Thaumaturgus, in qua exsplendescit



Filius; quemadmodum et Filius est imago Patris, quæ Patrem representat. Hinc verissime dictum, Filium per generationem, et Spiritum sanctum per processionem apparere, *essplendescere, effulgere*, salva imaginis ratione in Filio propria, minus propria in Spiritu sancto.

In hoc velusto Monothelitarum errore versabatur Photius. Ipsum Michael Cerularius amplexus est: eique frequentius inhæret schismaticorum factio. Duplicem igitur distinguere Græci solent *sancti Spiritus processionem*, ut Allatius declarat in *Vindiciis Ephesinæ synodi*, capite 47, alteram *sempternam*, et alteram *temporariam, et propter nos, et ad hanc vel illam creaturam*. Inquiunt vero, *secundum primum progressum eum, scilicet quo existentiam Spiritus habet, procedere ipsum ex solo Patre: secundum alterum, communicativum scilicet, non solum ex Patre dici Spiritum sanctum, sed etiam ex ipso Filio*. Et aiunt denique, *hanc communicativam gratiam non tantum communem esse Patris, et Filii, sed ipsius etiam Spiritus: et juxta illam dici tum ex Patre nulli Spiritum sanctum et a Filio, tum ipsum Spiritum sanctum ex se ipso venire*. Patrum testimoniis, quæ bene multa congesimus, repugnat error. Insipientia quoque fuerit, tot Ecclesiæ Patrum, scriptorumque clarissima verba, ac documenta luculentissima quæ Spiritum sanctum *progredi a Filio* enuntiant, figurate tantum ac improprie intelligere omnia: quo tamen sensu accipienda forent, cum revera ac proprie non nisi creata dona et charismata sint, quæ nomine sancti Spiritus præter fas omne insignita, *a Filio progrediantur*, simulque a Patre, ac ipso etiam Spiritu.

In concertationibus, quas cum Hæco et sociis habuere ejus ætatis Græci, testimonium sancti Cyrilli objectum video, veluti sumptum 135 ex ejus oratione de sanctissima Triade: quo Spiritus sanctus *procedere dicitur ex Patre, hoc est ex essentia Patris: non generatione, quemadmodum Filius: sed processione, ut dictum est, ex solo Patre, veluti ab ore; sed qui comparuit per Filium, locutusque est in universis sanctis apostolis, et prophetis: nihilominus, uti dicit, ex essentia Patris et Filii existens, et ejusdem cum Patre et Filio essentia*. Hanc Cyrilli sententiam diligentissime expendit Leo Allatius in *Vindiciis Ephesinæ synodi*, capite 65, Joannes Beccus et Constantinus Melitenota genuinam exstare Cyrilli *Orationem de Trinitate*, nihil hæsitantes indicati sunt: pro quo commentitia allatam pericopam rejecerunt. Hæc sane repugnantibus diebus confecta est. Dicitur nempe Spiritus sanctus *ex essentia Patris*, itemque *ex essentia Filii existens*: quomodo ergo *ex solo Patre procedit*? Verba illa, *ut dictum est, uti dicit*, quidpiam indicant, quod superius dictum, repetat auctor: at nihil hujusmodi in eo loco apparet. Dixerat prius, *procedere Spiritum a Patre*: repetit vero *ex solo Patre, veluti ab ore*; quæ aut scripto-

rem ignarum, aut manum interpolatricem satis produnt. Cujuscunque vero fuerit scriptoris ea oratio, utique verba illa, *ex solo Patre*, causam indicare possunt, quam Græci vocant *πρὸς τὸν πατέρα*; et causam etiam Filium, unam eandemque cum Patre, non excludunt. Sed illa demum quoque verba, *qui per Filium apparuit*, existentiam Spiritus sancti a Filio, vel per Filium sine dubio significant; cum in divinis *apparere, essplendescere, effulgere* perinde sint, ac Filium generari a Patre, et Spiritum sanctum a Patre Filioque procedere.

Insignem addo Aquinatis animadversionem: qua divinae Scripturae silentium expenditur, a Græcis denique objectum. Sic enim ait ille i. p., quæst. 36, art. 2, ad 1: « De Deo dicere non debemus, quod in sacra Scriptura non invenitur, vel *per verba*, vel *per sensum*. Licet autem *per verba* non inveniatur in sacra Scriptura, quod Spiritus procedit a Filio: invenitur tamen quantum *ad sensum*, et præcipue ubi dicit Filius Joan. xvi de Spiritu sancto loquens: *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet*. Regulariter etiam in sacra Scriptura tenendum est, quod id quod *de Patre dicitur*, oportet *de Filio intelligi*, etiamsi *dictio exclusiva* addatur; nisi solum in illis, in quibus Pater et Filius secundum oppositas relationes distinguuntur. Cum enim Dominus Matth. ii dicit: *Nemo novit Filium, nisi Pater*, non excluditur, quin Filius seipsum cognoscat. Sic igitur cum dicitur, quod Spiritus sanctus a Patre procedit, etiamsi adderetur, quod 136 *a solo Patre procedit*: non excluditur inde Filius. Quia quantum ad hoc, quod est esse principium Spiritus sancti, non opponuntur Pater, et Filius: sed solum quantum ad hoc, quod *hic est Pater, et ille Filius*. » Ampliora superius jam dedimus.

VI. Errores varii, quos mediæ ætatis Græci circa sancti Spiritus processionem a Filio, vel per Filium excogitarunt, Græcos etiam ævi sequioris ac recentes traxerunt in partes. Locus est insignis, inter Acta synodi Florentinæ Græco-Latina, sessione 22. Basilii textum ex homilia de baptismo, sive de Spiritu sancto legebat Marcus Ephesius hoc modo: *Non enim accipimus a Spiritu aliqua, ὡς περὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, quemadmodum a Filio Spiritum*. Vocem Πνεῦμα in recto casu accipiendam contendebat Joannes de Monte Nigro, provincie Lombardias præfectus ordinis Prædicatorum, ipsi quoque textum ita Latino vertendum, *quemadmodum a Filio Spiritus*. De genuina Latina versione accuratius agere prætermitto; cum eam homiliam inter opera falso uscripta Basilio novissimus editor Julianus Garnier amandaverit.

Sensum, quo textum intelligebat Ephesius, validiori brachio ut rejiceret idem Joannes, quærebatur: *An Spiritum ipsummet sanctum hominibus communicari assereret, an dona duntaxat ipsius?* Respondit Marcus: *Dona concedi, quæ per subsistentiam non sint, veluti Filius, et Spiritus*: Instabat Joannes: *Num Spiritus iste, qui datur a Filio, creatorne*

sit, an creatura; num etiam dona ejus, et operationes sint creata, an ipse creator Spiritus? Conticuit Ephesius. Tum vero *imperator veritus, ne eius ἄλλο ὄμμα in aliud dogma sermo deliberetur, (scilicet) in quæstionem περὶ κτιστοῦ, καὶ ἀκτιστοῦ, de creato et increato, jussit hanc disputationem omitti.* Verissima Michaelis Lequienî animadversio est in Panoplia contra schisma Græcorum sæculo xiii, cap. 3, num. 12, et cap. 4, num. 20, in eam Græcos etiam recentes aliquos abiisse Cyprii Gregorii, ac postea Gregorii Palamæ absurditatem de *æterna extra Deum exsplendescentia, sive de Lumine quodam sempiterno, a divina essentia distincto: quod Spiritus sancti nomine appellantes, istud utique, non ipsam sancti Spiritus personam, proleisci a Filio, aut per Filium aiebant, æternam ejusdem Spiritus processionem, quam docebant Patres, absurdissimo commento eludentes. Alio steterunt, ac persistunt frequentius in errore Græci, qui temporalia sancti Spiritus dona pariter insigniunt ipsius divini Spiritus nomine, et hanc donorum temporalem largitionem intelligendam, figurate scilicet ac improprie, processionem arbitrantur, a Patribus perpetuo traditam, Spiritus sancti a Filio, sive per Filium. Silentium 137 ergo imposuit Græcus imperator. Cavebat enim, ne novis dissidiis differretur unio, aut impediretur: neve in disputationem Marci Ephesii advocatis, palam fieret, Ephesium, compluresque a suis ad absurda commenta rediisse utriusque Gregorii, Cyprii et Palamæ.*

Definitionem synodus Florentina denique tulit sessione 25, qua inter utramque Ecclesiam, *Occidentalem et Orientalem, concordia statuta est. Catholicum de sancti Spiritus processione dogma his verbis enuntiatur: « Convenientes Latini et Græci in hac sacrosancta œcumenica synodo, magno studio invicem usi sunt, ut inter alia etiam articulus ille de divina Spiritus sancti processione summa cum diligentia et assidua inquisitione discuteretur. Prolatis vero testimoniis ex divinis Scripturis, plurimisque auctoritatibus sanctorum doctorum Orientalium et Occidentalium: aliquibus quidem ex Patre, et Filio: quibusdam vero ex Patre per Filium procedere dicentibus Spiritum. Et*

*A*ud eandem intelligentiam aspicientibus omnibus sub diversis vocabulis: Græci quidem asseruerunt, quod id quod dicunt Spiritum sanctum ex Patre procedere, non hac mente proferunt ut excludant Filium: sed quia eis videbatur, ut aiunt, Latinos asserere Spiritum ex Patre et Filio procedere, tanquam ex duobus principiis, et duabus spirationibus; ideo abstinuerunt a dicendo, quod Spiritus sanctus ex Patre procedat et Filio. Latini vero affirmarunt, non se hac mente dicere, Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere, ut excludant Patrem, quin sit fons ac principium totius deitatis, Filii scilicet ac Spiritus sancti: aut quod id, quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, Filius a Patre non habeat: sive quod duo ponant esse principia, seu duas spirationes: sed unum tantum asserant esse principium, unicamque spirationem Spiritus sancti, prout hactenus asseruerunt. Et cum ex his omnibus unus et idem eliciatur veritatis sensus, tandem in infra-scriptam sanctam, et Deo amabilem, eodem sensu, eademque mente, unionem unanimiter concordarunt, et consenserunt. In nomine igitur sanctæ Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, hoc sacro universali approbante concilio, definimus, ut hæc fidei veritas ab omnibus Christianis credatur et suscipiatur, sicque omnes profiteantur: quod Spiritus sanctus ex Patre et Filio æternaliter est: et essentiam suam, suamque esse subsistentem habet ex Patre simul et Filio; et ex utroque æternaliter tanquam ab uno principio, et unica spiratione procedit. Declarantes quod id, quod sancti doctores et Patres 138 dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit: ut per hoc significetur, Filium quoque esse secundum Græcos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentiæ Spiritus sancti, sicut et Patrem. Et quoniam omnia quæ Patris sunt, Pater ipse unigenito Filio suo gignendo dedit, præter esse Patrem: hoc ipsum, quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, ipse Filius a Patre æternaliter habet, a quo etiam æternaliter genitus est. » Multiplices errores, quibus laborabant Græci, silentio pressi sunt: quod est vero dogma fidei de Spiritus sancti æterna processione, erroribus cunctis adversum, œcumenica synodus definivit.

## DISSERTATIO SECUNDA

## HISTORICA ET DOGMATICA

De additione vocis, *Filioque*, ad Symbolum : deque vano inde sumpto Græcorum scissionis prætextu.

## 139 CAPUT I.

*Joannis Becci patriarchæ Constantinopolitani iudicium de additione vocis, « Filioque, » expenditur contra Georgium Pachymærem. Hujusmodi additamenta vindicantur exemplo Symboli, quod apostolorum dicitur, eratque in usu in Occidentis et Orientis Ecclesiis. Itemque Symboli Constantinopolitani, quod est Nicænum additionibus auctum, ab aliis Ecclesiis usu receptum, non ab aliis.*

I. Florentina synodus œcumenica in decreto unionis, constituto sancti Spiritus ex Patre Filioque processionis dogmata, hanc subjicit definitionem : *Definimus insuper, explicationem verborum illorum, Filioque, veritatis declarandæ causa, et imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter fuisse appositam.* Voce illa, *Filioque*, nullam proprie in Symbolo Constantinopolitanum inveciam fuisse additionem, Florentini Patres docent : ac unam in eadem, quam dicimus additionem, contineri aplissimam verissimamque expositionem articuli, quo credere Spiritum sanctum profitemur *ex Patre procedentem*. Latinos culpæ ob istud additamentum reos agere, sæculo octavo desinente, cœperunt Græci ex leonemachorum secta : ex eoque scissionis prætextum, utique vanissimum, sumpsero schismatici sequiores.

Joannem Beccum, quem strenuum catholici dogmatis vindicem superiori vidimus in dissertatione, veluti prædictæ additionis reprehensorem exhibet Georgius Pachymeres semel ac iterum. Sic enim ait in Michaelis Palæologo, libro v, capite 16 : « Inter hæc Beccus lectis libris observabat multa, quæ conventionem Ecclesiarum multo quam putarat, expeditiorem ostenderent : quippe cum inde constaret, summam demum peccati Latinorum in *additamento* verbi unius ad Symbolum consistere. » Possini hæc versio est. Textus Græcus habet : Ὡς μηδὲν πλέον τολμησάντων τῶν Ἱταλῶν ἕως, ἢ τὸ ἐπὶ τῷ Συμβόλιῳ προσθεῖναι ; *Nihil amplius causas 140 fuisse Latinos, quam ablere ad Symbolum, cognoscens.* Audaciæ crimen incusatur. Graviora sunt, quæ idem Pachymeres habet in Andronico libro 1, capite 9 : « Studebat persuadere (Beccus), solum se voluisse purgare crimen : non illud propriam Latinorum, in quod ipsos additione ad Symbolum prolapsos fatebatur, gravissime peccando contra disciplinam ; non tamen a fide aberrando. » In Græco textu legimus : Ἀλλ' οὖν τῷ D τολμησαι προσθεῖναι τῷ Συμβόλιῳ τὴν λέξιν ἔγγλη-

Α μα κείσθαι τὸ μέγιστον. Ita locutum fuisse Beccum in Disceptationibus, quæ suo tempore cum Græcis adversantibus habitæ sunt, adduci Possinus non potest in Notis, ut facile credat : putatque, aliquam fortasse in æstu disputationis pro dogmate concessionem, ut fieri solet, admissam, plus justo amplificatam referri abs schismatico historico.

Genuinam suis in operibus mentem suam aperit Beccus. In oratione 2, de injusta sui depositione apud Allatum in *Græcia orthodoxa*, tomo II, refert Petri Antiocheni patriarchæ ex ejus epistola ad Michaelis Cerularium, quam integram typis vulgavit Cotelerius, verba illa : *Si in additione Symboli corrigantur Latini, nihil præterea postulaverim.* Ait vero Beccus ibidem, num. 4 : « Ego plane cum (Petrum Antiochenum), quod videbatur in *additione delictum*, facili negotio neglecturum existimo, si vel pusillum pacis spiritum in eo, ad quem litteras dabat (Michaelis Cerularium) contineri prospexisset. » Nimium irato Cerulario indulgens Petrus, corrigendam proponebat Symboli additionem, quam ipse facile neglexisset, teste Becco.

In Apologia sui ipsius veterem, quæ medio circiter sæculo quarto orta est, controversiam memorat *de una, vel tribus in Deo hypostasibus*, ea demum ratione compositam, quod dissidium esset de verbis, non de veritate mysterii. Hocce Beccus exemplo utitur, et ait num. 4 : « Ego quidem opinor non esse pluribus opus ad demonstrandum, nos non male, sed tuto Romanæ Ecclesiæ defensionem suscepisse, in *dictionibus* discrepantium negligentes, et arripientes quæ in sententia est concordiam, propter pacem. » Hæc vero qui aiebat, minime *maximum* in additione, *Filioque*, nosse delictum poterat, quod veluti ab eodem Becco reprehensum narrat Pachymeres. Luculentiora sunt, quæ paulo infra disserit : « Nos etiam cum tutamur *Romanam Ecclesiam*, tantumdem tutamur, ut eos qui a principio ad hæc usque tempora in *fidei Symbolo* recitant, *ex Patre Filium procedere, μεταστῆσαι adducimus ut recitent, ex Patre Filioque procedere . . .* non dictioni, sed sententiæ totum negotium pacis indulgentes. »

141 Hinc sine dubio factum, ut in synodo Lugdunensi œcumenica, anno 1274 celebrata, nullius vinculo criminis propriam constringi censuerint conscientiam Germanus imperatoris Michaelis Palæologilegatus, ac pridem patriarcha Constantinopo-

leos, quive alii cum ipso erant Græci antistites, Symbolum alta voce, semel ac iterum, coram palamque recitantes inter missarum solemniam cum illis vocibus, qui a Patre Filioque procedit. Hujusce additamenti historiam texere, ejusdemque ab omni labe immunitatem demonstrare, vanumque inde sumpsum scissionis prætextum evincere operæ prælium est, chronologica rerum serie diligentissime servata. Laudati Becci sententiam præmitto : « Cælorum interea scio (inquietis oratione 2, de injusta sui depositione num. 6) nonnullos *additionem in Symbolo* culpæ obnoxiam facere ; non quod pietatis puritatem commaculet : sed quod utcumque facta sit, gravem peperit et periculosam offensionem. Et si quis altius curiosiusque res perpendet, *additionem hanc* nunquam offensionis causam originemque fuisse : sed inter alias, atque alias ex tempore varietatum atque eventuum causas offensionum, alio atque alio tempore, et variis rerum cursibus et perturbationibus enatas, *hanc quoque additionem*, veluti simultatis abortum, temere projectam reperiet. » Rem ipsam aggredior.

II. Commune illud occurrit Symbolum, dictum apostolorum, quo uno ante synodum Nicænam utebatur catholica Ecclesia in Occidente et Oriente Intemeratum illud, ut ab initio prodiit, ac nulla tametsi rectam fidem explicante auctum voce, ad sæcula plura servavit Romana Ecclesia. Illud est : *Credo in Deum Patrem omnipotentem. Et in Christum Jesum, unicum Filium ejus, Dominum nostrum. Qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Crucifixus sub Pontio Pilato, et sepultus. Tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit in caelos, sedet ad dexteram, Patris. Inde venturus est judicare vivos, et mortuos. Et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem.* Cum Symbolo Ecclesie Aquileiensis et Orientali communi comparatum a Rufino dabimus infra cum animadversionibus.

Pari formula utebantur aliæ in Italia Ecclesie. *Ravennatensem* profert Petrus Chrysologus in sermonibus quos habuit in Symbolum apostolorum : *Credo in Deum Patrem omnipotentem. Et in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum. Qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Qui sub Pontio Pilato crucifixus est, et sepultus. Tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit in caelos, sedet ad dexteram Patris. Inde venturus est judicare vivos, 142 et mortuos. Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam, et remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam.* Postremas duas voces adjunctas vides. Hæc minutam Ecclesie sue formulam exhibet Maximus *Taurinensis episcopus* Homilia in traditione Symboli ; nempe : *Credo in Deum Patrem omnipotentem. Et in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum. Qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Sub Pontio Pilato crucifixus est, et sepultus. Tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit in caelum, sedet ad*

*A dexteram Patris. Inde venturus judicare vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem.*

Nonnullis aucto additamenti utebatur Symbolo Ecclesia *Aquileiensis*. Posteris illud servavit Rufinus in ejusdem Symboli Expositione. « Credo in Deum Patrem omnipotentem, *invisibilem, et impassibilem*. Et in Christum Jesum, unicum Filium ejus, Dominum nostrum. Qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Crucifixus sub Pontio Pilato, et sepultus, *descendit in inferna*. Tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit in caelos, sedet ad dexteram Patris. Inde venturus est judicare vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum ; sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum ; *hujus carnis resurrectionem.* » Addimenta Aquileiensia tria patent. Rufini animadversiones accipe. Ait primum : *Additur, invisibilem et impassibilem*. Quippe sciendum est, apud nos (et Orientales) *addita esse verba illa, hærescos causa Sabellii : illius profecto, quæ a nostris Patripassiana dicitur ; id est quæ Patrem ipsum vel ex Virgine natum dicit, et visibilem factum, vel passum affirmat in carne. Ut ergo talis excluderetur impietas de Patre, videntur hæc addidisse majores : et invisibilem Patrem, atque impassibilem dixisse*. Alia est doctissimi viri animadversio : *In Ecclesie Romane Symbolo non haberi additum : Descendit ad inferna, sed neque in Orientalis Ecclesie haberi hunc sermonem : vim tamen verbi videri esse in eo, quod sepultus dicitur*. Adnotat demum : *Satis cauta et provida adjectione fidem Symboli ab Ecclesia Aquileiensi doceri ; quæ in eo quod a cæteris trahitur, Carnis resurrectionem, uno addito pronomine trahit : Hujus carnis resurrectionem*. Hisce tribus de additamentis ampliora scripsimus in nostris Aquileiensis Ecclesie, Monumentis, cap. vii, num. 4.

In eadem Symboli Expositione abs Rufino adornata, quæ prostat inter opera sancti Cypriani, a Stephano Baluzio, et uno ex monachis congregationis Sancti Mauri edita, alio diverso verba quædam efferruntur modo : videlicet, *Credo in Deo Patre omnipotentem 143 et in Christo Jesu, unico Filio ejus, Domino nostro : et in Spiritu sancto*. Ad ea verba : *In Deo Patre omnipotente*, nota appingitur : « Sic tres Mss. codices cum (editionibus) Rembolti, Erasmi, et Morelii : et sic in sequentibus articulis, *et in Jesu Christo*, etc. Pamelius his in locis *accusativum* posuit, tum quia sic invenit in Frobeiana, et in aliis duabus vetustis editionibus ; tum quia sic habent tria apud Hieronymum Symbola, et sic ipse Hieronymus in Dialogo adversus Luciferianos, uno loco excepto : sic etiam ubique Augustinus. Verum Pamelii rationes probant illud quidem in plerisque Symbolis dici solere, *Credo in Deum* : at minime probant, sic etiam existisse in Symbolo Ecclesie Aquileiensis. Quin etiam quo usitatior erat *accusativus* in Symbolis, eo minus proba-

bile est librariorum vel incuria, vel de industria *ablative* in hoc Symbolo posuisse. At minime mirum si, cum reperirent *ablative*, novitate offensi, accusativum inseruerint. Quamobrem codices, in quibus legitur, *Credo in Deo*, etc., et *in Christo*, etc., et *in Spiritu sancto*, videntur mihi accuratius consuetudinem Ecclesiæ Aquileiensis retinere, quam qui *accusativum* usurpant. Hæc autem Symboli pronuntiandi ratio non videtur ab hac Ecclesia ascita sine consilio fuisse: sed ut trium personarum divinarum clarior esset distinctio ab articulis sequentibus, *sanctam Ecclesiam*, etc. » Vereor, ne quam invehit diligentissimus adnotator, Symboli pronuntiandi ratio in Ecclesia Aquileiensi unquam vigerit. Clariorem trium personarum divinarum distinctionem ab aliis articulis alio ex capite Rufinus desumit ibidem, num. 36: » *Sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum, hujus carnis resurrectionem*. Non dixit: *In sanctam Ecclesiam, nec in remissionem peccatorum, nec in carnis resurrectionem*. Si enim addidisset *in* præpositionem, una eademque vis fuisset cum superioribus. Nunc autem in illis quidem vocabulis, ubi de divinitate fides ordinatur: *in Deo Patre* dicitur, et *in Jesu Christo Filio ejus*, et *in Spiritu sancto*; in cæteris vero ibi non de divinitate, sed de creaturis ac mysteriis sermo est, *in* præpositio non additur, ut dicatur *in sanctam Ecclesiam*, sed *sanctam Ecclesiam* credendam esse, non ut *in Deum*, sed ut Ecclesiam Deo congregatam: et *remissionem peccatorum* credendam esse, non *in remissionem peccatorum*: et *resurrectionem carnis*, non *in resurrectionem carnis*. Hac itaque præpositionis syllaba Creator a creaturis scernitur, et divina separantur ab humanis.» Hæc potissima Rufini ratio, quam solam affert ipse, locum habet, tametsi *Divinæ personæ*, accusativo usurpato casu, pronuntiantur.

141 Interim additamenta *Aquileiensa* (quod ad rem nostram maxime pertinet) postulavit nemo de crimine. Litem adversum ea moverunt nullam, quæ aliæ Ecclesiæ non eadem amplexabantur: neque ipsa demum Ecclesia Romana, cujus se Aquileiensis profitebatur filiam, rejicienda præscripsit. Cur enim unitas violanda foret, cum una eademque esset fides omnium, etsi eam alii atque alii paucis aut pluribus vocibus offerrent? Erant quippe clariiores duntaxat communis rectæ fidei declarationes; quæ necessariæ alicubi visæ fuerant, ut communi Symbolo insererentur, ad surgentes pro tempore hæreses procul abigendas a mente Christianidelium. Eodem in *Africana* Ecclesia consilio simpliciores viguisse primum, auctioresque postea in usu positas esse Symbolorum formulas, addiscimus ex Cypriano et Augustino. Ille in epistola ad Magnum, 69 in editione Oxoniensi, et juxta Pamelium 76, hæc habet: « Si aliquis illud opponit, et dicat: Eandem Novatianum legem tenere, quam Ecclesia catholica tenet,

A eodem Symbolo quo et nos baptizare, eundem nosse *Deum Patrem*, eundem *Filium Christum*, eundem *Spiritum sanctum*...; sciat quisquis hæc opponendum putat, primum non esse nobis, et schismaticis unam Symboli legem, neque eandem interrogationem. Nam cum dicunt, *Credis remissionem peccatorum, et vitam æternam per sanctam Ecclesiam*, mentiuntur in interrogatione, quando non habeant Ecclesiam. » Eadem scribit in epistola 70 his verbis: *Nam cum dicimus, Credis in vitam æternam, et remissionem peccatorum per sanctam Ecclesiam*... Additione *vite æternæ* carebat Symbolum *Romanum*. Hinc Rufinus ait, *sermonem, qui Resurrectionem carnis pronuntiat, summam totius perfectionis succincta brevitate concludere*. Ipsius vero *Resurrectionis* clariorem verbis illis, *Vite æternæ*, expositionem afferri, docet Augustinus in sermone, seu libro 1 *De Symbolo ad catechumenos*, num. 16: *Ne carnis resurrectionem futuram, inquit, putet aliquis, quomodo Lazari; ut sciamus non sic esse, additum fuit: In vitam æternam*. Quo loco animadverto præpositionem, *in*, aliquibus in Ecclesiis perinde divinis personis affixam, ac cæteris articulis.

Integrum *Africanum* Symbolum, pluribus auctum vocibus, quod suo vigeat tempore, idem Augustinus profert in sermone 212, ac tribus insequentibus quos habuit *in Traditione Symboli*, itemque libro *De fide et Symbolo*, ac sermone de Symbolo ad catechumenos. Illud est: *Credo in Deum Patrem omnipotentem. Et in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine. Passus 145 est sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus. Tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris. Inde venturus judicare vivos, et mortuos. Et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam, Remissionem peccatorum, Carnis resurrectionem, Vitam æternam.* » Quinque adjectæ voces enumerantur.

Veterem *Hispanicarum* Ecclesiarum Symboli formulam, quam majores tradiderant, recitant *Etherius* episcopus Uxamensis, et *Beatus* presbyter ejus, libro 1, *Adversus Elipandum* archiepiscopum Tolitanum, anno Christi 785 confecto: « Surgamus ergo cum ipsis apostolis, et fidei nostræ Symbolum, quod tradiderunt nobis brevi compendio, recitemus. Credo in Deum Patrem omnipotentem. Et in Jesum Christum, Filium ejus unicum, *Deum*, et Dominum nostrum. Qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, et sepultus. *Descendit ad inferna*. Tertia die resurrexit *vivus* a mortuis. Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram *Dei* Patris omnipotentis. Inde venturus est judicare vivos, et mortuos. Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam *catholicam*, remissionem *omnium* peccatorum, carnis resurrectionem, et vitam æternam. Amen. » Ecclesiam



instituit Jesus Christus, omni patentem nationi, ad omnia tempora protensam et ad omnia loca: unde vox *catholica* simplicem continet explicationem. Carent ea antiquiores formulæ: additamque postea fuisse, satis indicat Augustinus libro *De fide et Symbolo: Sanctam Ecclesiam*, inquit, *utique catholicam*.

Hæc in Occidente innocue usurpabatur, aut simplicior, aut auctior Symboli apostolorum formula. Par erat Ecclesiarum *Orientis* consuetudo. Quod ibi frequentius in usu erat Symbolum, Rufinus exhibet loco citato: « Credo in *unum* Deum Patrem omnipotentem. Et in *unum* Dominum nostrum Jesum Christum, unicum filium ejus. Qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Crucifixus sub Pontio Pilato, et sepultus. Tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit in caelos, sedet ad dexteram Patris. Indo venturus est judicare vivos, et mortuos. Et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem. » Rufini animadversiones accipe. 1. *Orientis Ecclesie fere omnes ita tradunt: « Credo in uno Deo Patre omnipotente. » Et rursus in sequenti sermone, « Et in Jesu Christo unico Filio ejus Domino nostro, » ita illi tradunt: « Et in uno Domino nostro Jesu Christo unico Filio ejus. » Unum scilicet Deum, et unum* 146 *Dominiun secundum auctoritatem Pauli apostoli profitentes: sed de hoc in sequentibus locis repetemus. 2. Sciendum sane est, quod in Ecclesie Romanæ Symbolo non habetur additum, Descendit ad inferna; » sed neque in Orientis Ecclesie Symbolo habetur hic sermo. Ba-* C *luziana utimur editione. Animadvertite verba illa: Credo in uno Deo Patre omnipotente, itaque illa: et in Jesu Christo unico Filio eius: quæ ab Orientis Ecclesie fere omnibus tradi dicuntur. Jam colligo, modum illum enuntiandi, si vignerit unquam, perperam ab adnotatore dictum fuisse Ecclesie Aquileiensis peculiarem. Colligo deinde, veriorum lectionem esse, in Deum Patrem, in Jesum Christum, in Spiritum sanctum: cum Græca Symbola habeant εἰς Θεόν, εἰς Χριστόν Ἰησοῦν, εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα.*

Non omnibus, sed *fere omnibus* Orientis Ecclesiis hanc fuisse communem Symboli formam, Rufinus docet. Additamento unius caret illa, quam Julio Romano pontifici obtulit *Marcellus Ancyranus* D apud Epiphanium, hæresi 72, num 3: *Credo in Deum omnipotentem. Et in Christum Jesum, ipsius Filium unigenitum, Dominum nostrum, genitum de Spiritu sancto, et Maria Virgine, Qui sub Pontio Pilato crucifixus est, et sepultus. Et tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit in caelum, et sedet ad dexteram Patris. Unde venturus est judicare vivos, et mortuos. Et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam. Quæ postrema duo verba non apparent in Orientali communi Symbolo.*

Veluti peculiarem *Alexandrinæ Ecclesie* formu-

lam existimat eam *Jacobus Usserius* in Dissertatione de Symbolis, quam Constantino imperatori obtulerunt Arius, et Euzoius, presbyter illo, ac iste diaconus ejusdem Ecclesie. Referunt eam Socrates, libro 1, capite 26, et Sozomenus, libro 2, capite 27. « Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem. Et in Dominum Jesum Christum, Filium ejus, qui ex eo factus est (al. genitus est), ante omnia sæcula, Deum Verbum, per quem omnia facta sunt, quæ in caelo et quæ in terra. Qui descendit et incarnatus est. Qui passus est, et resurrexit et ascendit ad caelos, et iterum venturus est ut judicet vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum. In carnis resurrectionem, et in vitam venturi sæculi. Et in unam catholicam Dei Ecclesiam, quæ a primis cardinibus ad ultimos usque terrarum lines porrigitur. » Nullus ego dubitaverim, hanc fidei formulam ab Ario instructam: ab eoque Nicæni Symboli, quod jam editum fuerat, assumpta quædam additamenta, non omnia fuisse, quæ scilicet hæresim ejus clarius profligabant.

147 *Orientale commune adhibitum in Ecclesia Hierosolymitana Symbolum, colligi posse ex Rufino videtur, qui cum sedem habuerit tot annos, discrepantias utique adnotasset si quæ fuissent. Nemo nescit, Liturgiam Jacobi fratris Domini, qui Ecclesiam illam administravit, genuinam ad nos non pervenisse. At suppositivum totum, et omnino spurium scitum esse, quod sub Jacobi titulo fertur liturgicum opus, contendunt sane heterodoxi, minime probant, ut ait Eusebius Renaudotius, tomo I Liturgiarum, in Dissertatione capite 4. inter-* C *polata dixerit prudens nemo, quæ Symboli verba ibi traduntur: nempe, Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem caeli et terræ. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei. Et reliqua Symboli fidei. Dolendum, hæc excidisse. Quæ vero fuerint, paulo superius indicantur: « Deinde leguntur Iusissime oracula Sacra Veteris Testamenti, et Prophetarum: et Filii Dei incarnatio demonstratur, Passio, Resurrectio ex mortuis, Ascensus in caelum, secundus præterea adventus ejus cum gloria. » In his Orientale Symbolum commune nemo non videt.*

*Hierosolymitanam* aliam profero formulam, quam ex Cyrilli Hierosolymitani catechesibus collectam Antonius Augustinus Tullæe subiicit Catechesi quintæ: *Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem caeli et terræ, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum: qui ex Patre genitus est Deus verus ante omnia sæcula, per quem omnia facta sunt. Qui in carne advenit, et inhumanatus est, ex Virgine et Spiritu sancto. Crucifixus, et sepultus. Resurrexit tertia die. Et ascendit in caelos, et consedit a dextris Patris. Et venturus est in gloria judicare vivos, et mortuos: cujus regni non erit finis. Et in unum sanctum Spiritum Paraclitum, qui locutus est in prophetis. Et in unum baptisma*

*pœnitentiæ, in remissionem peccatorum. Et in unam sanctam catholicam Ecclesiam. Et in carnis resurrectionem, et in vitam æternam.* Sumptam formulam istam putat Casimirus Oudinus, *De scriptoribus ecclesiasticis*, tomo I, ex *Symbolo, quod anno 381 adoptarunt Constantinopolitani Patres*. Hinc Cyrillo Hierosolymitano suppositas inferi Catecheses. Vel una hujusce Symboli cum Nicæno, et Constantinopolitano, de quibus infra agendum, comparatio luculentissime evincit, formulam prædictam dici veterem posse, quæ in Ecclesia Hierosolymitana erat in usu, quibusdam verbis ex Nicæno Symbolo desumptis auctam. Laudatum editorem doctrinissimum consule.

**148** Unitate Ecclesiarum intacta, singulis hisce, earumque præsidibus fas erat pro temporum circumstantiis, aut majoris explicationis gratia, aut emergentes propter hæreses, vocibus augere quibusdam Symbolum apostolorum, quod ab initio acceperant. In eam denique formulam devenit est, quæ hodieque viget. Integram eam exhibent sermones 240, 241 et 242, qui prostant in Appendice ad genuinos Augustini sermones in editione monachorum sancti Mauri: *Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli et terræ. Et in Jesum Christum Filium ejus unicum, Dominum nostrum. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus. Descendit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus est judicare vivos, et mortuos. Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam.* Ab Augustino Sermones eos abjudicant laudali editores: auctoremque conjiciunt illum, qui sermones confecit Eusebio Emiseno suppositos, aut Casarium Arelatensem, aut Eucherium Lugdunensem, aut Faustum Regiensensem. Vitam agebant illi quinto Ecclesiæ sæculo: unde prædictæ Symboli formulæ ætas innotescit.

Intemeratam pristinam brevioris formam retinebat Ecclesia Romana. Dignissimam, et honoris ac veritatis plenam, reddit rationem Rufinus in sua Expositione; *Commonendum puto* (inquiens) *quod in diversis Ecclesiis aliqua in his (Symboli) verbis invenitur adjecta: in Ecclesia tamen urbis Romæ hoc non reprehenditur factum. Quod ego propterea esse arbitror, quod neque hæresis ulla illi cœsumpsit exordium: et nos ibi servatur antiquus, eos qui gratiam baptismi suscepturi sunt, publice, id est fidelium populo audiente, Symbolum reddere; et uti adjectionem unius saltem sermonis eorum qui præcesserunt in fide, non admittit auditus. Ita nempe Rufini ætate a pristina non recesserat disciplina Romana Ecclesia; quæ tamen ævo insequentis postremam formulam, quam descripsimus apud alias Ecclesias jam vulgatam, et ipsa demum amplexata est. Quo tempore, ignotum.*

Quemadmodum vero adjectas hujusmodi voces admisit, ita vocem *Unius*, quæ Symboli Orientalis propria erat, non adjecit unquam. Hac de re agit Vigilus Tapscensis in Byzacena Africa provincia episcopus, sæculi sexti scriptor, libro IV *Contra Eutychem*: ubi nescio cujus temeritatem castigans, qui capere ea verba sancti Leonis ad Flavianum ausus fuerat, *Fidelium universitas profitetur credere in 149 Deum Patrem omnipotentem, et in Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum, ea ratione, quia non dixerit: In unum Deum, et: In unum Jesum Christum; sic habet: Sed Romæ, et antequam Nicæna synodus conveniret, a temporibus apostolorum usque nunc, et sub beata memoriæ Cœlestino... ita fidelibus Symbolum traditur.* Sive paucioribus, sive pluribus vocibus recitaretur apostolorum Symbolum, pax Ecclesiarum integra semper permansit, ac inviolata in Occidente et Oriente.

III. Nicæno fidei Symbolo conficiendo, quod est apostolorum Symbolum, pluribus ad rectam fidem luculentius illustrandam, luendamque aptissimis auctum vocibus, dedere ansam hæreses, quæ tribus primis Ecclesiæ sæculis emergerant. Eas enumerat Gelasius Cyziceus in volumine Actorum concilii Nicæni, libro II, capite 26. « Hæc est fides, inquiens, quam exposuerunt Nicææ sancti nostri Patres orthodoxi episcopi: primum quidem adversus Arium blasphemantem, et dicentem creaturam Filium Dei: et contra Sabellium, et Photinum, et Paulum Samosatenum, et Manichæum, et Valentinum, et Marcionem, et adversus omnem hæresim quæ orta est in catholica et apostolica Ecclesia. » Formulam accipere: *Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium factorem. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei, ex Patre natum, unigenitum, id est ex substantia Patris: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt tam quæ in cœlo, quam quæ in terra. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est, et homo factus est. Qui passus est, et resurrexit tertia die. Et ascendit ad cœlos. Et iterum venturus est judicare vivos, et mortuos. Et in Spiritum sanctum.* Reliqui subintelliguntur articuli. Verba illa, *Descendit ad inferos*, non habentur: quibus ea ætate carebant Romanum etiam, et Orientale Symbolum. Vulgaris æræ anno 325 Nicæna synodus celebrata est.

Peculiares quas hætenus usurpaverant in colatione baptismi, reliquerunt Symboli formulas Ecclesiæ plures, Nicænam adoptantes. Voces solummodo paucas receperunt aliæ, quibus proprium auxere Symbolum: imo Symbolo Nicæno plures dictiones addiderunt aliæ: aliæque demum in vetusta sua formula manserunt; simul Nicænam fidem corde, et ore profitentes omnes. Apostolorum Symbolum in baptismate retinuerunt Romana e

Occidentis Ecclesiæ. Vocibus quibusdam Nicænis auxit illud Ecclesia Hierosolymitana, ut superius num. 2 adnotavimus. Hujusmodi esse puto, quo Ecclesia Antiochena medio 150 circiter sæculo quinto adhuc utebatur. Illud avertit Cassianus libro vi De Incarnatione Domini, capite 3, ubi Nestorii hæresim refellit: « Nunc ad fidem Antiocheni Symboli, inquit, virtutemque veniamus: in qua cum ipse (Nestorius) baptizatus sit ac renatus, suis eum professionibus argui... oportet. Textus ergo, ac fides Antiocheni Symboli hæc est: *Credo in unum et solum verum Deum, Patrem omnipotentem, creatorem omnium visibilium et invisibilium creaturarum. Et in Dominum nostrum Jesum Christum, Filium ejus unigenitum, et primogenitum totius creaturæ, ex eo natum ante omnia sæcula, et non factum, Deum verum ex Deo vero, hominison Patri, per quem et sæcula compuginata sunt et omnia facta. Qui propter nos venit, et natus est ex Maria Virgine. Et crucifixus sub Pontio Pilato, et sepultus. Et tertia die resurrexit secundum Scripturas. Et in cælos ascendit. Et iterum venit judicare vivos, et mortuos. Et reliqua.* » Hujusmodi formulæ auctores perquirat Alardus Gazæus in Notis. Non aliam originem ejus existimamus, nisi quam indicavimus. Similes aliæ in aliis vigebant Ecclesiis formulæ Symbolorum.

Fuere nonnulli in Sardicensi concilio, quod anno 347 celebratum chronologi frequentius adnotant: qui Symbolo Nicæno quidpiam adjici oportere contendebant. Rem narrat, decretumque synodi adversum, avertit sanctus Athanasius in synodo Alexandrina anno 362, « Quamvis certi homines, inquit, nonnulla quasi quæ deessent, Nicæno concilio ascribere vellent (utique orthodoxa) idque acriter contenderent; sancta tamen synodus quæ Sardicæ convenit, indigne id tulit, decretoque sancivit: *Ne quid ulterius de fide scriberetur, et sese contentos esse Nicæno fide declaraverunt; ut cui nihil deesset, et quæ pleni pietatis esset; neque edendam esse aliam professionem fidei, ne illa quæ Nicæne scripta est, imperfecta crederetur; neve illis occasio hujusmodi suppeditaretur, qui sæpenumero volunt de fide definire et scribere.* »

An hæc nobis opponant Græci in præsidium suæ causæ adversum vocem, *Filioque*, Symbolo adjectam? Noverint ipsi, decretum illud Sardicense impedimento non fuisse, quominus in Ecclesia Orientali prolixior ederetur formula in baptismo tradenda. Profert eam Epiphanius in Ancorato, num. 120: « Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia sæcula: 151 hoc est ex Patris substantia, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, quæ cælo terraque continentur; qui propter nos homines, et

A propter nostram salutem descendit de cælis, et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas. Et ascendit in cælum, sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum, Dominum, et vivificantem: qui ex Patre procedit, qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per prophetas. Et in unam, sanctam, catholicam, et apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expectamus resurrectionem mortuorum, et vitam futuri sæculi. » Hanc vero licet adilitamentis auctam, vocat nihilominus Epiphanius: *Fidei formulam a sanctis apostolis traditam et in Ecclesia in sancta urbe ab omnibus sanctis episcopis, qui supra trecentos et decem fuerunt.* (Nicænos videlicet), præscriptam. Quidni apostolica et Nicæna dicenda foret, cum voces duntaxat, quibus enucleatæ magis articuli declarantur, adjectas afferat? Argumentum hinc elicitor, quod Græcos jugulat, favetque Romanis et Occidentalibus.

Adhuc aliam magis prolixam ibidem refert, num. 121. Verbi divini incarnatio, ac Spiritus sancti divinitas luculentiore sermone exponuntur. Cæteris prætermisissis, quæ eadem sunt in Symbolo Nicæno, hæc profero: *Et homo factus est: id est perfectum assumpsit hominem, animam, corpus, mentem, et quidquid aliud homo est, excepto peccato: non e virili satu, nec ita ut in homine duntaxat inesset, sed in seipsum effectum illam carnem transtulit, et in unam ac sanctam singularitatem conjunxit: non ad eum modum quo prophetis aspiravit, et in illis locutus est, effecitque quidpiam, sed homo perfectus esse voluit: Verbum quippe caro factum est; neque aut mutationem ullam est expertum, aut divinitatem suam in naturam convertit hominis, sed in unam sanctam perfectionem divinitatemque copulavit. Unus est enim Dominus Jesus Christus, non duo: idem Deus, idem Dominus, idemque Rex. Qui passus est in carne, et resurrexit: et cælum cum eodem corpore conscendit: et ad dexteram Patris gloriose consedit: et cum eodem corpore venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. Credimus et in Spiritum sanctum, qui locutus est 152 in lege, et per prophetas prædicavit: ad Jordanem descendit, in apostolis locutus est, et in sanctis habitat. Ita porro nos in ipso credimus: Spiritum esse sanctum, Dei Spiritum, Spiritum perfectum, Spiritum Paraclitum, increatum, a Patre procedentem, accipientem a Filio. Hæc postrema verba animadvertenda sunt, quæ particule *Filioque* æquipollent. Textus Græcus habet: *Ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβανόμενον.* Al. *λαμβάνοντα.**

Dignasunt etiam animadversione, quæ ibidem præmiserat Epiphanius verba: « Verum quoniam sætate nostra aliæ post alias hæreses emergerunt, id est

temporibus Valentiniani et Valentis imperatorum, quorum jam *decimus annus* agitur, et Gratiani *sextus*, a Diocletiano vero Tyranno *nonagesimus* : propterea tam vos, quam nos ipsi, et orthodoxi omnes episcopi et uno ut verbo dicam tota Ecclesia catholica, adversus prodeuntes identidem hæreses, consentaneæque cum exposita paulo ante sanctorum Patrum fidei formula, iis præsertim qui *baptismo initiandi sunt*, dicimus ut hoc modo profiteantur, ac dicant : Credimus, etc. » Collige duo : prædictas *fidei formulas* in usu fuisse aliquibus in Orientis Ecclesiis ante annum 373, quo *decimus annus* Valentiniani et Valentis, et *sextus* Gratiani inceperunt : sibi que fœs fuisse Græcæ linguæ Patres existimasse, Nicænam Symboli formulam explicatioribus augere vocibus propter hæreses emergentes. Cur eadem facultas pro rerum circumstantiis, emergentesque propter hæreses, non conveniat Occidentis Ecclesiis ?

Emererat vero hæresis *Anomæorum*, auctoribus Aetio et Eunomio, qui Theodoro teste libro *iv Hæreticarum Fabularum*, dicebant : *Filium quidem primum creaturam Patris, præcipuamque esse : Spiritum vero sanctum a Filio ante alia opera creatum esse.* Ipsius Eunomii verba sunt apud sanctum Basilium, libro *ii*, contra eundem hæreticum, num. 33 : *Ingeniti quidem creatura Filius : Unigeniti vero Puractetus.* Hanc vocat sanctus Augustinus hæresim *Arianorum*, num. 49, qui *Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum nolunt esse unius, ejusdemque naturæ, atque substantiæ, aut essentiæ : sed esse Filium creaturam, Spiritum vero sanctum creaturam creaturæ, hoc est ab ipso Filio creatum volunt.* Macedonius, episcopus Constantinopolitanus, Filium *consubstantialem* Patri negabat, similem illi per omnia fatebatur : *Spiritum vero sanctum* (verba sunt Theodoreli loco citato), *sicut Arius, et Eunomius, blasphemare persistit. Unde qui ejus sectæ dicebantur, Pneumatomachi cognominati sunt.*

Hæresim damnat Damasus papa in synodo Romana anno 379 **153** celebrata : « Anathematizamus Arium, atque Eunomium, qui pari impietate, licet sermone dissimili, Filium et Spiritum sanctum asserunt esse creaturas. Anathematizamus *Macedonianos*, qui de Arii stirpe venientes, non perfidiam mutaverunt, sed nomen . . . Si quis non dixerit *Spiritum sanctum de Patre esse vere ac proprie, sicut Filium de divina substantia, anathema sit . . . Si quis dixerit Spiritum sanctum facturam, aut per Filium factum, anathema sit.* » Hæresim pariter damnarunt Orientales Patres anno 381 in synodo Constantinopolitana collecti. Canone *i* sic habent : Fidem non violandam *Patrum trecentorum decem et octo*, qui apud Nicæam Bithyniæ conveniunt : sed manere eam firmam, et stabilem. Anathematizandam omnem hæresim, et specialiter *Eunomianorum, vel Anomianorum, et Arianorum, vel Eudoxianorum, et Macedonianorum, vel Spiri-*

*A* tui sancto resistentium. » Satis id erat. Fides ut tamen catholica ut facilius innotesceret cunctis, ac firmiter animis omnium inhæreret, consultius duxere Patres illi Constantinopolitani, ut formulam Symboli, *Nicæna* prolixiorem, Ecclesiis proponerent : eamque adoptarunt, quæ prior est superius descripta *Epiphaniæna* ; additis etiam vocibus illis, *Deum de Deo* : aliis prætermisissis, nempe, *et quæ in caelis, et quæ in terra* ; et illis etiam, *hoc est, ex substantia Patris* : quæ in alia voce, *consubstantialis*, comprehenduntur.

Iterum regiam in civitatem anno insequenti 382 convenere Patres, ac Synodicam Damaso pontifici, cæterisque Occidentis episcopis dederunt. Inter alia sic habent : *Quæ igitur ad fidem attinent, quam aperte prædicamus, in summa sunt hujusmodi* (quæ præmissa sunt). *De quibus amplius animis vestris satisfacere poteritis, si totum synodi Antiochenæ, et eum qui superiori anno (381) Constantinopoli a synodo universali est editus, inspicere dignamini. Ubi et fidei confessionem uberius exposuimus : et in recens adinventus hæreses anathematibus sententiarum perscripsimus.* Postremis verbis *Canones* editos intelligunt : *Fidei vero confessionem, quam uberius expositam aiunt, indicant Symbolum, quod vulgo Constantinopolitanum appellatur : ac tomus ille demum synodi Antiochenæ Symbolum continebat, superius ex Cassiano descriptum, quod in usu apud se positum ad synodum Constantinopolitanam transmisere Patres Antiocheni.* Id vero demum perspicue constat, *Nicænum Symbolum* vocibus quibusdam, synodo *Constantinopolitana* approbante, auctum fuisse propter eas quæ emergerant, *Eunomianorum et Macedonianorum hæreses*, pro ea qua pollebant Græci Patres potestate, **154** quæ cæteras non caruisse, neque carere in Occidente Ecclesias, maximeque Romanam, dilhibetur nemo sapiens.

## CAPUT II.

*Tempore Damasi papæ, et synodi Constantinopolitanæ, Symbolo adjecta non fuit particula, « Filioque. » Eam tamen passim docent, ac tuentur Ecclesiæ Patres, divinitatem Spiritus sancti vindicantes. Decretum synodi œcumenicæ Ephesinæ : quo novæ Symboli formulæ velantur. Vocis, « Filioque, » adjectioni, quæ postea facta est non obstat. Insigne Cyrilli Alexandrini testimonium expenditur. Hæc pertinet adjectio, vel ommissio ad Ecclesiæ disciplinam : synodi Chalcedonenensis acta. Peculiore aliquæ fidei confessiones instar Symboli editæ, et in synodis œcumenicis approbatæ.*

*I.* Fuerunt Latini et Græci scriptores, qui vocem, *Filioque*, a Damaso Romano pontifice, et ab ipso *Constantinopolitana synodo* adjectum Symbolo, scilicet *Constantinopolitano*, dixere. Leo Allatius, in opere adversus Hottingerum, capite 20, nonnullos Græcos refert, qui Alexii Aristeni. Ecclesiæ Constantinopolitanæ sæculo duodecimo chartophylæis, auctoritate ducti, Damaso pontifici adjectionem attribuunt. Errant omnino. Quæstio facti est. Rem namque silent vetusta hujus ævi monu-



menta omnia. Caret voce, *Filioque*, Symbolum ipsum, quod *Constantinopolitanum* dicimus, tum in conciliorum Collectionibus, tum ab Ephemiano antea relatum in *Ancorato* : idque traditur unum, quod Eunomiani negabant, *Spiritum* scilicet *sanctum procedere ex Patre*. Hanc unam fidem Damasus papa proposuit in synodo Romana anno 379, *Anathema*, dicens *si quis non dixerit Spiritum sanctum de Patre esse vere ac proprie* : itemque *si quis dixerit Spiritum sanctum facturum, aut per Filium factum*.

Inter Opera sancti Hieronymi vulgatum prostat Damasi Symbolum. Hæc ibi legimus : *Spiritum sanctum, non genitum, neque ingenitum : non creatum, neque factum : sed de Patre, Filioque procedentem, Patri et Filio cœternum, et cœqualem*. Perperam in præsidium Alexii Aristeni hæc advocaretur auctoritas : agitur namque de vocis *Filioque* additamento ad *Symbolum Constantinopolitanum*. Atqui rursus idem *Symbolum* legitur in Quinquagesima inter Latinas Gregorii Nazianzeni Orationes : itaque sermone 235 155 inter Augustinianos in Appendice, et in codice *Canonum Ecclesie Romanæ*, quem vulgavit Quesnellius. In sermone citato apud Augustinum sic legimus : *Sed de Patre procedentem, et Filio, Patris et Filii Spiritum*. Hæc solum posteriora, non prima verba habent quinquagesima Nazianzeni Latina oratio, et caput tricesimum nonum laudati codicis. Athanasii operibus olim insertum prostabat idem Symbolum : unde satis jam patet genuinum dici Damasi opusculum non posse. Vigilio Tapsensi illud attribui volebat Chiffetius : tribuendumque Quesnellius putat

II. Quamquam vero Damasi papæ, et concilii Constantinopolitani tempore, particula *Filioque* Symbolo pariter *Constantinopolitano* adjecta non tuit ; hæc nihilominus passim tradunt Ecclesie Patres, aut particulam ipsam *a Filio*, sive *per Filium* exprimentes, aut æquipollentia sane verba. Æquipollentes aïo voces, quæ in prædicta fidei formula, cujuscunque tandem sit, occurrunt : *Spiritum sanctum Patris, et Filii* : itemque illa, quæ in Ephemiana prolixiori secunda habentur, *a Patre procedentem, accipientem a Filio*. Prostat etiam inter Acta Latina synodi Florentinæ, collatione 21, *Confessio fidei catholicæ*, quæ *a papa Damaso missa dicitur ad Paulinum Antiochenum episcopum* : ubi Spiritus sanctus his asseritur *de Patre Filioque procedens*. Eadem est cum *regula fidei*, quam ex præscripto Leonis Magni editam ab Hispanis episcopis, capite sequente dicendum est, n. 4.

Suos de Trinitate libros conficiebat Hilarius, Pictavorum episcopus ante exortam Macedonii hæresim, ut putat Petrus Constantius : dicebatque libro viii num 20, se *in hoc non calumniari libertati intelligentiæ, utrum ex Patre, an ex Filio Spiritum Paraclætum pulent esse* (hoc est nolle se

de loquendi ratione plusculum litigare) ; sibi tamen proorsus videri, hanc *in incerto* rem non *reliquisse Dominum*. Verba refert Jesu Christi ex Joanne, capite 13, num, 12 : *De meo accipiet, et annuntiabit vobis. Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt : propterea dixi, De meo accipiet, et annuntiabit vobis*. Tum vero argumentationem instruit : « A Filio igitur accipit (inquiens), qui et ab eo mittitur, et a Patre procedit. Et interrogo, utrum id ipsum sit *a Filio accipere*, quod *a Patre procedere*. Quod si differre credetur inter *accipere a Filio*, et *a Patre procedere* ; certe id ipsum etque unum esse existimabitur, *a Filio accipere*, quod sit *accipere a Patre*. Ipse enim 156 Dominus ait : *Quoniam de meo accipiet, et annuntiabit vobis. Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt : propterea dixi, De meo accipiet, et annuntiabit vobis*. Hoc quod accipiet (sive potestas est, sive virtus, sive doctrina), Filius *a se accipiendum* esse dixit ; et rursus hoc ipsum significat, *accipiendum esse de Patre*. Cum enim ait : *Omnia quæcunque habet Pater, sua esse* ; et ideo dixisse se, *de suo accipiendum esse*, docet etiam, *a Patre accipiendum, a se tamen accipi* : quia omnia quæ Patris sunt, sua sint. « Hilario perinde erat, Spiritum sanctum *procedere a Patre*, et *accipere a Filio*, atque ipsum *a Patre et a Filio procedere*. De vocibus lilo prætermissa, negari non posse ait, tum *a Patre*, tum *a Filio accipere* Spiritum sanctum doctrinam, virtutem, potestatem, adeoque et ipsam existentiam : quod est ipsum catholicæ fidei dogma, dictione *processionis ex utroque* expressum.

Ad scriptores eos, quibuscum litem de vocibus Hilarius habere non vult, fortasse respiciebat Rusticus, Romanæ Ecclesie diaconus, in Disputatione contra Acephaloe, medio circiter sæculo sexto scripta : *Pater genuit, inquiens, et non genitus est, et ab aliquo alio non est, sicut ex eo sunt alii. Filius vero genitus est, et nihil consempternum genuit. Et Spiritus sanctus a Patre procedit : nihil consempternum procedit, vel genitum est ab eo. Quidam vero Antiquorum et hoc proprietatibus adjecerunt : quia sicut Spiritus sanctus cum Patre Filium sempiternum non genuit, sic nec procedit Spiritus a Filio sicut a Patre. Ego vero, quia Spiritus quidem non genuit sempiternæ, profiteor : nec enim duos diximus Patres. Unum vero a Filio eodem modo, quo ex Patre, procedit, non perfecte habeo satisfactum. Antiqui illi, quos memorat, procedentem a Patre Spiritum fatebantur, negabant procedentem a Filio. Lis erat de voce, quoniam Spiritum a Filio accipientem credebant. Rusticus inficiari non audet, Spiritum a Filio procedere. Acceps erat, num hæc vox, quæ in ordine ad Patrem adhibetur, usurpari debeat in ordine ad Filium. Hæc prima obscuri loci interpretatio, Rustici dubium refert altera ad processionis modum : an eodem modo a Filio procedat Spiritus, quemadmodum a Patre. Distinctione opus est :*

eodemque modo procedit ab utroque Spiritus, si consideretur *spirandi virtus*, quæ una est in utroque : non eodem modo procedere dici potest, quia hoc, quod est spirare Spiritum sanctum. Pater non habet ab alio, a Patre habet Filius. Quæcunque vero hæc fuerit demum difficultas, inane dubium suum agnoscere Iusticus poterat, cum ejus ævo simpliciter et absolute *Spiritum sanctum a Patre et a Filio procedere* scriptores docerent, Gennadius, in 157 libro *De dogmatibus* ; Avilus Viennensis, *De divinitate Spiritus sancti* ; Fulgentius in libro *De fide* ; Paschasius Diaconus, libro *De Spiritu sancto*, aliique.

Voces easdem, *a Patre et a Filio*, vel *a Patre per Filium* adhibere ante ac post synodum Constantinopolitanam Latini et Græci scriptores, ejusdem Spiritus sancti divinitatem contra *Eunomianos* et *Macedonianos* vindicantes, Superiori in dissertatione testimonia dedimus ac illustravimus Epiphani, Basilii, Gregorii Nysseni, Cyrilli Alexandrini. Hujusce sententias luculentissimas protulimus. Eam profero, quæ in ejus habetur ex synodo Alexandrina epistola ad Nestorium, in œcumenico Ephesio concilio lecta : « Quamvis in sua sit subsistentia Spiritus, et ejus intelligatur, in persona proprietas, juxta id quod Spiritus est, et non Filius : attamen *alienus non est* (a Filio). Ab illo enim (Filio Jesu Christo) *Spiritus* appellatus est *veritatis* : et veritas Christus est : *Καὶ προχέεται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, Et prodit per istum, quemalmodum certe ex Deo et Patre.* » Motas hæc de re lites a Theodoreto qui nimium animo in Cyrillum commotus erat, enarravimus.

III. Interim Symbolo in baptisate utebantur in Oriente Ecclesiæ, simplici *Nicæno* aliæ, aliæque *Constantinopolitano* et aliæ *Nicæno* aliquibus vocibus aucto. Hujusmodi fuisse adnotavimus *Hierosolymitanum* tempore Cyrilli Hierosolymorum episcopi ac *Antiochenum*, in quo Cassianus aiebat baptizatum fuisse Nestorium in synodo Ephesina damnatum. An hæc refero classem *Ecclesiæ Philadelphiensis* Symbolum quod in eadem synodo Ephesina prostat, actione 6 a Charisio presbytero oblatum : *Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, Creatorem omnium, visibulum et invisibulum factorem. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium ejus unigenitum, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, consubstantiallem Patri. Qui propter nos, et nostram salutem descendit de cælis, et incarnatus est, et ex sancta Virgine natus, et homo factus est. Crucifixus pro nobis, mortuus est. Resurrexit tertiu die. Ascendit cælos. Et iterum venturus est judicare vivos et mortuos. Et in Spiritum veritatis, Paraclitum, Patri et Filio substantialem. Et in sanctam catholicam Ecclesiam. In mortuorum resurrectionem. In vitam æternam.*

Symbolo Nicæno utebatur Nestorius, in ea maxi-

me parte depravato, quæ fidem incarnationis proponit. Hujusce depravati Symboli Nestorianam expositionem simul attulit Charisius, quam plures decepti subscripserant. Quodnam foret articuli *De incarnatione* 158 depravati vitium, ex eadem colligi potest expositione, *De incarnatione nosse oportet*, inquit, *Dominum Deum Verbum assumpsisse hominem secundum naturam perfectam, ea humana carne et anima rationali consistentem... Quem secundum nostram naturam, nobisque similem hominem existentem, Spiritus sancti virtute in utero Virginis formatum... inexplicabili quodam modo sibi conjunxit... Unum igitur Filium, et Dominum Jesum Christum, per quem facta sunt omnia, esse dicimus : primo quidem ac præcipue Deum Verbum, qui secundum essentiam Dei Filius et Dominus est, mente concipientes ; simul vero etiam quod assumptum est, hoc est Jesum a Nazareth, animo complectentes.* Ita scilicet verborum involucris tectum propinabat Nestorius de duplici in Jesu in Christo *persona* impium errorem.

Nestorii facinus, qui corrupto depravatoque Symbolo proposito, simplices fideles deceperat. Ephesina synodus, anno 421 celebrata, detestatur : tulitque decreta in hæc verba : « Ilis igitur perlectis statuit sancta synodus, *alteram fidem* nemini licere proferre, aut conscribere, aut componere, præter definitam a sanctis Patribus, qui in *Nicæa* cum Spiritu sancto congregati fuerunt. Qui vero ausi fuerint aut componere *fidem alteram* aut proferre, vel offerre converti volentibus ad agnitionem veritatis ; hos quidem si sint episcopi, aut clerici, alienos esse ab episcopatu, et clericos a clericatu decrevit : si vero laici fuerint, anathemati subjici. » Tam Nestoriani symboli formulam et expositionem damnat.

IV. Prohibente, ne *alteram fidem* liceret ulli proferre, aut conscribere, aut componere, *præter definitam a Nicænis Patribus*, Ephesino decreto bellum Græci agunt adversum Latinos, qui vocem *Filioque* Symbolo Constantinopolitano addiderunt. Pugnam pugnent, quam volunt : certissima clades instat illis. Ac primo statuit sancta synodus, *alteram fidem nemini licere proferre, aut conscribere, aut componere, præter definitam a sanctis Patribus, qui in Nicæa cum Spiritu sancto congregati fuerunt.* Itaque verbis tenuis si hæreamus, neque Symbolum Constantinopolitanum proferre liceret. Haud me lætet. Symbolum idem Constantinopolitanum dici *Nicænum* maxime post synodum Chalcedonensem consuevisse : at eo in Ephesino decreto agitur sine dubio de *formula Nicæna*, qua ut summum aliquibus vocibus aucta, non omnibus quæ in Symbolo Constantinopolitano habentur, Ecclesiæ plures in baptisate utebantur.

In libellis a Charisio presbytero Philadelphensi oblati, Symbolum 159 depravatum continebatur, ac ejus Nestoriana expositio. Utrumque speciali decreto damnant Ephesini Patres. Alia etiam

Symboli formula *Ecclesiae Philadelphiensis* continebatur, quæ neque *Nicæna* est, neque *Constantinopolitana*, utique tamen consona, ac interpolata *Nicæna* dici potest. An ergo decreto *Ephesino* proscripta hæc fuerit? Non adeo insani *Græci* fuerint, qui id affirmant. Quomodo ergo juxta *Ephesinum* decretum nec alteram a *Nicæna* fidem conscribere, et componere, nec alteram proferre liceat? Nempe non ea *Ephesino* decreto intelligentia, aut vis inest, quam sibi fingunt *Græci*.

Eadem ætate variæ in *Ecclesiis* vigebant formulæ Symboli, quæ verbis tenuis a simplici *Nicæna*, et a proximiore *Constantinopolitana* differabat. *Hierosolymitanam* memoravimus, et *Antiochenam*: aliasque usu receptas existisse, dubium nullum. Liberum earumdem in *Ecclesiis* usum reliquisse Patres *Ephesinos*, neque vetasse quin ipsæ proferri possent, synodus *Chalcedonensis* evincit actione 5, in definitione fidei: ubi *Symbolum Nicænum* cæteris præfulgere dicitur, decerniturque servari debere *Symbolum Constantinopolitanum*, ac aliæ demum legitimæ *Ecclesiarum* formulæ confirmantur. Verba sunt: » Decernimus igitur, ordinem, et omnes formulas quæ de fide sunt constitutæ, custodientes et nos, sanctæ synodi quondam in *Epheso* factæ: præfulgere quidem rectæ, et immaculatæ fidei expositionem sanctorum et beatissimorum trecentorum decem et octo Patrum, qui in *Nicæa* temporibus piæ memoriæ *Constantini* imperatoris congregati sunt: Servari autem et ea, quæ apud *Constantinopolim* a sanctissimis centum quinquaginta Patribus decreta sunt, ad expellendas quidem hæreses quæ eo tempore germinaverant. et ad confirmationem ejusdem catholicæ et apostolicæ nostræ fidei. »

Itæ postrema verba sensum declarant germanum *Decreti Ephesini*: symbolorum scilicet formulas maxime damnari, in quibus quidpiam minuat, aut mutetur, aut adjiciatur, quod a recta fide alienum sit. Id invictis demonstrarunt argumentis in synodo *Florentina* Latini doctores. Acta et insertas disputationes consule.

V. Sed omnis ut pravus hominibus ansa eriperetur, minutionibus, additionibus mutationibusque *Symbolum* corrumpendi, inficiari nolim, suo vetasse decreto *Ephesinus* Patres novas, quæ impostorum symbolorum formulæ euderentur. Hunc ejus decreti sensum declarare *Cyrillus Alexandrinus* videtur in epistola ad *Acacium Melitinensem*. Hanc scripsit ille, occasione data cujusdam 160 explicatioris fidei professionis, quam *Orientalis* episcopi ad impactum elucendam *Nestorianismi* labem composuerant, Cum vero professionem eandem *Decreti Ephesini* pretextu redarguerent *Nestoriani* homines, vindicet eam *Cyrillus*, quod *Orientalis* illi fidem suam professi sunt, nihil *Symbolo* addentes, sed extra *Symbolum* necessariam offerentes declarationem.

Locum integrum affero. Volebant enim (*Nestorianæ* factionis homines) ea omnia aboleri, quæ vel

A epistolis, vel tomis, vel libris evulgaveram: et soli fidei, quæ a sanctis Patribus nostris *Nicææ* edita fuerat, consentire. Dogmata in epistolis ac tomis declarata a *Cyrillo* rejiciebant illi, ac si *Nicæni* *Symboli* metas transivisset. Alia in ipsum hæc erat querela. Intelligo vero, et hoc quoque illos nobis objicere: nempe quod fidei expositionem, ἥτοι Σύμβολον καινόν, sive novum *Symbolum* receperimus; quasi vetus illud, venerandumque (*Nicænum*) aspernati. Fidei expositionem ab *Orientalibus* transmissam receperat. Reponit ille: Verum dicimus, nos neque novam fidei expositionem ab ullo exegisse, neque ab aliis innovatum admississe. Novum aliud *Symbolum*, aut *Symbolum* additamentis innovatum sibi transmissum, inficiatur. Sufficit enim nobis divina Scriptura, sanctorumque Patrum prudentia, et fidei *Symbolum* (*Nicænum*), ad omnia recta dogmata apte riteque concinnatum.

Quid egerint, quidve transmissent *Orientalis* episcopi, enarrat. Quia vero sanctissimi *Orientalis* episcopi cum *Ephesi* essent, a nobis dissentiebant, eaque de causa quasi blasphemiarum *Nestorii* laqueis irretiti tenerentur, suspecti erant: ut eo crimine se liberarent, inculpatæque fidei amatoribus per omnia satisfacerent, ac *Nestorianæ* impietatis se expertes esse ostenderent, περιεργαται τὴν ἀπολογία, apologiam composuerunt. In ea rectam fidei expositionem dabant. Et id quidem admodum prudenter. Tantum abest, ut hoc istorum factum aliqua omnino nota aut reprehensione dignum videatur. Quid enim si ipse *Nestorius* eo tempore quo a nobis omnibus illi proponebatur oportere, ut sua ipse dogmata condempneret, veritatemque amplecteretur, ἔγγραφον ἐποιήσατο τὴν ἐπὶ ταύταις ἡμολογίαν, scriptum is de rebus confessionem exhibuisset (quin scilicet *Nicænum* *Symbolum* clariori aliqua auxisset explicatione), quisnam dicturus erit, illum πίστεως ἡμῶν καινοτομήσαι σύμβολον, novum fidei *symbolum* nobis conscripsisse? Quid igitur temere conviciis insectantur sanctissimos *Phœnicæ* episcopos, eorum consensum appellantes ἐκθεσιν Συμβόλου καινῆς, novam *Symboli* expositionem quem illi utiliter et necessario ediderunt, ut nimirum se purgarent.

161 *Ephesinum* decretum assert *Cyrillus* quod ita declarat: Sancta quippe, inquit, et œcumenica synodus quæ *Ephesi* convenerat, necessario providit non oportere πλετεως ἐκθεσιν ἐπιρῶν, aliam fidei expositionem in *Ecclesias Dei* inferre præter eam quæ jam exstabat: quam beatissimi Patres nostro sancto Spiritu locuti defaiverant. *Nicææ*). Satis innotescere videtur ita *Cyrillum* intellexisse *Ephesinum* decretum, ut novum impostorum non liceret *Symbolum* edere, aut ipsum *Nicænum* innovare additamentis auctum. At illi tamen (*Orientalis*) ab hac (*Nicæni* *Symboli* fide) dissentire visi, et quod neque recte sentirent... in suspicionem adducti; nunquid taciturnitate ab hac ignominiosa nota se liberassent, an plena potius satisfactione, suæque sententiæ declaratione? Quæ

utique intelligitur a Symbolo Nicæna distincta. *Qui hoc vult facere καινουργεῖ μὲν οὐδὲν, nihil novi molitur : οὐδὲ πίστεως ἔκθεσιν ὁρᾷται καινοτομῶν, nec fidei expositionem innovare deprehenditur.*

Hanc decreti Ephesini, ac Cyrilli mentis interpretationem confirmat tum ipsa Orientalium declaratio *Epistolæ* inserta Joannis Antiocheni tum ejusdem Joannis disertissima sententia. Hujusmodi epistolæ prostant inter opera Cyrilli, tom. V. part. II, et part. IV concilli Ephesini, capite 20 : « De Virgine autem Dei Genitricæ Maria quomodo sentiamus et loquamur, deque unigeniti Filii Dei incarnatione, necessario, οὐκ ἐν προσθήκῃς μέραι, non additamenti loco sed plena satisfactionis forma (aut confirmationis specie), dicimus breviter, sicut ab initio ex divinis litteris sanctorumque Patrum traditionibus hausimus : οὐδὲν τὸ σύνολον προσπιθέμενος τῆ τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐκθέσει πιστεύομεν. Nihil prorsus fidei in Nicæa a sanctis Patribus expositæ adjectives. Illa enim, ut antea diximus, ad omnem pietatis cognitionem, omnisque hæreticæ pravæ doctrinæ depulsionem, abunde sul est... Habet vero nostra Expositio in hunc modum : *Confitemur igitur Dominicum nostrum Jesum Christum unigenitum Dei Filium esse Deum perfectum, et hominem perfectum ex anima rationali et corpore : ante sæcula quidem ex Patre secundum divinitatem genitum, postremis vero temporibus eundem ipsum propter nostram salutem ex Maria Virgine secundum humanitatem natum.* » Symbolum ergo Nicænum, sive formulam fidei spectes, sive fidem ipsam in formula contentam, intactam servari debuisse juxta legem Ephesinam, censebat Cyrillus. At ipsum Alexandrinum antislitem animadvertit haud illicite judicasse *fidei confessiones, aut expositiones* alias, a Symbolo Nicæno distinctas, quæ fides ipsa Nicæna luculentius exponeretur. 142 Id vero validissimum argumentum est, quo infra adversum Græcos agemus.

VI. Jam vero decreti Ephesini sensus fuerit, quem ipsi Græci volunt. Suis tandem præjudiciis exuli concedant et ipsi, quod negari nullo modo potest : rem hanc ad ecclesiasticæ disciplinæ caput spectare, quæ pro temporum circumstantiis, ac urgente necessitate, variationem subit. Insigne præbet exemplum *synodus œcumenica Chalcedonensis*, quæ abs legis Ephesinæ rigore sine dubio recessit. Hæc de re agendum mihi latiore sermone. Decreti Ephesini reverentia ducti, sibi temporandum censere aliquandiu Patres Chalcedonenses ab ulla conscribenda *Expositione* quæ finem Nicænam et Constantinopolitanam quod attinet ad articulum *Incarnationis Filii Dei*, ullo modo novis adjectis vocibus declararet, Hinc initio actionis secundæ, anno 451 celebratæ, *Judicibus et amplissimo senatui* una voce reposuerunt episcopi : *Expositionem alteram nullus facit... in scriptis expositionem non facimus. Regula est, quæ prædicat sufficere, quæ sunt exposita. Regula vult, aliam expositionem non*

*fieri. Patrum statuta valebant.* Alteram hoc loco fidei expositionem intellige, quæ sit vel novum quodammodo Symbolum a Nicæno et Constantinopolitano distinctum, vel quæ ad eadem duo Symbola, vel ejusdem Symboli duas formulas quidpiam addat. Utamque formulam in eadem actione legendam præscripserunt Patres, ac una omnium acclamatione confirmarunt. At Carosus, et Dorotheus, et alii archimandrite et monachi, qui Eutychis ac Dioscori causam tuebantur, unam contendebant sufficere *formulam Nicænae fidei*: abnebantque Symbolo Constantinopolitano subscribere, et amplexi Leonis epistolam ad Flavianum : omnemque rejiciebant, quæ fieri ad Nicænum Symbolum posset, additionem, decreto Ephesino inherentes. In eorum libello *S. synodo* oblato actione 4, hæc habentur : *Pissimus imperator... pollicatus est nobis confirmari tantum expositionem fidei trecentorum decem et octo Patrum : et nihil aliud ante hoc moveri, vel fieri... Ad integriorem autem probationem, quod nihil nos contrarium τοῦ Συμβόλου τῆς πίστεως Symbolo fidei sapiamus... subdidimus et ipsum Symbolum ; et definitionem, quæ hoc supersignavit, prolatum a sancta et universali synodo quæ Nestorium condemnavit.* Hæc rursus iudicibus et senatui reposuit Carosus : *Fidem trecentorem decem et octo Patrum, qui convenerunt apud Nicæam, in qua et baptizatus sum, novi : nam ego aliam fidem nescio* Et Dorotheus : *Permaneo in fide sanctorum Patrum trecentorum decem et octo, qui apud Nicæam convenerunt, in qua baptizatus 163 sum : et in constituto*

*corum, qui apud Ephesum Nestorium damnarunt.* Collige, Alexandria in Ecclesia simplicem Nicænam formulam retentam esse : neque hoc ævo Symbolum Constantinopolitanum receptum fuisse. Nicæno vero abutebantur Symbolo Eutychiani : eorumque dolum aperit Diogenes, Cyzici episcopus actione 1 ejusdem synodi Chalcedonensis. Verba ejus sunt : « *Dolose* (Eutyches) præposuit *synodum* sanctorum Patrum, quæ in Nicæa facta est. Accepit namque *Addimenta* a sanctis Patribus (Nicænis), propter perservum intellectum Appollinaris, et Valentini, et Macedonii, et qui eis similes sunt. Et *additum* est in Symbolo sanctorum Patrum (Constantinopoli) : Qui descendit, et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Hoc autem prætermisit Eutyches, sicut Apollinarista. Nam etiam Apollinaris suscipit sanctam synodum, quæ in Nicæa facta est ; secundum propriam perversitatem intelligens verba : et effugit de Spiritu sancto ex Maria Virgine, ut ne omnino unionem carnis confiteretur. Etenim sancti Patres, qui in Nicæa convenerunt, quod *incarnatus est*, dixerunt. Sancti autem Patres, qui post ipsos fuerunt, explanaverunt (Constantinopoli) dicentes : *De Spiritu sancto ex Maria Virgine.* » Legimus in Aclis : *Aegyptios Eutychi faventes clamasse : Nemo suscipit adjectionem, nemo diminutionem : Quæ in Nicæa constituta sunt, teneant. Malo dolo*



*Symboli Constantinopolitani* additamenta rejiciebant: ut illud vero constat, nondum apud illos formulam Constantinopolitanam invaluisse.

Subdola istorum indole denique perspecta, illi ipsi Chalcedonenses Patres, qui diu negaverant definitionem ullam *Nicænae formulæ et Constantinopolitanæ* alexandam, consueverunt denique haud ita legi Ephesinæ obstringi sese, quin uti facultate possent, fidem *de incarnato Verbo* explicandi peculiari appendice. Recitari jubent actione 5, primo *Symbolum Nicænum*, tum *Symbolum Constantinopolitanum*. Aiunt vero: *Sufficeret* quidem ad plenam cognitionem et confirmationem pietatis hoc sapiens et salutare divinæ gratiæ Symbolum (Nicænum et Constantinopolitanum). Sed *omnem machinationem* (hæreticorum) *contra veritatem* claudere volens præsens nunc sancta, et magna et universalis synodus... decrevit ante omnia, fidem integram et intemeratam permanere *trecentorum decem et octo sanctorum Petrum*. Confirmat doctrinam, quæ de substantia Spiritus sancti a *Patribus centum quinquaginta* postea congregatis in regia civitate 164 tradita est propter illos qui Spiritui sancto repugnabant: quam illi omnibus votam fecerunt, *non quasi aliquid deesset prioribus, utjicientes*: sed suum de sancto Spiritu intellectum Scripturarum testimoniis declarantes. » Suscipit etiam contra Nestorium et Eutychem Epistolas Cyrilli et Leonis Magni. Quibus demum sanctis Patribus adhærens, *Incarnationis articulum* diligentius exponit, docens: *Unum eundemque Dei Filium Dominum nostrum Jesum Christum, perfectum in Deitate, et eundem perfectum in humanitate*, etc. Hæc ad Symbolum Nicænum, et Constantinopolitanum *Appendix* a Patribus Chalcedonensibus condita fuit. Hæc sine dubio quædam est *decreti Ephesini* relaxatio, quæ ad ecclesiasticam disciplinam pertinet. Hæc demum synodi Chalcedonensis agendi ratio importunos Græcorum conatus frangit, qui legis ejusdem Ephesinæ rigore contra Latinos pugnant.

Adnotare tamen hoc loco operæ pretium fuerit, prædictam *Chalcedonensem Appendicem*, aliasque conditas in aliis conciliis contra emergentes errores, locum non habuisse unquam in publica *Symboli Constantinopolitani* recitatione, sive in baptisate, sive in Liturgia, ut capite insequente dicemus; ne prolixior quam par esset, confessio fidei aut baptizandis traderetur, aut legeretur inter Missarum solemnias: cum *Nicæna fides*, additamenti *Constantinopolitani* aucta, per sese *sufficiens ad plenam cognitionem et confirmationem pietatis* habita semper esset.

Solutam ergo, contritamque difficultatem, si quæ sumi ex *Ephesino decreto* potest, nemo non videat qui sapit. Rem hanc maxime confirmat *Symbolum ipsam Constantinopolitanam*, quod in communem totius Ecclesiæ usum non nisi synodus Chalcedonensis deduxit. Recole superius dicta num. 4, ita videlicet *synodum Ephesinam* confirmasse *Nicænam*

*A fidei formulam, alteramque condi fidem* inhibuisse, ut alias orthodoxas, quæ in Ecclesiis particularibus usu receptæ erant, non rejecerit. Nicæna simplici utebatur *Alexandrina* Ecclesia. Nicænam vocibus aliquibus auctam adhibebant *Antiochena et Phaladelphiensis*: ac in aliis *Constantinopolitanam* viguisse, perspicue colligitur ex verbis Diogenis Cyziceni jam allatis. Hinc patet, formulam eandem *Constantinopolitanam* ea minime ante synodum Chalcedonensem potitam fuisse auctoritate, ut ipsa una in quibusque Ecclesiis particularibus in usu foret. Tum vero sine dubio factum, ut Orientales Orthodoxæ Ecclesiæ, singularibus formulis prætermisissis, quibus utebantur pro libertate, paulatim *Constantinopolitanam* adhibere cœperint in baptismalis collatione; idemque Symbolum nihilominus in monumentis 165 ecclesiasticis appellari *Nicænum* consueverit, cum revera sit *Nicænum* aliquibus vocibus, tum claritatis causa, tum propter hæreses emergentes, auctum. Unde jam denique patet, legis *Ephesinæ* rigori derogatum fuisse, quæ *fidem alteram* a Nicæna simplici aut *proferri*, aut *conscribi*, et *componi* vetabatur.

Marcus Ephesius in synodo Florentina, sessione 5, hæcce vidit, ac præoccupare argumentum conatus est: « Statutum quippe fuit (inquiens), a Patribus Ephesinis, nulli deinceps patere licentiam immutandi quovis modo *Symbolum Nicænum*: quod idem est ac dicere *Constantinopolitanum*; virtute enim continetur in illo, amboque pro uno sunt habita. » Ephesinis Actis hæc repugnat interpretatio. Recitatum quippe actione 1 legimus *Nicænum simplex Symbolum*. Synodica ibidem legitur Cyrilli epistola ex synodo Alexandrina data ad Nestorium, ubi simplex eadem prostat Nicæna formula: ac una in Patrum acclamationibus *Nicæna fides* memoratur, *exposita in trecentis decem et octo sanctis Patribus*. Uterum actione 6, coram palamque recitatur *Nicæna fides*: affectur *Christiana*, quæ vocibus aliquibus adjunctis differt a Nicæna: additurquo demum corruptum Symbolum Nestorianum, *Constantinopolitana* additamenta apparent nullibi: decretumque Ephesini Patres ferunt, quo præscribitur *alteram fidem nemini licere proferre, aut conscribere, aut componere, præter definitam a sanctis Patribus, qui in Nicæna cum Spiritu sancto congregati fuerunt*. Lubens fateor, *Constantinopolitanam* formulam dici posse *Nicænam*: ut istam sine dubio, non illam præ oculis habebat synodus Ephesina. Fateor etiam, Patres Ephesinos decreto suo non rejecisse formulam *Constantinopolitanam*, aliasque orthodoxas in Orientalibus Ecclesiis usu receptas: at inde argumentum sumitur contra Marcum Ephesium, suosque Græcos, legem Ephesinam tam rigide interpretantes, eaque abutentes. Aio demum, synodi Chalcedonensis auctoritate factum, ut *Symbolum Constantinopolitanum*, Nicæno prætermisso, ac aliis prætermisissis peculiaribus, in communem usum

Ecclesiæ deduceretur : quod est a rigore legis Ephesinæ recedere.

VII. Hanc sibi convenire auctoritatem in eo, quod est *ecclesiasticæ disciplinæ* caput, synodi posteriores, et Ecclesiæ particulares, et Ecclesiarum antislites minime dubitarunt. Professiones aliquas fidei profero, quæ instar *Symboli* editæ fuerunt, ac dici possunt *Symbolum* idem *Nicænum*, et *Constantinopolitanum* additamentis auctum. Hujusmodi est *Expositio fidei*, superius laudata, quam Cyrillo Alexandrino obtulerunt Orientales. Hujusmodi dici debet **166** formula illa, quæ in sexta synodo œcumenica anno 680 celebrata legitur actione 4, in epistola 2 *Agathonis papæ*, his verbis : *Credentes in Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ*, etc. Libellos fidei suæ Petrus episcopus Nicomediæ, et Georgius presbyter monachus obtulere actione 10. Hic vero eorum libellus ipsissimum est *Symbolum Constantinopolitanum*, cum additamentis hæresi Monotheliticæ adversis. Incipit : *Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ*, etc. *Symbolum* istud reclamante nemine susceptum est : imo *Constantinus* (Pogonatus) *piissimus imperator, et sanctum concilium dixerunt, ut ipsi libellos, quos polliciti sunt propriæ fidei, jurantes offerunt.*

In synodo œcumenica septima, Nicæna II, anno 787 habita, Basilius Ancyranus, et alii cum ipso episcopi, Iconomachorum antea polluti hæresi, fidem orthodoxam profitentur actione 1 oblata formula, quæ *Symbolum Constantinopolitanum* continet, et alia plura additamenta. Incipit : *Credo, et confiteor in unum Deum Patrem omnipotentem, et in unum Dominum Jesum Christum*, etc. Pares sunt, quæ habentur actione 3 formulae fidei a Tarasio patriarcha Constantinopolitano, et a Theodoro Hierosolymorum patriarcha oblatae, pluribus additamentis formulam vulgatam *Constantinopolitanam* augentes. His vel hodiernum Græcorum usum addo, qui in episcopi consecratione servatur. Ac primum clara voce dicit ipse *Symbolum sanctum hoc pacto : Credo in unum Patrem omnipotentem* ; scilicet *Constantinopolitanum*. Tum alium libellum fidei instar *Symboli* pronuntiat, qui incipit : *Credo in unum Deum tribus personis distinctum*, etc. Ac denique tertiam professionem legit, quæ ipsum *Constantinopolitanum Symbolum* est adjectionibus pluribus locupletatum. Euchologium ad, et exponit hujusmodi demum formulam in ordinatione episcoporum, ac Romani pontificis in usu positas fuisse Romæ, et in Occidente, dicemus infra, notumque facit Liber diurnus Romanorum pontificum a Garnerio vulgatus.

Repeti contra Græcos augmentatio potest. Decreto suo synodus Ephesina velat, ne altera fides præter *Nicænam*, proferatur, aut conscribatur, aut componatur. Atqui tot allatae formulae *Symbolum* exhibent, quod est alterum a *Nicæno* et *Constantinopolitano*, additamentis videlicet longe pluribus

auctum. Cur ergo *Ephesinam legem* Græci violarunt? Sed altera fides illa, quam vocant Ephesini Patres, vel intelligitur catholicæ fidei adversa doctrina : quo utique sensu novis illis fidei formulis prolatis et conscriptis, utpote orthodoxis, violata dici nequit Ephesina lex. Sed neque addita, **167** *Filioque*, voce violatur ipsa. Vel altera eadem fides intelligitur fidei formula, quæ a Nicæna, aut Constantinopolitana nullo modo differat. Id si contendant Græci, sese primum crimine purgent, cum post Ephesinam synodum tot alteras protulerint formulas : aut nobiscum fateantur, rem hanc quæ ad *ecclesiasticam disciplinam* pertinet, mutationes pro variis emergentium hæresum circumstantiis, quas Ecclesia pro sua auctoritate expendit, subire potuisse, ac debuisse.

Ad *Spiritus sancti originem* quod attinet, dignissimum est animadversione additamentum, quod in laudato *Symbolo Turusiano* legitur in synodo Nicæna in œcumenica actione 3 : *Et in Spiritum sanctum, Dominum, et vivificantem, τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἑῦν ἐκπορευόμενον, ex Patre per Filium procedentem, et eundem Deum esse et cognosci.* Hæc est Latinorum additio, *Filioque* : quam in professionibus fidei extra *Symbolum Constantinopolitanum* jam exprimebant superiori et hac ætate Romani pontifices, ut infra dicendum.

### CAPUT III.

*Fidem alteram, quæ scilicet rectæ fidei orthodoxæ adversatur, proferri, aut conscribi velant synodus œcumenica Chalcedonensis, et synodi posteriores. Constantinopolitanum Symbolum post eandem synodum Chalcedonensem passim vocari Nicænum consuevit. Illud fecere Liturgiæ partem Ecclesiæ orthodoxæ Orientales. Regula fidei expenditur, quæ synodo Toletanæ i adsuta reperitur. In concilio œcumenico particula, Filioque, addita non est ad Symbolum ; sed illam passim extra Symbolum adhibebant Patres.*

Decreta fidem alteram inhibentia, quemadmodum Ephesina synodus, ita posteriores etiam tulere synodi œcumenicæ : alteramque fidem intellexerunt, quæ fidei rectæ adversatur. Sensus est, qui vocis *Filioque* adjectionem non excludit, crimenque amolitur Latinis impactum. Synodus œcumenica Chalcedonensis actione 5 statuit, *Symbolum Nicænum* permanere integrum ac intemeratum : *Symbolum Constantinopolitanum etiam confirmat ; additque Appendicem*, qua contra Eutychianos articulum de incarnatione Domini nostri Jesu Christi declarat. Tum vero decretum his verbis edit : *His igitur cum omni undique exacta cura, et diligentia a nobis dispositis, definiit sancta et universalis synodus : alteram fidem nulli licere proferre, aut conscribere, vel componere, 168 aut sentire, aut alios docere. Eos autem, qui audent componere fidem alteram, etc.* An fidem alteram ita intellexerint Patres Chalcedonenses, ut formulam quamcumque *Symboli* inhibuerint, quæ a *Nicæno*, et *Constantinopolitano*, una etiam, vel paucis vocibus adjectis, differret ? Hunc rejiciunt sensum tot

Symbolorum formulæ superius indicatæ, quas œcumenica posteriora concilia susceperunt, et approbarunt. An ita *fides altera* inhibita intelligatur, ut in posterum non liceret, aliis uti verbis in articulo *Incarnationis*, nisi quæ synodus eadem Chalcedonensis usurpavit? Hunc etiam sensum remouent memoratæ Symbolorum formulæ. Non abnuerim, inhibere synodum potuisse, ne voces aliquæ minuerentur, aut adderentur illæ, eo inductam consilio, ut errores procul arceret omnes, quos imperiti, aut imprudentes, aut errantes homines, *addendo* vel *minuendo*, inchoero possent: at præcipuum jam constat mentem fuisse, *minutiones* et *additiones* vetare illas, quæ rectam fidem orthodoxam labefactarent.

Prudentissimum innotescit idem consilium in synodis posterioribus. In œcumenica vi, prostat actione 4 epistola 1 *Agathonis* Romani pontificis, ubi non longe ab initio hæc habentur: *Quæ regulariter a sanctis atque apostolicis prædecessoribus, et venerabilibus quinque conciliis definita sunt, cum simplicitate cordis, et sine ambiguitate a Patribus traditæ fidei conservamus: unum, ac præcipuum bonum habere semper optantes, atque studentes: ut nihil de eis quæ regulariter definita sunt, minuat, nihil mutetur, vel augeatur: sed eadem verbis, et sensibus illibata custodiantur.* Hanc epistolam ibidem sequitur ejusdem *Agathonis* alia ex synodo Romana data, in qua *fidei professio* instar *Symboli* inseritur, utique Symbolo Nicæno, et Constantinopolitano, ac definitioni Chalcedonensi consona, verbis tamen pluribus ac prolixis additamentis locupletata.

Synodalis definitio contra *Monothelitas* edita legitur actione 18. Symbolum *Nicænum*, et *Constantinopolitanum* recitantur; et hæc *sufficere*, inquit Patres, *ad perfectam orthodoxæ fidei cognitionem.* Nihilominus *incarnationis* mysterium, quod attinet ad *voluntatem et operationem in Christo duplicem*, prolixa Appendice declarant. Definiuntque demum: *Aliam fidem nulli licere proferre, aut conscribere, componere, aut sapere, vel etiam aliter docere.* Aliam scilicet intellige fidem, quæ non sit recta orthodoxa fides, sed errantium commentum prædictæ definitioni adversum. Interim coacti in hac synodo Patres actione 4 et 10, *fidei professiones*, instar *Symboli* editas, susceperunt et approbarunt, 169 quæ differunt vocibus a *Nicæna* et

*Constantinopolitana* fidei formula.

Hujusmodi varia *Symbola*, quæ lecta in synodo *Nicæna* ii, et approbata fuere, jam memoravimus. Fidei definitionem contra *Iconomachos* continet actio septima: scilicet *Symbolum Constantinopolitanum*: anathemata contra hæreses, *Arianam, Macedonianam, Nestorianam, Eutychianam, et Monotheliticam*: ac demum *Appendicem* contra *Iconomachos*: *Eos ergo*, inquit Patres, *qui audent aliter sapere, aut docere, aut secundum scelestos hæreticos ecclesiasticas traditiones spernere, et novitatem quamlibet excogitare, vel projicere aliquid ex his quæ sunt Ecclesiæ*

*A deputata, etc.* Synodi Ecclesiæque consilium perspicuo jam vides: quod obstatæ adjectæ particulæ, *Filioque*, insanus esto qui contendat.

II In usum Ecclesiæ communem, auctoritate synodi Chalcedonensis œcumenicæ, deductum fuisse *Constantinopolitanum* Symbolum, dubium nullum. Recole dicta capite superiore num. 5. Animadversiones addere nonnullas, mihi liceat. Origo *Symboli Constantinopolitani* ad particularem aliquam Ecclesiam, privatosque scriptores referenda est, tempore inter *Nicænam primam* synodum mediante, ac inter *primam Constantinopolitanam*. Illud primus vulgavit *Epiphanius*: idemque amplexati sunt *centum et quinquaginta Patres*, qui anno 381 contra *Macedonium* synodum Constantinopoli celebrarunt. Synodum istam generalem fuisse, utpote *Damasi* suavis pontificis auctoritate coactam, censet *Baronius*. *Ex post facto*, ut inquit, eidem accessisse synodi œcumenicæ auctoritatem, arbitrantur alii: vel *Damaso* papa eam confirmanle, ut aliquibus placet; vel saltem *Leone Magno* in synodo Chalcedonensi; aut certe *ipsa synodo* priorem Constantinopolitanam, cum decretis fidei, ac Symbolo prædicto, suscipiente, et approbante.

In utramlibet sententiam disserit *Christianus Lupus* tomo I, in Scholiis ad eandem synodum, cap. 4; et tomo V, in Scholiis ad dictatum *Gregorii VII*, canone 21, quæst. 3. *Litterarum confirmationis*, quas diderit *Damasus*, nullibi mentio: sed neque ulla mentio ejusdem *Constantinopolitanæ* synodi, in eaque editi *Symboli*, in œcumenica synodo *Ephesina*.

C Ignoram sibi eam synodum, ignotumque Symbolum testati sunt episcopi in conciliabulo, quod in causa *Eutychetis* Ephesi celebravit *Dioscorus*. Id *Eutychianos* ignorare potuisse, negat *Evoptius* *Cyzicenus* cum suis comprovincialibus episcopis in epistola, quæ prostat in codice encyclico: simulque modum indicat, quo synodus illa Constantinopolitana, 170 ejusque symbolum auctoritatem obtinuerint in Ecclesia. Verba sunt: *Hanc synodum... præ omnibus quidem veritas confirmavit: eademque tanto tempore robur accepit.* Ut ut denum sese res habeat. Certum sit comperitque *Symbolum* idem *Constantinopolitanum*, non nisi post synodum Chalcedonensem, communi Ecclesiarum usu receptum fuisse: ac synodum etiam, quam centum et quinquaginta Patres in urbe Regia anno 381 celebrarunt, connumerari inter œcumenicas passim cœpisse.

Ea vero auctoritas, ac reverentia prædicto Symbolo accessit, ut absolute *Nicænum* vocari consueverit. In synodo Constantinopolitana, quæ anno 536, sub *Mena* celebrata fuit, exstat actione 5 synodica alterius Constantinopolitani concilii anno 518 celebrati epistola ad *Joannem* patriarcham suum, ubi hæc habentur: « Tertium capitulum in petitione continebatur ut pro majori Scripturarum auctoramento, sancta et magna synodus trescentorum decem et octo Patrum congregatorum in *Nicæa*, qui sanctum *Symbolum fidei*

definierunt et exclamarunt, *In quo baptizati sumus, et baptizamus* : et quæ in Constantinopoli sub Neclario sanctæ memoriæ congregata est, et prædictum sanctorum *Symbolum trecentorum decem et octo Patrum confirmavit*, apponantur in sacris diptychis. » Patet *Symbolum Constantinopolitanum*, licet additamentis auctum, dici *Symbolum Nicænum*, in synodo regie urbis confirmatum. Paria sunt, quæ monachi ibidem scribunt sua in epistola : *Petimus, inquierentes, ut sanctæ synodi pro tempore congregatæ pro fide, ponantur in sacris libris : hoc est, Nicænum, quæ exclamavit Sanctum Symbolum in quo baptizati sumus, et baptizamus : et Constantinopolitana, quæ ipsum confirmavit* : Et Ephesina, quæ similiter confirmavit, atque etiam Chalcedonensis, quæ similiter signavit. Eadem verba frequentius repetentur in libello, qui loco citato refertur inscribiturque, *Quomodo prædicatæ sint synodi* ; ac demum in *Rescripto* habentur, quod subicitur, *Joannis Hierosolymitani, et episcoporum qui sub eo sunt, ad Joannem Constantinopolitanum*. Hæc vero evincunt omnia, Ecclesiam, quæ sine crimine, simplici relicta *Nicæna Symboli forma*, in usum communem *Symbolum Constantinopolitanum* additamentis auctum adduxit, pari gaudere potestate, ut ipsam etiam *Symboli Constantinopolitani formulam* pro temporum circumstantiis, ac necessitate adigente augere potuerit.

III. Additamenta *Constantinopolitanum* pertinacissime rejiciebat Eutyches in synodo Chalcedonensi, ac rejicere perrexerunt Eutychiani, seu Monophysitæ. Recole dicta capite superiore num. 5. Eiusdem 171 contemplum *Symboli* ut coram palamque ostenderent Petrus Fullo Antiochenus, et Timotheus Constantinopolitanus, Chalcedonensis concilii hostes, *Nicænum simplex Symbolum* fecere sacra Liturgiæ partem. Theodorus lecto, libro II, refert : Petrum Fullone n, seu Cnaphæum, cum rursus episcopatum recuperasset Antiochenum, excogitasse ut in singulis collectis *Symbolum* diceretur. Nicænum fuisse, hæc alia ejusdem Theodori verba evincunt : *Timotheus* (episcopus Constantinopolitanus) *Symbolum fidei trecentorum et octodecim Patrum in singulis collectis recitari præcepit, in odium scilicet Macedonii, quasi ille non susciperet id Symbolum*. Secundam Cnaphæi irruptionem in sedem Antiochenam ad annum 476 pertinere, docent Lequienus, in *Oriente Christiano*, continuatores Bollandi, tomo IV Julii, Antonius Pagius. Macedonio hujus nominis secundo anno 511 in exilium pulso, Monophysita Timotheus sullectus est in sedem Constantinopolitanam, rexitque Ecclesiam illam septem annos. Invecti novi ritus auctor fuit in Antiochena Ecclesia Petrus Fullo : ipsumque imitari in Ecclesia regie urbis Timotheo placuit.

Verba illa, in *odium Macedonii*, expendens Natalis Alexander, colligere sibi visus est : agi eo loci de *Symbolo Constantinopolitano*, tametsi dicatur illud *trecentorum et octodecim Patrum* ; Macedonium

A scilicet intelligens, Spiritus sancti divinitatis hostem, in synodo Constantinopolitana damnatum. Ita ille sæcula IV dissertatione 37, art. 1, in fine. Fallitur vir doctus. Macedonius est, non *primus*, qui Spiritus sancti impugnavit divinitatem : sed hujus nominis *secundus*, immediatus ipsius Timothei præcessor, catholicæ fidei in Chalcedonensi concilio statutæ professione clarus. Hanc ob causam ab Anastasio imperatore in exilium anno 511, pulso, ipse Timotheus hæreticus, et synodi Chalcedonensis impugnator, sullectus fuit. Plurimum egit homo, Theodoro lectore teste, contra ipsum Macedonium : ac inter alia *Symbolum fidei trecentorum et octodecim Patrum* (Nicænum) in singulis collectis recitari præcepit, in odium scilicet *Macedonii* (præcessoris), quasi ille non susciperet id *Symbolum* (nempe Nicænum).

B Ritui porro, quem pravo consilio invexerant hæretici Monophysitæ, ritum opposuerunt orthodoxi, quo palam eorumque in sacra Liturgia reclam et catholicam incarnationis Dominicæ fidem profiterentur, *Symbolo Constantinopolitano*, quod rejiciebant illi, adhibito. Præsto est ecclesiasticum monumentum, quod ad annum 518 pertinet : quo maxime constat, jam tum in usu fuisse apud orthodoxos, ut in divina Liturgia *Symbolum fidei* recitaretur. 172 In libello superius memorato. *Quomodo prædicatæ* (seu promulgatæ) *sint synodi*, anno 518 scripto, Justino seniore catholico post Anastasium regnante, hæc habentur verba prope finem : *Post lectionem sancti Evangelii, cum Missa ex more celebraretur, et clausis januis, et sacro Symbolo* (τὸ ἅγιον μυστήριον) *ex more recitato, (κατὰ τὸ νόθηον, ubi ventum est ad Diptycha, etc. Symbolum fidei jam anno 518 ex more lectum recitatum que ab orthodoxis fuisse, perspicue patet.*

C At illud erat *Symbolum Constantinopolitanum*. Id utique satis indicant monumenta, quæ numero superiore adduximus ex concilio sub Menna. Accedit luculentissima confirmatio ex Chronico abbatis Joannis Biclarenensis Lusitani, qui sæculo sexto florebat. Verba sunt : *Romanorum* (imperator) *III, Justinus junior annis undecim. (qui Justinus anno primo regni sui (Christi 566), ea quæ contra synodum Chalcedonensem fuerant commenta, destruxit, Symbolumque sanctorum 150 Patrum Constantinopoli congregatorum, et in synodo Chalcedonensi receptum, in omni Ecclesia catholica a populo concinendum intromisit, priusquam Dominica dicatur Oratio. Quæ nempe Justinio seniori conveniunt, et anno 518 facta sunt, deceptum Biclarensem tribuisse Justinio juniori, et ad annum 566 retulisse, latiore ostendimus oratione in nostra dissertatione de fide auctoris operum, quæ vulgo Arcopagitica dicantur, capite 13. Hæc numeratur Dissertatio nona inter eas, quas vulgavimus simul collectas, De gestis et scriptis et doctrina sancti Thomæ Aquinatis. Communem usum, in quem Symbolum Constantinopolitanum cum suis Additamentis dedu-*



xit pro sua auctoritate Ecclesia, videant Græci, ac attentius expendant.

IV. Ad particulæ *Filioque*, adjectionem proximius pertinent, quæ sequuntur. Synodo Toletanæ i quæ ad annum 400, in Collectionibus conciliorum refertur, *Regula fidei* subjicitur *contra omnes hæreses, et quammaxime contra Priscillianos*. Ea dicitur *ab episcopis Tarraconensibus, Carthaginensibus, Lusitanis, et Bælicis facta: et cum præcepto papæ urbis Romæ Leonis ad Balconium episcopum Galliciæ transmissa*. Formula est instar *Symboli* edita, ac incipit: *Credimus in unum Deum Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum*, etc. De sancto eodem Spiritu hæc habentur: « Spiritum quoque Paraclitum esse, qui nec Pater sit ipse, nec Filius: sed a Patre *Filioque* procedens. »

Romanam sedem anno 400 conscendit sanctus Leo Magnus: unde Toletanæ synodo primæ tribui *Regula* illa non potest. Ad annum 447 refertur *concilium Hispanicum generale*, suavis Leonis 173 pontificis indictum in causa Priscillianistarum. Præter *fidei regulam* superius memoratam, nihil *existare*, adnotant conciliorum collectores. Hinc vero edita illa videtur in hac synodo. Rem hanc, et synodi locum certo addiscimus ex synodo Bracarense anni 563: « Lucretius episcopus dixit: ... Credo, vestræ beatitudinis fraternitatem nosse, quia eo tempore quo in his regionibus nefandissima Priscillianæ sectæ venena serpebant, beatissimus Papa urbis Romæ Leo. . . . per Turibium notarium sedis suæ ad *synodum Galliciæ* contra impiam Priscilliani sectam scripta sua direxit. Cujus etiam præcepto Tarraconenses, et Carthaginenses episcopi, Lusitani quoque, et Bælici, facto inter se concilio, *Regulam fidei* contra Priscillianam hæresim, cum aliquibus capitulis conscribentes, ad *Balconium* tunc hujus Ecclesiæ Bracarensis præsullem direxerunt. » Memoratum Leonis Magni *præceptum* legitur in ejusdem epistola apud Quesnellium 14, ad annum 447 pertinente, ad *Turibium episcopum Asturicensem* directâ, quæ his verbis clauditur: « Dedimus itaque litteras ad fratres, et coepiscopos nostros *Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitanos, atque Gallicos*: eisque consilium *synodi generalis* indiximus. Ad tuæ dilectionis sollicitudinem pertinebit, ut nostræ ordinationis auctoritas ad prædictarum provinciarum episcopos deferatur. Si autem aliquid, quod absit! obstiterit quominus possit celebrari *generale concilium*, Galliciæ saltem in unum conveniant sacerdotes. »

Hanc eandem *Regulam fidei*, quam memorati episcopi inter se convenientes ediderunt, exhibet integram sermo 129, inter eos *de tempore*, quos Augustinus concinnavit. Exstat in Parisina monachorum Sancti Mauri editione in appendice num. 233, et in codice canonum Ecclesiæ Romanæ, num. 40, sub titulo *Libelli Augustini de fide catholica contra omnes hæreses*. In isto sanctus Spiritus dicitur *a Patre procedens*: in illo, *a Patre Filioque*.

A Hanc esse genuinam lectionem, conjici potest ex laudata Leonis magni epistola, qui veram contra Priscillianistas fidem episcopis Hispanis tradens, ait, capite 1: « Primo itaque capitulo demonstratur, quam impie sentiant de Trinitate divina; qui et Patris, et Filii, et Spiritus sancti unam atque eandem asserunt esse personam, tanquam idem Deus nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus sanctus nominetur: nec alius sit qui genuit, alius qui genitus est, alius qui *de utroque processit* » Ex hac demum fidei regula vocem *Filioque* in ipsum *Constantinopolitanum Symbolum* transtulisse insequenti sæculo vi Ecclesiæ Hispaniarum, capite sequente dicendum.

B 174 V. Sæculo septimo Ecclesiam omnem Occidentalem legisse *adjectionem* in eodem Symbolo Constantinopolitano, narrat Manuel Calecas. Is natione Græcus, ante annum 1400 clarebat litteris Constantinopoli, ibique nomen ordini Prædicatorum dedit in Cœnobio Petræ pridem erecto. Salutis gentilium suorum studio flagrans, plurima scripsit quibus eos revocaret ab erroribus. De prædictæ *Additionis* tempore sic habet libro iv *Contra Græcos*: « Indicat enim et beatus Maximus in Epistola ad Marinum: *Additionem hanc*, non quando Ecclesiarum scissura facta est, sed longe ante additam esse, et forlassis ante sua tempora. Fuit autem eo tempore, quo sexta synodus conlata est. Propterea, rebus urgentibus, cum *quosdam Occidentalis Ecclesiæ* hæc pestis paulatim ac sensim indiceret, conveniens synodus, *ex Filio etiam Spiritum sanctum procedere*, Symbolo adjecit: ad quod Romani Pontificis sufficisset auctoritas, quæ etiam synodos reliquas corroborat. »

C Sextam synodum œcumenicam anno 680 celebrare coeperunt Patres. Longe ante, scilicet anno 662, vita migraverat Maximus: sed ipse Martinum Papam anno 649 impulit ad celebrandum Lateranense adversus Monothelitas concilium: eique præsens adfuit. Orationem suam perorare contra Græcos pergunt Calecas ibidem: « Neque sane mirandum, Romanum episcopum, *convocato Occidentali episcoporum concilio*, illud decrevisse. Nam si provinciæ sæpe singulæ concilia celebraverunt, eisque auctoritas derogata non est: multo sane magis hoc ille potuit cum omnibus circum se episcopis, qui pastor primus, et Ecclesiæ totius Pater est. . . . Si quis interroget, quid sit: quod cum ista *additio antiqua sit*, non etiam *ab Orientalibus* Symbolo inserta sit: primum quidem, debita subjectione ac reverentia Romano Pontifici ejusque Ecclesiæ reddita, nihil ex hoc (ex omissione particulæ *Filioque*), in fide vel differre, vel contra sentire putabantur. . . . Deinde necesse non fuit reclam et congruam de Filio, et sancto Spiritu intelligentiam habentes, *cum additione Symbolum legere*, etc. . . . Si quis objiciat, oportuisse Græcos etiam vocari, et Synodo de sententia omnium communicare: primum quidem *cum nota omnino res esset* (cum scilicet processio Spiritus sancti a

*Patre et Filio seu per Filium* in ore jam ævo illo foret Patrum Græcorum ac Latinorum), necesse non fuit, omnibus hanc conveniendi molestiam indicere, etc. . . . Nam si (demum) *additionem impiam* existimant : cur sancti Maximi temporibus, atque ante hunc, quando *Symbolum ita omnis Occidentalis Ecclesia* 125 *legebat*, Oriens totus hanc impietatem non redarguit, neque ab Ecclesia Romana abscissus est? At id quidem illi non fecerant. Imo coacta *sexta et septima synodo*, adjectionem hanc *ut piam* liquido comprobaverunt : neque quia vocati non sunt, graviter tulerunt. « Bona mista malis (lubens fateor), propinat Calecas.

In hanc *additionis* chronicam totam consentire videtur Joannes Beccus, oratione 2 de injusta sui depositione, num. 6 : *Veluti primam*, inquit, *contradictionis principium de additione relate sancti Maximi offendimus*. Annalium parens Baronius, ad ann. 680, num. 32, sic ait : « In ea que a sancta Synodo (Romana sub Agathone papa) in synodali epistola scribitur, catholicæ fidei sincera confessione (que legitur actione 6 Synodi vi œcumenicæ), stylus scribarum mendax operatus est falsitatem. Dum enim ibi legeretur : *Credimus et in Spiritum sanctum Dominum, et vivificantem, ex Patre Filioque procedentem* ; abrado nomine, *Filioque*, a Patre procedentem tantum, relictum est. Detecta fuit ejusmodi impostura Græcorum, in concilio Florentino a Juliano S. R. E. cardinali in disputatione, quam habuit contra Græcos. »

Deceptus hæc narrat Baronius. In synodo Florentina sessione 5, post alias constitutas ævo superiori *definitiones fidei*, ea etiam referuntur, quam edidit Patres in *synodo septima, seu Nicæna secunda œcumenica*. In Actis hæc habentur : « Ea definitio cum a nobis recitaretur, prolatus est alter codex a Latinis antiquus manuscriptus, in quo eadem hujus synodi definitio continebatur. Inventumque est, ubi de Spiritu sancti divinitate agitur, iis verbis *ex Patre procedentem*, additum et *ex Filio*. » Hinc mota Græcos inter et Latinos controversia. Julianus S. R. E. cardinalis hæc ad imperatorem habuit verba : « Serenissime imperator, prolatum a nobis *Symbolum* in *septima synodo*, scriptum est in vetustissimo codice : et impossibile est suspicari, aliquam in eo factam esse mutationem. » Agebatur ergo de *Symbolo Constantinopolitano*, quod insertum legitur definitioni *synodi septimæ œcumenicæ*, non *sectæ*. Ac de re iterum capite insequenti. Additione porro illa caret in conciliorum Collectionibus definitio sextæ synodi.

Auctum voce illa, sancti Maximi confessoris ætate, *Symbolum Constantinopolitanum*, non ego admisserim. Ex ejus epistola ad Marinum Cypri presbyterum ulique constat, Monothelitæ Constantinopolitanos in eo etiam Romanum pontificem reprehendisse : quod 176 *dixerit*, *Spiritum sanctum etiam ex Filio procedere*. Quod impactum orimen ipse Maximus his amolitur verbis : *Et*

*A primo quidem consonantia Latinorum Patrum testimonia protulerunt* (Romani, quos Romæ consulebat Maximus), *præterea etiam Cyrilli Alexandrini* (testimonium proferebant). Hæc evincunt, juxta Maximi mentem, et auctoritatem in ore scriptisque Latinorum Patrum Spiritus sancti processionem offerri *ex Patre Filioque*, ac etiam Græcos Patres consentire : minime tamen in *Symbolo Constantinopolitano* adjectam legi particulam *Filioque*. Rem verissimam Maximus referebat. Sancti Leonis Magni textum superius descripsimus ex Epistola ad Turribium Asturicensem anno 447 data : *Spiritus sanctus, inquit, qui de utroque processit*. Consona verba in sua *Regula fidei* eodem anno inseruerunt Hispani episcopi : *Sed a Patre, inquit, Filioque procedens*. Anno 521, ad Justinum Seniores Augustum scripserat Hormisdas Papa deoretalem epistolam, quæ in Collectionibus conciliorum numeratur 79, in eaque hæc habentur, quæ a Græco imperatore, Græcisque aliis minime reprehensa fuerunt : *Proprium Spiritus sancti est, ut de Patre et Filio procederet sub una substantia Deitatis*. In fidei quoque professione, quam sanctus Gregorius Magnus anno 590, in solenni suæ inaugurationis ritu emiserat, hæc habentur apud Joannem Diaconum in ejus Vita : *Spiritum vero sanctum, nec genitum, nec ingenitum, sed coeternum, de Patre et Filio procedentem*.

Synodum convocasse Romanum Pontificem, invehit Calecas : in eaquo factam *additionem ad Symbolum Constantinopolitanum*, refert. Loco citato ex ejus libro iv *Contra Græcos* hanc nominat synodum, inquit : *Quapropter Damasus, qui tunc erat Romanus episcopus, coacto concilio, Symbolo adiecit, ex Filio procedere Spiritum sanctum*. Ecclesiastica repugnantia documenta certa, quæ capite superiore expendimus num. 1.

#### 177 CAPUT IV.

*Hispaniarum Ecclesiæ sexto sæculo additamentum ad Symbolum Constantinopolitanum recipiunt : ipsamque canere ceperunt inter Missarum solennia. Id etiam sæculo octavo ab Ecclesiis Gallicanis factum : causa et occasio exhibetur, vindictæque afferuntur Paulini Aquileiensis. Definitio consilii Nicæni u œcumenici expenditur : ac Baronii asserta quædam refelluntur. Ab eodem Additamento alienum se præbet Ecclesia Romana : Collationis acta cum Leone III illustrantur. Imo neque Symbolum hæc ætate in eadem Romana Ecclesia aut canebatur, aut legebatur in Liturgia.*

1. Particulares Ecclesiæ fuere, quæ in synodis suis pro temporum circumstantiis adversum hæreses particulam, *Filioque*, addiderunt *Symbolo Constantinopolitano* : quod etiam sacrae Liturgiæ partem fecere. Prima adest synodus Toletana in, anno 589 celebrata : in qua *Gothi, Arianae hæreses perfidia abjurata, orthodoxam fidem profiterentur*. Recaredus rex lato sermone synodum aperit. Dogmata fidei prolitentur, ac inter alia *Spiritum sanctum a Patre et Filio procedere, et cum Patre et Filio unius esse substantiæ*. Nicæna Symboli formula recitatur. Additur *Symbolum Constantinopo-*

*litatum*, in quo additio facta legitur : *Credimus et in Spiritum sanctum Dominum et vivificantem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum, et glorificandum, qui locutus est per prophetas. Canone 3, anathema dicitur, quicumque Spiritum sanctum non credit, aut non crediderit a Patre et Filio procedere, eumque non dixerit, coæternum esse Patri et Filio, et coequaltem.* Hæc nos docent Arianos, qui jugo suo Hispanias subdidicant, impia commenta, quæ contra sanctissimam Trinitatem didicerant in Oriente, illuc transtulisse, fidemque catholicam pluribus invecis erroribus labefactasse. Processionem Spiritus sancti ex solo Patre profitebantur illi : quod habuerunt Hispani Patres pro impio dogmate.

Capitulo II hæc constituta leguntur : « Pro reverentia sanctissimæ fidei, et propter corroborandas hominum invalidas mentes, consultu piissimi et gloriosissimi Domini nostri Reccaredi regis, sancta constituit synodus, ut per omnes Ecclesias Hispaniæ, vel Galliciæ (ul. Galliæ, scilicet Narbonensis), secundum formam Orientalium Ecclesiarum, concilii Constantinopolitani, hoc 178 est 450 episcoporum *Symbolum fidei* recitetur : ut priusquam Dominica dicatur oratio, voce clara, a populo decantetur ; quo et fides vera manifestum testimonium habeat. » *Symbolum* intellige particula *Filioque* ad ductum. Hanc additionem retinere, ac propagarunt Hispanicæ sequiorum temporum synodi, *Toletana VIII* anno 653 ; *Emeritensis* anno 666 ; *Bracarensis III*, anno 675 ; *Toletana XII*, anno 681 ; *XIII*, anno 684 ; *XV*, anno 688 ; et *XVII*, anno 694. Præter *Symbolum Constantinopolitanum* aliæ prostant prolixiores, instar *Symboli* formulæ, cum additamento, in synodo *Toletana XI*, anno 675, et in *Toletana XVI*, anno 693. His addo formulam, quæ legitur in Anglico generali concilio, sive *Huethfeldensi* anno 680, de qua mentionem agit Beda, libro I *Historiæ gentis Anglorum*, capite 17.

II. Contra sancti Spiritus processionem ex Patre *Filioque* bellum acre moverunt *Iconomachi* sub imperio maxime Constantini Copronymi, qui anno Christi 719 natales habuit, et anno insequenti dictus est imperator. Solus regnare cœpit anno 741, post obitum Leonis Isauri patris, cujus impietatem contra sacras imagines pro hereditate habuit. Græci, qui pro hæreticis traducebantur, ab Occidentalibus, Occidentales ipsos de processione Spiritus sancti, quam ex Patre et Filio asserebant, ut redderent par pari, veluti de crimine insimulabant. Hinc frequentes hæc de re synodi celebratæ habitæque disputationes.

Prima quæ reperitur, synodus est *Gentiliacensis* sub Pipino Francorum rege anne 767 celebrata. Occasionem dedit Constantini Græcorum imperatoris legatio ad regem. Hæc de re admonitus Paulus summus pontifex, litteras ad eundem Francorum regem reposuit, quæ in codice Carolino habentur

num. 26, verba sunt : « Direxit nobis excellentiæ vestræ Christianitas, significans de missis nostris, vestrisque, atque Græcorum qui a regia urbe reversi sunt, eos apud vos esse detentos. Interim quod aggregatis vestris sacerdotibus atque optimalibus, conjicere seu perpetrare valeatis : quid de his, quæ vobis directa sunt, respondendum sit. Et quidem nobis hæc de re aliter confidendum non est a vobis responderi, nisi quæ ad exaltationem sacrosanctæ spiritualis Matris vestræ *Romane Ecclesiæ*, atque *Orthodoxæ Fidei* pertinere noscuntur. » Legationis caput alterum spectabat Italiae regiones a Pipino Romanæ Ecclesiæ attributas. Spectabat alterum dogma processionis ex Patre *Filioque*. Ado Vicunensis in Chronico sic ait : *Facta est synodus anno Incarnationis Domini 769, et questio ventilata inter Græcos, et Romanos de Trinitate : et utrum 179 Spiritus sanctus sicut procedit a Patre, ita procedat a Filio ; et de sanctorum imaginibus, utrumne fingendæ, aut pingendæ erant in Ecclesiis.* Locum designant *Annales Francorum villam Gentiliacæ*. In *Berlinianis* hæc habentur : *Pipinus celebravit Pascha in Gentiliaco anno Domini 767. Tunc habuit in supradicta villa synodum magnam inter Romanos et Græcos de sancta Trinitate, vel de sanctorum imaginibus.*

Gallicanas Ecclesias, hæc data occasione, *Symbolum Constantinopolitanum* particula *Filioque* auxisse, verisimillimum est. Rem colligo ex *Korojulensi* Paulini Aquileiæ patriarchæ synodo, quam alii anno 791, verius alii anno 796 celebratam narrant. In insertum actis legitur cum additamento *Symbolum Constantinopolitanum*. Additionem vindicat Paulinus his verbis : « Scio quibusdam in synodalibus foliis esse sancitum... præsertim propter fraudulentam sicutique Nestorii, vel Eutychie perfidiam, non licere cuiquam alterius fidei *Symbolum* docere, vel componere. Sed absit a nobis, proculque sit ab omni corde fidei, alterum, vel aliter quam illi instituerunt, *Symbolum* vel fidem componere, vel docere ! Sed juxta eorum sensum ea fortasse, quæ propter brevitatis compendium, minus quam decet, a simplicibus vel indoctis intelliguntur, exponenda decrevimus tradere, ipsi quoque *textum Symboli* retinere... Enimvero non est in argumento fidei addere, vel minuire ea quæ a sanctis Patribus bene salubriterque sunt promulgata : secundum eorum sensum recte sentire, et exponendo eorum subtile supplere ingenium ; sed addere vel minuire est, subdole contra sacrosanctum eorum sensum, aliter quam illi, calida tergiversatione diversa sentire : et confuso stylo perversum dogma componere... Plurimorum etenim Catholicorum virorum, Ecclesiarumque Dei cultorum, sacra fidei compositum venerabile legitur opus, aliis quidem verbis, dissimilique calamo resonante, sed eundem sensum, eundemque ingenii intellectum concorditer inviolatæ fidei uno assertionis redolere probantur documento. »

Fidei formulæ indicantur, quæ a Symbolo Nicæno et Constantinopolitano distinctæ sunt, frequentius ab Ecclesiis, et ecclesiasticis viris editæ, et a nobis superius memoratæ. Ipsa etiam exprimitur *Formula Nicæna*, quam vocibus aliquibus adjectis supplevere *Constantinopolitani* Patres. « Nam si recensatur *Nicæni symboli* series veneranda, nihil aliud de Spiritu sancto in ea, nisi hoc modo, reperiri poterit promulgatum : *Et in sanctum, inquit, Spiritum*. Quid est ergo dicere, *et in Spiritum sanctum*? Quomodo **1845** accipienda est tam brevissima eorum professio, nisi ut patenter detur intelligi mentium eorum integræ fidei religiosa devotio : *et in sanctum Spiritum, sicut et in Patrem et in Filium* probabiliter credidisse. Quemadmodum postea a sanctis Patribus *centum quinquaginta*, qui contestati sunt Symboli fidem Nicæni concilii *involutam* perenniter permanere, *suppleverunt* tamen, quasi *exponendo eorum sensum* : *et in Spiritum sanctum* consententur se credere *Dominum, et vivificantem, ex Patre procedentem, cum Patre et Filio adorandum, et conglorificandum*. Hæc enim, et cætera quæ sequuntur, in Nicæni Symboli sacro dogmate non habentur. Sed et postmodum, *propter eos videlicet hereticos, qui susurrant Spiritum sanctum solum esse Patris, et a solo procedere Patre*, additum est : *Qui ex Patre Filioque procedit*. Et tamen non sunt hi sancti Patres culpandi : quasi *addidissent aliquid, vel minuissent de fide trecentorum decem et octo Patrum*; quia non contra eorum sensum diversa senserunt, sed immaculatum eorum intellectum sanis moribus **C** supplere studuerunt. Diligerant itaque *centum quinquaginta* (Patres) qui intulerunt *a Patre procedentem*, evangelista testante, repromississe discipulis ipsum Unigenitum de suo Spiritu : *Spiritus qui a Patre procedit*. Legerant nempe *ii sequentes* (Patres) qui *addiderunt* : Qui ex Patre Filioque procedit, ipsam eandem veritatem in Evangelio. » Quam utique veritatem evangelicis dictis perspicue demonstrat Paulinus.

Validissima sunt adversum Græcos argumenta. Hæc eadem in synodo Florentina adhibere Patres : eademque nos compendio collegimus capite 2, num. 4, et cap. 3, num. 1, symbolo Constantinopolitano jam additam fuisse aetate Paulini particulam *Filioque* in Ecclesiis regni Italici, quod **D** Carolus Magnus moderabatur, et in Ecclesiis Gallicanis, allata Paulini verba suadent. Tempus solat et occasionem : *Postmodum propter eos videlicet hereticos, qui susurrant Spiritum sanctum solum esse Patris, et a solo procedere Patre, additum est : Qui ex Patre Filioque procedit*. Id sexto sæculo inficiabantur *Ariani* in Hispaniis : dissidia septimo sæculo moverunt *Monothelites* Constantinopolitani : et insequenti octavo bellum irrupit apertum sub *Iconomachis*. Hinc additam in Hispaniis vocem illam sexto sæculo, certo scimus : idemque factum esse in Gallicanis verisimillimum est

A tempore synodi Gentiliacensis, in quo cum Græcis hocce de fidei dogmate disputatum est.

Confirmationem suppeditant amplissimam, quæ ad synodum pertinent *Aquisgranensem* anno 809 celebratam. Innotescit quippe, **181** in Ecclesiis Gallicanis, et alibi in more jam positum fuisse, ut inter missarum solemnia *Constantinopolitanum symbolum*, additamento auctum, caneretur. Eginhardus, in *Vita Caroli Magni*, sic ait : *Imperator de Arduenna Aquisgrani reversus, mense Novembrio, concilium habuit de processione Spiritus sancti : quam questionem Joannes quidam monachus Hierosolymis primo commovit*. « Hujus controversiæ occasio (verba sunt Mabillonii præfatione 1, in sæculum iv Ordinis sancti Benedicti, § 2) petita est *ex more Gallorum*, qui cum in Symbolo Constantinopolitano addidissent vocem *Filioque*, in quorundam reprehensionem incurrere, præcipue Joannis monachi Hierosolymitani. Is quippe anno jam dicto in Galliam missus ad Carolum, controversiam hæc de re movit, quæ ad Romani Pontificis iudicium delata est. »

Veram occasionem narrat in sua Dissertatione prima Damascenica Michael Lequienus ex Litteris quibusdam ineditis, quas ipse receperat a Stephano Baluzio, ac is postea inter Miscellanea Lypis vulgavit, tomo VII. Ad *Leonem III* summum Pontificem scribunt *monachi peregrini, in monte Oliveti habitantes* : « Notam tibi facimus tribulationem nostram, quam hic palimur. *Joannes qui fuit de monasterio Sancti Sabæ...* levatus est super nos dicendo, quod *Franci*, qui sunt in monte Oliveti, heretici sunt : et dixit nobis quia Omnes *Franci* heretici estis... Die sancto Dominico (post Natalem Domini) congregati sunt sacerdotes cum clero et populo, et interrogaverunt nos, *qualiter crederemus Symbolum*. Nos autem dicendo, quod sic credimus sicut sancta Ecclesia Romana ; diximus, et dicimus in nostra lingua, quæ vos non dicitis in Græca. Et in *Gloria Patri* non dicitis *sicut erat in principio* ; et in *Gloria in excelsis* non dicitis *Tu solus altissimus* ; et *Pater noster* alio modo dicitis ; et in *Symbolo* nos dicimus plus, quam vos : *Qui ex Patre Filioque procedit*. Unde dicit iste Joannes, inimicus animæ suæ : propter *hunc sermonem* (quod ex Patre Filioque procedit), quod heretici sumus. » Turbas ergo non in Galliis Joannes ille monachus excoiverat, sed Hierosolymæ contra Latinos montis Oliveti monachos, qui propterea præsidium et opem summi Romani Pontificis petunt ac implorant.

Inquunt vero : « Ego *Leo* servus vester (unus ex eisdem montis Oliveti monachis, ut infra in subscriptionibus), dum essem ad sancta vestigia vestra (Romæ), et ad pia vestigia Domini Karoli piissimi imperatoris, *Filioque* vestri, audivimus in **182** *Capella* ejus dici in Symbolo fidei, *Qui ex Patre Filioque procedit*. Et in homilia sancti Gregorii, quam nobis filius vester, dominus Ka-



rolus imperator dedit, in parabola Octavarum Paschæ, ubi dixit, *Sed ejus missio ipsa processio est, qui de Patre procedit et Filio.* Et in Regula sancti Benedicti, quam nobis dedit filius vester dominus Karolus, quæ habet fidem scriptam de sancta et inseparabili Trinitate dicitur: *Credo Spiritum sanctum, Deum verum ex Patre procedentem et Filio.* Et in Dialogo, quem nobis vestra sanctitas dare dignata est, similiter dicit. Et in fide sancti Athanasii eodem modo dicit. » His Latini monachi vindicabant documentis particulam *Filioque*, quam *Symbolo Constantinopolitano* insertam legebant, canebantque; eamque eodem in *Symbolo dici* consuevisse in capella Caroli Magni imperatoris, testantur.

Summum Pontificem enixe rogant: ut digneris (inquiunt), tam in *Græco* quam in *Latino* de sanctis Patribus, qui *Symbolum* composuerunt, inquirere sermonem istum, ubi dicitur *Ex Patre Filioque procedit.* Et in *Græco* non dicunt, sicut nos: sed dicunt, *Qui ex Patre procedit*; et rident istum sermonem gravem, quem nos dicimus in *Latino.* Et mandare digneris domino Karolo imperatori filio vestro, quod nos istum sermonem in *ejus capella* audivimus: *Qui ex Patre Filioque procedit.* » Epistolæ subscriptos legimus *Domnicum Theodorum, Arimundum, Gregorium, Joannem, Leonem, et omnem congregationem de monte sancto Oliveti.* Addiscimus primo *Symbolum Constantinopolitanum* eam consuevisse in regio Caroli Magni sacello auctum particula, *Filioque*: hujusce additionis originem ignorasse monachos illos in monte Oliveti, moremque Gallicanum suo in monasterio servasse: adeoque longe ante concilium Aquisgranense voce illa *Symbolum Constantinopolitanum* Gallicanis in Ecclesiis auctum fuisse.

Quam Leo III acceperat a monachis, ad Carolum Magnum transmisit epistolam. Fidei etiam confessionem subjunxit, ad eosdem monachos referendam: hæc habentur omnia apud laudatum Baluzium: « Domino piissimo et serenissimo victori ac triumphatori filio amatori Dei et Domini nostri Jesu Christi Carolo Augusto, Leo episcopus servus servorum Dei... Presenti anno direxerunt nobis epistolam monachi qui in *sancto monte Oliveti* morantur, fidei contentionem continentem, quam inter se habebant. Nos vero *Symbolum orthodoxæ fidei* illis misimus, quatenus omnes secundum hanc nostram sanctam catholicam et apostolicam Ecclesiam, rectam et inviolatam teneant fidem, quam vero epistolam vestræ imperiali potentie misimus relegendam. » Tum Carolo impensius commendat monachos. Quod *Symbolum orthodoxæ fidei* vocat, ibidem subjunctum legitur. Non est *Symbolum Constantinopolitanum*, sed alia formula, quæ prædicti *Symboli* articulos huius explanat. Incipit: *Credimus sanctam Trinitatem, id est Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, etc.* in eaque dicitur *Spiritus sanctus plenus Deus, ex*

*A Patre et Filio procedent.* Animadvertite, *processionis* ex utroque dogma confirmari: de *adjunctione* ad *Symbolum Constantinopolitanum* nullam ingeri mentionem.

Habita vero Aquisgrani synodus a Carolo Magno de *processione Spiritus sancti.* Tum legali Romano missi, ut *mola quæstio definiretur*, ut ait Eginardus. Putat Baronius ad annum 809, num. 53: « Tractatum non fuisse, num Spiritus sanctus a *Patre Filioque* procederet: sed quod tum apud Hispanos, tum apud Gallos additæ fuerunt *symbolo* quatuor illæ syllabæ, *Filioque*; num id bene factum esset, ut et ita *auctum Symbolum* in Ecclesia caneretur. » Ino de ipsa Spiritus sancti processione, utrum a *Patre tantum*, an a *Patre Filioque* procedat, notam esse a Græcis quæstionem, eamque discussam, pro certo habent Gointius, et Pagius, alique viri docti. Evangelicis documentis instructa, ac Patrum traditionibus munita docuit semper Romana Ecclesia Spiritus sancti processionem ab utroque. Nondum eam *addimentum* recepisse ad *Symbolum Constantinopolitanum*, certo evincunt quæ hæctenus disseruimus. Num illud hac ætate approbaverit, receperitque, infra dicendum.

III. Anno 787 coacta ac celebrata fuit *Nicæna secunda*, ac septima œcumenica synodus. Edictam contra Ieonomachos definitionem fidei continet actio 7, in qua *Symbolum Constantinopolitanum* insertum legitur. Textus Græcus hæc tantum habet verba: *Τὸ ἐκ τοῦ Ὑπερῶς ἐκπορευόμενον, ex Patre procedentem.* Versio Latina, quæ e regione prostat, sic habet: *Qui ex Patre Filioque procedit.* Nota appingitur in Collectionibus conciliorum apud Labbeum, et Harduinum, vocem illam omitti in *codice Jolyano*, et in alio quem vocat *nostrum* Harduinus. Alia exstat apud laudatum Labbeum Latina versio hujusce synodi septimæ, quam vocat ipse *vulgatam et antiquam*: sed perperam ita vocari adnotat Harduinus, cum auctor ejus fuerit Gybertus Longolius, qui eam Colonia primo edidit anno 1540. In hæc verba illa loco citato habentur: *Et in Spiritum sanctum Dominum, vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit.*

¶ In Latinis concilii Florentini Actis, quæ Horatius Justinianus collegit, disposuit, et notis illustravit, hæc habentur collatione vi: « Cum septimæ synodi legeretur *Symbolum*, cardinalis (Julianus) *librum Latinum* exhibuit antiquissimum, ubi in *Symbolo* illius concilii erat, *Filioque.* Et adjunxit, quod ex *Chronica Martiniana* habetur, in illo concilio dogma illud fuisse explicatum. » Iterum Julianus ait: *Quia Symbolum septimi concilii per eos (Græcos) lectum non habet dogma, Filioque; et nos habemus cum illo verbo: videtur, ut ex nostro more legatur, prout habemus.* Consonant Acta Græco Latina sessione 5: « Ea vero definitio (synodi septimæ) eum a nobis (Græcis) recitaretur, prolatus est alter codex a Latinis antiquis

manuscriptus, in quo eadem hujus synodi definitio continebatur. Inventumque est, ubi de Spiritu sancti divinitate agitur, iis verbis: *Ex Patre procedentem, additum et cō Filio*, sicut ipsi dicunt. Atque hac de re multum habuere sermonem, *librum nobis ostendentes quasi antiquum*: sequē de illo jactantes, et cum nostro codice illum conferentes... Nos igitur nihil ad hoc respondimus, quod non liceret per tempus. Tantum eos (quod ipsi postularunt) hortati sumus, ut recitarent hujusmodi expositionem, sicut in libro scriptum habebatur. »

Martini Poloni, cujus utebatur auctoritate Julianus cardinalis, verba sunt in Chronico: *Horum (Constantini et Irenes) imperii anno 8 facta est secunda synodus in Nicæa, ubi adfuerunt trecenti et quinquaginta Patres: in qua affirmatum est Spiritum sanctum ex Patre et Filio procedere*. Hæc videntur prædictum vocis *Filioque* additamentum indicare. Addit Baronius ad annum 787. num. 38, id haberi *in vetere translatione Anastasii Bibliothecarii ad Joannem VIII papam conscripta, et in Græco textu*. At in synodo Florentina loco citato non agebatur de *Græco textu* additionem habente, verum de *libro Latino antiquissimo*. Ad Anastasii Bibliothecarii translationem quod attinet, Petrus Pithæus in sua Historia Controversiæ veteris de processione Spiritus sancti, quæ exstat in *calco Codicis Canonum veteris Ecclesiæ Romanæ*, adversum Baronio perhibet testimonium: *Anastasio R. E. Bibliothecarii, inquit, qui eodem fere tempore vixit, paulo post sub Joanne VIII eandem synodum (Nicænam) Latine interpretatus est, codex apud nos antiquissimus nihil tale continet*.

Alio pugnat argumento Annalium parens pro additione. Inquit numer. 39: « Cæterum liber ille dictus, *Capitulare ulversus Nicænam synodum*, missus a Carolo Magno ad Adrianum (I) 805 Romanum Pontificem (idem Opus est cum libris, qui *Carolini* vocantur), quænam germana fuerit lectio ejus textus (in Symbolo Constantinopolitano) edocet: utpote quia ab auctore reprehendatur (libro: III, capite 3), quod *Tarasius non recte sentiat, qui Spiritum sanctum non ex Patre et Filio secundum Nicæni* (imo Constantinopolitani interpolati *Symboli* *filium, sed ex Patre per Filium profiteatur*. Si ergo hoc ipsum scriptum fuisset in totius synodi *fidei professione*, quæ in hac septima habetur actione, *Spiritum sanctum scilicet a Patre per Filium procedentem*, certe quidem ab adversario non *unus Tarasius* in crimen vocatus esset, sed ipsa *synodus universa*, quam acriter impugnabat. » Symbolum Constantinopolitanum, quod in hac Nicæna definitione continetur, non habet *Spiritum sanctum a Patre per Filium procedentem*. In Græco textu legitur idem, *Spiritus a Patre procedens*: eademque, non plura verba exhibebat Latina Anastasii Bibliothecarii versio, teste Pithæo. Cur ergo adversarius sub Caroli Magni nomine hanc

A synodi universæ definitionem reprehendisset, in qua sanctus Spiritus non dicitur *a Patre per Filium procedere*? Hæc utique habentur verba actione 3 in fidei professione a Tarasio patriarcha Constantinopolitano edita instar Symboli, ubi ait ille: *Et in Spiritum, Dominum, et vivificantem, ex Patre per Filium procedentem, et eundem Deum esse et cognosci*. Hæc ita cum sese habeant, nondum liquido, ac certo constat Symbolum Constantinopolitanum cum vocis *Filioque* additione in synodo Nicæna recitatum fuisse.

Græcis attamen, qui processionem ab utroque rejiciunt, allata verba Tarasii maxime adversantur: cum Spiritum sanctum *ex Patre procedere per Filium* perinde esse, ac ipsum *ex Patre et Filio procedere*, invictis Patrum testimoniis demonstratum sit in priore dissertatione. Contra adversarium vindicat *Tarasiana* verba Adrianus I, in epistola ad Carolum regem, quæ apud Labbeum prostat post Latina ejusdem synodi Nicæne Acta, congestis quampluribus sanctorum Patrum testimoniis. *Hæc vero si attente considerentur* (adnotat Lequienus, dissertatione 4 Damascenica num. 12), *nihil aliud pro majori parte enuntiant, nisi Spiritum sanctum a Patre per Filium hominibus concedi*. At quamplura nos priore in dissertatione expendimus, quæ æternam Spiritus sancti *a Patre et a Filio, vel a Patre per Filium* originem probant. Id etiam evincunt, quæ Spiritum sanctum a Patre et a Filio, seu a Patre per Filium *mitti* enuntiant. Cur non vero, cum in *Missione* proprie dicta duo concurrant, *externa aliqua productio effectus*, cujus 186 ratiōne specialiter inhabitare persona dicitur, quæ mittitur, sed etiam ejusdem personæ *missæ sempiterna processio*? Itaque cum Spiritus sanctus mittatur a Patre et a Filio, ab utroque pariter procedit.

Verba quædam habentur, in Epistolis a Leone III datis ad Carolum Magnum, vulgatisque ut adnotavimus a Baluzio, quæ dignissima sunt animadversione: *A Hierosolymis detulerunt* (missi ad ipsum Leonem monachi Montis Oliveti) *nobis epistolam Thomæ Hierosolymorum patriarchæ: quam relegentes reperimus, ut per nostram precatorium epistolam vestræ pietati eos (monachos) commenderemus*. Hæc evincunt apertissime *Thomam Hierosolymitanum patriarcham*, ejusque Græcos presbyteros criminationi ab Joanne, Græco monasterii sancti Sabæ monacho, contra Latinos impactæ ob confessionem *processionis ab utroque*, ejusque *additionem ad Symbolum*, minime consensisse. De Thoma patriarcha lato disertoque calamo Lequienus agit in suo *Oriente Christiano*, tomo III.

IV. Agitatam vidimus quæstionem de Spiritu sancti processione *a Patre et a Filio* in synodo Aquisgranensi anno 809 celebrata *Mense Novembrio*. Legatos, *Bernhardum episcopum Vormaciensem*, et *Adethardum abbatem monasterii Corbeix*, ad summum Pontificem Leonem III missos a Carolo

Magno, ut eadem demum *definiretur*, tradit Eginardus in *Chronico*, eique consentiunt cæteri annalists. Ad ipsum pontificem data a Carolo Magno exstat epistola in Labbeana conciliorum collectione, quæ incipit: *Quæstio, quæ de Spiritus sancti processione est nuper exorta, jam dudum est diligentissime a sanctis Patribus ventilata. Testimonia Patrum recensentur.*

Acta ibidem extant, et apud Baronium, ad ann. 809, num. 54 *Collationis*, quam Legati habuere cum Leone. Actum vero primum de *fidei dogmate*: tum quæstio invecata de lectione, sive cantu *Symboli Constantinopolitani inter missarum solemniam*, maximequo cum vocis *Filioque* additamento. Titulus est: *Ratio, quæ habita est de Symbolo fidei in secretario sancti Petri apostoli inter dominum Leonem sanctissimum et coevangelicum papam urbis Romæ, et Bernarium atque Jesse episcopos seu Adalardum abbatem, missos domni Caroli imperatoris, per indictionem secundam. Apud annalistas laudatos nulla Jesse episcopi mentio ingeritur. Suspicionem invehit *indictio secunda*. Dicitur enim eam *Collationem* scripsisse, aut edidisse Smaragdus, abbas sancti Michaelis ad Mosam: qui *Novembrium* mensem anni 809 sine dubio notasset *juxta morem 187 consuetum indictione tertia*. Addendum postremo legationem prædictam post eundem mensem *novembrem* a Carolo Magno directam, non ita facile compleri ante annum 810, et indictionem tertiam potuisse. Hinc censent viri docti, titulum ab aliquo sciolo appositum esse, de sinceritate *Collationis* nihil hæsitantes.*

Primo loco *lecta sunt a prædictis missis per ordinem testimonia (Patrum), atque a domino Apostolico diligentissime audita* Ait ille vero: *Ita sentio, ita teneo cum his auctoribus, et sacra Scripturæ auctoribus. Si quis aliter de hac re sentire, vel docere voluerit, desento (seu inhihero); et nisi conversus fuerit, et secundum hunc sensum tenere voluerit, contraria sentientem funditus ejicio.* In libro Diurno Romanorum pontificum prostant *fidei professiones tres*, quas sua in ordinatione ipsi emittebant pontifices Romani hæc ætate, ac ævo sequiori: et in altera quidem hæc habentur: *Spiritum Dei, Filius de suo accipere perhibet . . . et insufflando discipulis, Accipite Spiritum sanctum utpote de se procedentem annuntiat.* In tertia vero. *Spiritum sanctum nec genitum, nec ingentum, sed de Patre Filioque procedentem.* Hæc erat Leonis fides.

Tum dictorum nonnullorum occasione data, quæ colloquendo potius, quam disputando exciderant, in quæstionem abiit *Collatio de symboli Constantinopolitani interpolati cantu inter missarum solemniam*. Tria nos Acta docent: 1. In Ecclesia Romana nondum obtinuisse symboli cantum inter missarum solemniam, nec additamentum vocis *Filioque* ad Symbolum. 2. Additionem hanc, a Gallicanis Ecclesiis factam, nimium agræ tulisse Leonem pontificem. 3. Indicasse quoque modum ipsam

A tollendi additionem, symboli videlicet cantu in palatio. primum Regio, deinde in aliis Ecclesiis prætermisso.

Collationem ipsam liceat diligentius expendere, Fide Romanæ Ecclesiæ *de processione Spiritus a Patre et Filio* abs Leone III exposita de additamento ad symbolum sermonem legati instituunt: *Si ergo ita est (inquietes), cur non licet cantare, vel cantando docere. Imo licet docendo, cantare (reponit pontifex), et cantando docere. Sed illicite in prohibitis: nec scribendo, nec cantando licet inserere.* Sensus est, sancti Spiritus processionem a Patre et a Filio tenendam, docendamque esse, sive cantando id fiat, sive legendo, sive scribendo: ut *inseri eam symbolo, in prohibitis esse. Prohibitionis, quam Romana custodiebat Ecclesia, causas et leges intellexere legati: quia illi, quidem Symbolum condiderunt, non indiderunt: et sequentes principales synodi, Chalcedonensis quarta, Constantinopolitana quinta, et sexta, ut novum ultra symbolum . . . condere, 188 et in veteribus tollendo, addendo, mutandoque quicquam inserere, prohibuerunt.* Mirum est lati in Ephesina synodo œcumenica tertia, decreti non ingeri mentionem! Hujusmodi legum rigorem servabat Ecclesia Romana, antiquitatis tenacissima. At quia *id credere bonum est* (aiunt legati), *bonum hodie sicut ad credendum, ita ad cantandum tunc esset, si ab eis insertum fuisset.* Utique bonum id credere, et valde bonum (verba sunt pontificis), *utpote tam magnum filii sacramentum, quod non licet non credere . . . Non audeo dicere non bene fecisse* (Symboli conditores, aut synodi œcumenicæ quæ Symbolum confirmarunt), *si fecissent aut particulam Filioque adidissent): scientes utique . . . perpendisse eos, cur dimiserunt.*

Temporis qualitatem exhibent legati, et imbecillitatem fratrum, ac necessarium de tanto mysterio instructionem: unde *melius nobis visum fuit (inquiet), cantando tantos instruere, quam tacendo indoctos relinquere. Si enim sciret paternitas tua, quanta sunt hodie millia id scientium (in Gallia, in regno Italiae, in Germania), qui cantatur, qui nunquam sciluri essent, nisi cantaretur: fortasse nobiscum teneres, et id tuo etiam consensu ut cantaretur, acquiesceres.* Necessariam hujusce mysterii, aliorumque instructionem quis non videat? Nunquid vero universa hujusmodi fidei mystica sacramenta (ait pontifex), sine quibus quisque, qui ad hoc pertinere potest, catholicus esse non potest, symbolis inserenda; et propter compendium minus intelligentium, ut cuique libuerit, addenda sunt? Modi patent multiplices, quibus extra Symboli formulam, instrui fideles queant, in dogmaticis libris, in Catechesibus, in Concionibus.

Nunquid (legati reponunt) *non a te id ipsum Symbolum est data in Ecclesia cantandi licentia? Nunquid a nobis huc usus ille cantandi processit? Pontifex: Ego licentiam dedi cantandi: non autem*

*cantando quidpiam addendi, minuendi, seu mutandi . . . Quoad vobis in hoc satis fuit, in hujusmodi (Symbolo) cantando, vel celebrando (in) sacrosanctis mysteriis (cantare et celebrare), quomodo sancta Romana tenet Ecclesia (quæ symbolum custodit sine additamento); nequaquam aut nobis in talibus laborare, aut aliis laborandi occasionem necesse fuit ingerere. Quod vero asseritis ideo vos ita cantare, quoniam alios in istis partibus, nobis priores, audistis cantasse, quid ad nos? Nos enim idipsum non cantamus (hoc scilicet additamentum), sed legimus (nempe extra Symbolum, in scriptis, et in aliis fidei professionibus), et legendo docere nec tamen legendo aut docendo addere, quidpiam eidem Symbolo 189 inserendo, præsumimus. Quæ vero prædictis Symbolis . . . deesse cognoscimus: non ut dictum est, inserere præsumimus: sed locis temporibusque opportunis, quibus competit ministrare curamus.*

Facultatem cantandi inter missarum solemniam symbolum abs sese factam, annuit pontifex. Datæ facultatis epocham indicare videtur Walafrius Strabo. Is enim, de rebus ecclesiasticis, cap. 22, sic ait: « Ab ipsis (Græcis) ergo ad Romanos ille usus (cantandi Symbolum post Evangelium) creditur pervenisse. Sed apud Gallos et Germanos, post dejectionem Felicis hæretici, sub gloriosissimo Carolo Francorum rectore damnati, idem Symbolum latius et crebrius in Missarum cæpit officiis iterari. » Felicis et Elipandi error de Filiatione Christi adoptiva damnatus est anno 792, in synodo Ratisponensi, maximeque anno 794, in pleniori concilio Francofordensi, cui Galliarum, et Germaniæ episcopi interfuere, itemque regni Italici. Potuit ergo Leo III, qui anno insequente 795 regere Ecclesiam Romanam cæpit, facultatem fecisse ut in eisdem provinciis inter solemniam missarum caneretur Symbolum Constantinopolitanum. Hunc ritum Hispaniarum Ecclesiæ jam dudum amplectatæ fuerant. Ipsum fortasse in Gallicanis aliquibus Ecclesiis pridem invexerint antistites: at Leonis III ætate latius et crebrius ritus idem invaluit. Verisimillima sunt hæc Strabonis dicta: taliturque tamen, cum narrat a Græcis ad Romanos ritum illum pervenisse, Ecclesiam Romanam si intellexerit. Hinc vero colligendum videtur, id eo consilio permissum a summo pontifice fuisse, ut naturalis divina Jesu Christi filio, quam Felix et Elipandus oppugnabant, coram palamque in Symboli cantu inter missarum solemniam enuntiaretur: adeoque ne cogitasse ipsum quidem de Additamento vocis Filioque. Aiebant legati, se in partibus istis alios, ipsis priores, additamentum cantantes audivisse. Fortasse partes istas intelligebant in regno Italiæ: quæ de re satis obscura diligentius disserere, non valet. Romanam certe Ecclesiam intelligere nullo modo licet, ut ostendere pergitur.

Symbolum interpolasse Gallicanas Ecclesias con-

A jectavimus circa tempora synodi Gentiliacensis anno 757 celebratæ. Facta sibi postea illud canendi facultate in Liturgia, cum Additamento ipsum canere prædictæ Ecclesiæ cœperunt. Additamentum tolli, optabat Leo pontifex: modumque præscripsit, quem cautiolem putabat: ut scilicet ipsa Symboli decantatio paulatim intermitteretur, ac ommitteretur, in palatio priorem, ac cæteris deinde in Ecclesiis. Inquirebant ergo legati: *Ut video, illud a paternitate vestra decernitur, ut primo illud, de quo questio est, de sæpefuto Symbolo 190 tollatur (additamentum): et tunc demum a quolibet licite ac libere sive cantando, sive tradendo discatur (idem additamentum extra Symbolum), et docentur: Pontifex: Ita procul dubio a nostra parte decernitur: ita quoque ut vestra assentiatur, a nobis omnimode suadetur.* Legati: *Sublati his quæ vultis bonum est ut idem Symbolum cantetur (inter missarum solemniam). Pontifex: Bonum sane. Quod tamen non imperando, sed ut prius permittendo dicimus: quia illud sicut tunc, ita et nunc utile indigentibus esse posse non ignoramus.* Facultatem Gallicanis Ecclesiis fecerat Leo post synodum Francofordensem, cantandi in Liturgia Symbolum permittendo. Legati: *Symbolum in Liturgia canere si pergamus, omittamusque adjectionem vocis Filioque; sermo iste ab omnibus, acsi contra fidem sit, condemnabitur. Quale ergo dabis consilium?* Pontifex: *Si prius quam ita (cum additamento) cantaretur, interrogatus essem ne insereretur utique, respondiissem. At nunc (quod tamen non affirmando, sed vobiscum pariter tractando dico), quantum menti occurrit, ita mihi videtur posse utrumque fieri: ut paulatim in palatio (quia in nostra sancta Ecclesia non cantatur), cantandi consuetudo ejusdem Symboli intermittatur . . . si dimittatur a nobis, dimittetur ab omnibus.*

Plura innotescunt: 4. Romana Ecclesia, antiquitatis tenacissima, rigorem legis Ephesinæ servabat; nec ullo Constantinopolitanum interpolari Symbolum modo passa est. 2. Symbolum idem neque privatim, neque publice apud ipsam cum additamento aut scribebatur, aut legebatur, aut cantabatur. 3. Imo neque Symboli sine additamento cantum sua in Liturgia adhuc admiserat. 4. Hæc vero ecclesiasticæ disciplinæ capita esse probe noverat: unde tum Gallicanis ecclesiis cantum Symboli intersolemniam missarum permiscerat: tum etiam invectum ab illis additamentum tolli suadebat, non affirmando, aut jubendo; sed tractando præbendoque consilium.

V. Sua abs consuetudine haud recessisse Ecclesiæ Gallicanæ videntur: hæsit Romana Ecclesia antiquitati, ac legis rigori. Id putant viri docti intelligendum esse de addita voce, Filioque: secus de publica Symboli recitatione in Officio Liturgico. Dixerat Mabillonius, libro 1 De Liturgia Gallicana, capite 2, num 6, Symbolum post Evan-



gelium Romanos nullo modo cecinisse usque ad tempora divæ memoriæ Henrici imperatoris, scilicet primi teste Bernone abbate Auyensi. Laulati testis hæc scilicet verba sunt capite 2 de quibusdam rebus ad Missam spectantibus: « Symbolum post Evangelium usque ad hæc tempora divæ memoriæ Henrici imperatoris 1191 (inceplumque sæculum undecimum) nullo modo cecinerunt. Ab eodem (Henrico) interrogati, cur ita agerent, me coram assistente: audivi hujusmodi responsum reddere, videlicet quod Romana Ecclesia non fuisset aliquando ulla hæresos fece infecta: sed secundum sancti Petri doctrinam, in soliditate catholice fidei permaneret inconcussa: et ideo magis his necessarium esse illud Symbolum sæpius cantando frequentare, qui aliquando ulla hæresi potuerunt maculari. »

Hanc descripsisse videtur vir doctissimus opinionem in Commentario in Ordinem Romanum, capite 5, num. 3, ubi ait: *Verum longe ante id tempus Symbolum in missa pontificali decantari mos erat, ut fidem facit libellus secundus de Ordine Romano.* Hunc Ordinem, aliosque infra ad examen vocabimus. In hanc sententiam totus abit Edmundus Martene. De antiquis Ecclesie ritibus. lib. 1, capite 4, art. 3, num. 11, et in Præfatione ad tomum IV et V Amplissimæ Collectionis. Illi monacho consentire maluit Franciscus Pagijs, in Breviario Romanorum pontificum, tomo II, in Benedicto VIII, num. 8, quam Antonii Pagi patris sententiam sequi. Non eandem tamen viam pergunt illi. Bernonis auctoritatem, quæ repugnare videtur, ut elevet Mabillonius, existimat. *Symboli recitationem a sæculo nono ad undecimum intermissam a Romanis in Missa fuisse, iterumque resumptam.* Conjunctione solidam aliquam rationem nec profert Mabillonius, nec dare potuisset unquam

« Nos vero (inquit Martene loco primum citato) et Bernonis admittimus auctoritatem, et nihilominus asserimus *Symboli in missa recitationem longe antiquiorem in Ecclesia Romana existere, quam existiment illi auctores (Baronius, Bona, Menardus, alique).* Nam primo illorum præjudiciis obstant antiqui Ordines Romani, II. V et VI, ex vulgatis a Mabillonio *Musæi Italici* tomo II. Et ne quis aliquam in his interpolationem irrepsisse suspicetur, omnem suspicionem removet Amalarii abbatis Ecloga in Ordinem Romanum, edita a Baluzio in Appendice ad Capitularia regnum Francorum in qua agit de Symbolo. » In Ordine Romano II, hæc habentur verba, pag. 46: *Post Evangelium candelæ in loco suo extinguuntur: et ab Episcopo. Credo in unum Deum, cantatur.* In Ordine. V. pag. 66: *Perfecto Evangelio, dicat episcopus Pax tibi: et elevat; Credo in unum Deum.* In Ordine VI, pag. 75: *Alta voce incipiat canere, Credo in unum Deum.* Antiquitatem secundæ Ordinis colligimus ex Amalario Metensi, noni sæculi scriptore qui laudatam in eundem Ordinem scripsit Eglo-

gam; 192 in eaque de *Credo in Deum*, sive de Symbolo agit, quod in missa pontificali recitabatur.

Causam suam perorare pergit Martene: « Deinde Walafrius libro De rebus Ecclesiasticis, capite 23, postquam rationes protulit, cur Græci Symbolum Constantinopolitanum, potius quam Nicænum in Missa decantarent, addit: *Ab ipsis ergo ad Romanos ille usus creditur pervenisse.* His accedit omni exceptione majus Leonis Papæ III testimonium in præcitata Collatione cum legatis concilii Aquisgranensis. Nam cum sumum pontificem urgerent legati, ut Gallicanis ecclesiis permitteret symbolum decantare cum additione, quæ mentionem facit *processionis Spiritus sancti a Filio* perinde ac a *Patre*, respondit pontifex, *satis esse illud decantare quomodo in hujusmodi decantando, et celebrando sacrosanctis mysteriis sancta Romana tenet Ecclesia.* His addo Joannis Papæ VIII (qui anno 872 ad summum pontificatum erectus est) auctoritatem in epistola 217, ad Spheutopulerum, comitem Moraviæ, ubi hæc habet: *Methodium venerub, archiepiscopum vestram interrogavimus, coram positis fratribus nostris episcopis, si orthodoxæ fidei Symbolum ita crederet, et inter sacra missarum solennia caneret, sicuti sanctum Romanam Ecclesiam tenere, et in sanctis et universalibus synodis a sanctis Patribus secundum evangelicam Christi Dei nostri auctoritatem promulgatum, atque traditum esse constat.* Ille autem professus est se juxta evangelicam et apostolicam doctrinam, sicut *sancta Romana Ecclesia docet, et a Patribus traditum est, tenere et psallere.* Ex his omnibus conicitur toto sæculo nono Symbolum in missa apud Romanos dictum fuisse.

Quid ergo dicemus ad Bernonis testimonium? Sæculo decimo intermissam Romæ hanc consuetudinem (cum Mabillonio)? Hæc responsio tolerari utique posset, si solidiorem aliunde non haberemus hujus difficultatis solutionem. Nam si Bernonis verba attenta mentis consideratione perscrutemur, non negat absolute apud Romanos Symbolum in missa dictum fuisse, sed *decantatum* quia revera solemniter modulatione, ut in aliis Ecclesiis, non cantabatur, sed solum recitabatur. Hujus responsionis testem profero Leonem III, in præcitata Collatione cum legatis concilii Aquisgranensis: *Quod vero (inquit pontifex), asseritis ideo vos ita cantare Symbolum, quoniam alios in istis partibus vobis priores audistis cantasse, quid ad nos? Nos enim id ipsum non cantamus, sed legimus: et legendo docere, nec tamen legendo aut docendo addere, quidpiam eidem Symbolo inserendo præsumimus.*

193 Non adeo charissimi viri mihi robusta videntur argumenta, ut pro solidiori haberi debeant testimonii ex Bernone desumpti solutione. Verbum *cantari*, quo idem utitur Berne, ipse Martene fatetur loco citato, apud plerosque auctores pro, *recitari*,

usurpari. Cum igitur narret ille, *ut usque tempora* A  
*Henrici primi Symbolum non cecinisse Romanos,*  
 potuit utique inficiari simplicem ejusdem Symboli  
 apud eos recitationem. Hanc negavit sine dubio,  
 ut Romanæ consuetudinis ratio evincit, quam ad-  
 ducit: *Videlicet quod Romana Ecclesia, inquit, non*  
*fuisse aliquando ulla hæreseos fecit infecta, sed*  
*secundum sancti Petri doctrinam in catholica fide*  
*permaneret inconcussa: et ideo magis his necessarium*  
*esset illud Symbolum sæpius cantando frequentare,*  
*qui aliquando ulla hæresi potuerunt maculari.* Aut  
 momentum inest nullum prædictæ rationi: aut  
 illa certe æque simplicem Symboli recitationem  
 rejicit, atque cum cantu et modulatione. Verbum  
 idem, *cantare*, apud ecclesiasticos hujus ævi scri-  
 ptores accipi non raro pro *simplici recitatione* do-  
 cet etiam Mabillonius, præfatione ad sæculum II B  
 Ordinis Sancti Benedicti num. 36, ubi adnotat:  
*Missam cantare non esse modulata voce sacris ope-*  
*rari, sed recitare.* Eundem consule in Disquisi-  
 tione de cursu Gallicano, et Ducangium verbo *Can-*  
*ture, et Decanture.*

Tibi, tuæque solutioni lavere Leonem III reponis  
 in Collatione cum legatis concilii Aquisgranen-  
 sis habita. Imo tuum elidit *solutionem*, quam vo-  
 cas, summus pontifex in eandem Collatione. Mul-  
 tam post discussionem inquebant legati: *Subla-*  
*tis his quæ vultis, bonum est ut idem Symbolum*  
*cantetur, sublato scilicet Additamento.* Reponit  
 Leo; *Bonum sane: quod tamen non imperando,*  
*sed ut prius permittendo dicimus.* Hæc ulla sine  
 ambage significant, Romæ nondum recitari Sym-  
 bolum, etiam sine additamento, consuevisse: id  
 vero Gallicanis ecclesiis permissum. Cur enim  
 Symbolum, si Deo pontifex ipsum legisset in Li-  
 urgia, *cani solum permiserit* Gallicanis ecclesiis?  
 Ratio solida apparet nulla. Pergunt Legati: *Quia*  
*vero, ut dicitis, bonum est cantare id ipsum Symbo-*  
*lum, nunquid si sermo (Filioque) tollatur, idem*  
*sermo ab omnibus ac si contra filium sit, condemna-*  
*bitur? quale ergo dabis consilium?* Modum expen-  
 de, quem suggerit pontifex, ut sine ulla offensione  
*additamentum* de Symbolo tollatur. Dat nempe  
 consilium, ut Symboli cantus in missa omittatur,  
 primum in Palatio, deinde paulatim aliis in ec-  
 clesiis. Expende verba: *Ita mihi videtur posse*  
*utrumque fieri, et additamentum tolli, et offensionem*  
*fidelium vitari: Ut paulatim in palatio, quia*  
*in nostra sancta Ecclesia non cantatur, cantandi*  
*consuetudo ejusdem Symboli intermittatur,* Exemplo  
 194 Romanæ Ecclesiæ suadebat Leo, ut primum  
 in palatio Symbolum intermitteretur in missarum  
 officio. Ut Symboli cantus (reponis), non ut *ejus-*  
*dem recitatio intermitteretur,* suadebat pontifex.  
 Reponam ego, consilium a pontifice suggeri ad  
 offensionem evitandam, quam particulæ *Filioque*  
 prætermisso ingenerare potuisset: hanc porro  
 contingere offensionem potuisse sive Symbolum  
 caneretur sine additamento, sive solum recitare-

tur: adeoque ex Leonis consilio Symboli sive can-  
 tum, sive recitationem prætermitti in Missa de-  
 buisse.

Negotium nullum facessunt, quæ tu verba oppo-  
 nis. Ea sunt: *Quod vero asseritis ideo vos ista*  
*cantare, quoniam alios in istis partibus, vobis prio-*  
*res, audistis cantasse, quid ad nos? Nos enim id-*  
*ipsum non cantamus, sed legimus, Et legendo do-*  
*cere, nec tamen legendo aut docendo addere, quid-*  
*piam eidem Symbolo inserendo, præsumimus.* Agi-  
 tur hoc loco de *Additamento*, quod cum Symbolo  
 inter Missarum solemniam canebant Gallicanæ Ecce-  
 siæ, et Germanæ, ac Italianæ in regno Caroli. Ro-  
 mæ *ut ipsum* (additamentum scilicet) *non cantari,*  
*sed legi* testatur Leo. Hæc igitur si lectio intelli-  
 geat Symboli in Liturgia, jam admitti necesse  
 foret, Romæ Symbolum in missa lectum recita-  
 tumque fuisse cum *additamento*. Illud enim lege-  
 batur Romæ, ut ais quod alibi cantabatur; sed  
 alibi canebatur *additamentum* cum Symbolo, igitur  
 id ipsum Romæ legebatur, quod Leonis dictis  
 in Collatione omnino repugnat.

Genuinus verborum sensus est: neque *Symbo-*  
*lum*, neque *additamentum* cum Symbolo cantari,  
 aut publice legi inter Missarum solemniam Romæ  
 consuevisse: illud attamen *additamentum*, seu  
 doctrinam *de processione a Patre et a Filio*, legi,  
 et doceri, ac tradi fidelibus extra Symbolum in  
 scriptis, in catechesibus, in concionibus. Hunc  
 sensum offerunt verba, quæ sequuntur: *Et legendo*  
*docere, nec tamen legendo, aut docendo addere*  
*quidpiam eidem Symbolo inserendo, præsumimus,*  
 Sensum confirmant, quæ ibidem alia Pontifex ad-  
 dit verba: *Quæ vero prædictis Symboli,* Nicano  
 et Constantinopolitano, *desse cognoscimus, non, ut*  
*dictum est, inserere præsumimus, sed locis tempo-*  
*ribusque opportunis, quibus compellit ministrare cu-*  
*ramus.* Hæc illa additamenti *Filioque* lectio est, de  
 qua Pontifex agit: utique extra Symbolum, in Ca-  
 techesibus, quæ locis temporibusque opportunis  
 fiebant.

Pro tua opinione, peremptoria putas ea demum  
 Pontificis verba: *Satis esse* (inquentis, ut refert)  
*decantare Symbolum* (scilicet sine additamento),  
 quomodo id *ejusmodi decantando, et celebrando*  
 195 *sacrosanctis mysteriis sancta Romana tenet*  
*Ecclesia.* Integrum textum exhibere, pretium est  
 operæ: *Ego licentiam dedi cantandi: non autem*  
*cantando quidpiam addendi, minuendi, seu mutan-*  
*di. Et ut expressius aliquid, quia vos cogitis, lo-*  
*quar, quantum vobis in hoc satis fuit, quomodo in*  
*hujusmodi cantando, vel celebrando, sacrosanctis*  
*mysteriis sancta Romana tenet Ecclesia, nequaquam*  
*aut nobis in talibus laborare, aut aliis laborandi*  
*occasionem necesse fuit ingerere.* Ait pontifex, *li-*  
*centiam* se Gallicanis Ecclesiis dedisse, vel potius  
 id illis *permissum* a se (quo infra utitur verbo),  
 ut Symbolum inter solemniam Missarum ipsæ de can-  
 tarent. Non ergo illud canere Romana Ecclesia

adhuc consueverat. Implexa quæ sequuntur verba A sensu carent, eademque ita videntur construenda : *Quandiu vobis salis fuit (sive fuisset) in hoc. in hujusmodi (scilicet) cantando et celebrando (Symbolo) in sacrosanctis mysteriis, quomodo sancta Romana tenet Ecclesia, neque nobis, neque aliis hanc patiendi inolestiam, occasionem dedissetis. Animadvertite verbum illud, Tenet. Non ait pontifex : quomodo Romana cantat sine aditamento Symbolum in Liturgia : sed quomodo tenet ipsa, atque custodit Symbolum sine prædicta adiectione.*

Quo utique sensu scripserat etiam Joannes VIII ad Moraviæ comitem, abs se Methodium archiepiscopum interrogatum esse : *Si orthodoxæ fidei Symbolum ita crederet, et ita inter sacra Missarum solemnia caneret (hunc enim morem servabant Moraviæ Ecclesiæ); sicut sanctam Romanam Ecclesiam tenere, et in sanctis conciliis promulgatum et traditum esse, constat. Quo loco verbum tenere, non est Ecclesiam Romanam cantare Symbolum, aut legere inter missarum solemnia; sed illud integrum incorruptumque custodire, sicut a sanctis conciliis promulgatum est traditumque. Hinc vero Walafridus Strabo, deceptus rumore vulgi, scripsit : a Græcis ad Romanos ritum istum credi pervenisse : certa namque Historia narrat Hispanicæ Ecclesiæ, in synodo Tolctana in anno 587 celebrata, decrevisse, ut secundum formam Orientalium Ecclesiarum in missa recitaretur Symbolum Nicænum, aut Constantinopolitanum.*

Ad Romanos demum Ordines, quos opponis, reponi plura possunt. Ac primo si quid eorum evinceret auctoritas, non solum legi Symbolum apud Romanos inter Missarum solemnia consuevisse demonstraret; sed etiam cantari, aut voce modulata dici : quod Martene inficiatur. In Ordine siquidem secundo hæc habentur verba : *Ab episcopo : Credo in unum Deum, cantatur. In quinto : Elevat, Credo in unum Deum. In sexto : Alta voce incipit canere. Credo in unum Deum.*

**196** Amalarii Metensis auctoritati repugnant ex diametro Micrologus, et Berne Augiensis. Ordinem Romanum secundum illustrat ille in Ecloga sua, quam protulit in lucem Baluzius : ac Symboli in missa dicti mentionem ingerit. At suis in Observationibus ecclesiasticis, quas vulgavit Micrologus undecimo sæculo inclinato, ea in parte, quæ prædictum Ordinem secundum exponit, nimirum capite 9 et 10, de Symbolo in missa dicto nihil habetur. Agit vero de illo, capite 46, veluti quod juxta canones in omni Dominica, et in omnibus Dominicis solemnitatibus, item in festis Sanctæ Mariæ, et Apostolorum, et Sanctæ Crucis, et Omnium Sanctorum, et Dedicacionis, debent cantari. Hæc indicat agendi ratio, Micrologum ritum spectasse decantandi in Liturgia Symbolum, in Ordine illo secundo minime præscriptum; sed in aliis ecclesiis, itemque in Romana ævo suo receptum. Bernonis Augiensis auctoritas accedit, quæ nulla ele-

vari solida unquam poterit solutione. Ea repeto verba : *Symbolum post evangelium usque ad hæc tempora divæ memoriæ Henrici imperatoris (inceptum scilicet curreat sæculum undecimum), nullo modo cecinerunt Romani.*

In hac Scriptorum pugna, inquies, cur non prævalcat antiquioris Amalarii auctoritas? Cur, inquit ego, Micrologi, maximeque Bernonis, qui de re suæ ætatis testimonium ferunt, cedere auctoritas debeat? Hic enim testatur, nonnisi Henrici I ætate Romanos in Liturgia canere, aut legere Symbolum Constantinopolitanum incepisse : ac ille Commentario suo Ordinem Romanum exponens, decantati dictique Symboli mentionem ingerit nullam, Antilogiam removel omnem solutio, quæ sumitur ex invecta in Ordinem interpolatione : si tamen hæc recte intelligatur. Nempe Romanus Ordo in ea parte, quæ Symboli decantationem offert, sequiori ætate interpolatus fuit, cum ritum istum sæculo undecimo Romana recepit Ecclesia. Amalarius autem, qui sæculo nono Ordinem illustrabat, agit de ritu Symboli, non quem in eodem Ordine legeret, sed quem ab aliis Ecclesiis Hispanicis, Gallicanis, Germanicis, ac Italicis (in regno Italiæ, noverat in usu positum. Pars prima pendet ex altera. Hanc ego certissimam teneo : propterea quod Amalarius passim et constanter in Ecloga offert Romani Ordinis verba, eademque subinde exponit : ubi vero de Symbolo agit, ne verbum habet, quod ex ipso Ordine sumptum sit.

Utriusque, et Ordinis, et Eclogæ, specimen ponere sub oculos liceat, ut quod aio, splendidissime innotescat. In Ordine verba sunt : « Ipse vero Diaconus stat versus ad meridiem... Post lectum Evangelium, candelæ in loco suo extinguuntur. Et ab **197** episcopo, *Credo in unum Deum, cantatur...* Deinde salutat episcopus populum dicens, *Dominus vobiscum...* Ganitur Offertorium... Tunc venit subdiaconus, ferens in brachio dextro patenam, et sinistro calicem. » etc. Amalarium hæc exponentem attentius consideremus : « *Diaconus pronuntians verba Evangelii, ad meridiem stat versus : quoniam illis loquitur, de quibus dicebat Paulus, »* etc. Priora sunt Romani ordinis verba ; quæ sequuntur, Amalarii expositionem continent : « *Post lectum Evangelium, candelæ extinguuntur : per candelas signantur doctores Ecclesiæ, »* etc. Verba sequuntur in Ordine : *Et ab episcopo, Credo in unum Deum cantatur.* Hæc non habentur in Amalario, qui tamen sic ait : « *De Credo in Deum. Postquam Christus locutus est populo suo, fas est ut dulcius et iutentius profiteatur (populus) credulitatem suam, »* etc. Quis non videat nihil de Symbolo in Romano Ordine reperisse Amalarium : quæve in Ecloga habentur, de suo ipsum adjecisse? Hinc sequitur ille : « *Post lectum Evangelium (non vero, post lectum, aut cantatum Credo) venit subdiaconus ferens in brachio sinistro calicem...* Dominus Jesus ipse est

subdiaconus, et diaconus, » etc. Ad *Ordinem* scilicet spectant verba priora : ad Amalarium exponentem, alia. Caecitiam oportet, qui non videat ab ipso Amalarium invecum sermonem de *Symbolo*, cujus nulla in Ordine mentio erat : adeoque ipsum Ordinem sequiore ætate interpolatum verbis illis adjectis, *Et ab episcopo Credo in unum Deum cantatur.*

Animadvertite in ea verba, quæ habentur in Ecloga, *Post lectum Evangelium venit subdiaconus ferens in brachio sinistro calicem* : quæ satis indicant, in Ordine genuino nullam post Evangelium prescriptam fuisse Symboli recitationem. Jam collige argumentum pro Symboli recitatione apud Romanos nono et octavo sæculo usitata, ex Ordinibus desumptum, sive ex illis quos vulgavit Mabillonius, sive ex aliis ab Hittorio vulgaris, levissimum esse, nullamque vim habere : cum sint Ordines ætate posteriori interpolati. Rem hanc Josephi Mariae Thomasi verbis tandem absolvo, inter ejus *Scholia* in Antiphonarium Gregorianum : « *Ordo Romanus* (inquietis), antiquitus non commo, quo apud nos editus est, circumferebatur. Discretis namque libellis continebatur, quibus posteriora per annum explicabantur Officia... Cæterum Ordo ille Romanus, editus ab Hittorio, farrago potius est diversorum rituum secundum varias consuetudines : ita ut antiquiores germanioresque Romanos ritus in tanta varietate discernere sine eorum libellorum ope pene sit impossibile. » Sed 198 et ipsi libelli, quos Mabillonius edidit, diligentiori crisi expendendi sunt, ne ritus ævo illo Romanæ Ecclesiæ tribuamus, quos minime adhuc receperit : qua de re adhuc infra agendum capite sequenti.

#### CAPUT V.

*Sæculo nono, Photiano tempore, Symbolum voce, Filioque, non auxerat Romana Ecclesia : Photii fraudes, et commenta. Altera sæculi undecimi medietate, invecloque per Michaelem Cerularium schismate, interpolatum in eadem Ecclesia Romana Symbolum in usu erat : schismatis vera causa. Incepto eodem sæculo, Symbolum ipsa in Liturgia canere, aut recitare cepit. An eodem tempore additamentum admiserit, an antea, opiniones varice : quæ expenduntur. An demum Symbolum Constantinopolitanum, illudque interpolatum, adhibuerit unquam in baptismatis administratione : Aquileiensis Ecclesiæ ritus exhibetur.*

I. Diu siluere, quæ mota fuerant de *Processione Spiritus sancti* dissidia, sive contra ipsam divinæ tertiæ personæ originem a *Patre et a Filio*, sive contra vocis *Filioque* additionem ad *Symbolum*. In fide dogmatis immota consistebat Ecclesia Romana, cum omnibus Occidentis Ecclesiis, perenni Patrum, etiam Græcorum, traditione munita : quod aliæ vero Ecclesiæ *additamentum* receperant, nondum admiserat toto sæculo nono eadem Romana. Item evincunt Photiana litigia.

Romana in synodo anno 863 celebrata proscriptus Photius a Nicolao I, veluti sedis alterius,

A Ignatii scilicet qui Constantinopolitanam regerat Ecclesiam, injustus ac violentus inuasor, vindictæ cupidus, percitusque bile, plures quas potuit emota mente excogitare, Romanam in Ecclesiam projecit calumnias. Eas continet omnes *Encyclica Epistola*, quam dedit ad *archiepiscopales thronos per Orientem obtinentes*, secunda in editione Montacutii. Hanc etiam integram Latine refert Baronius, ad ann. 863, n. 34. Dissidium innovat contra sancti Spiritus a *Patre Filioque* processione, ejusque vocis *Filioque* additamentum ad *Symbolum* improbat, damnat, exsecratur. Verba sunt, quæ juxta Latinam Montacutii versionem profero : *Præter memoratas absurditates, sanctum et sacrum Symbolum, quod ab omnibus œcumenicorum conciliorum calculis confirmatur, et vim obtinet irresistibilem, sensibus spuris, verbis ascititiis (quæ summa fuit ipsorum audacia), conabuntur : lullerare. O machinationes diabolicas ! Spiritum sanctum novo more comminabantur non de solo Patre, sed etiam Filio procedere.* Dogma reprobat levissimis ac sutilibus argumentis, quorum præcipua refutata lege in dissertatione 1, capite 8, num. 7.

Hæc Photius cum scriberet, Bulgaros nuper conversos ad fidem spectabat : eaque incusabat sine dubio, quæ geri apud eosdem Bulgaros resciverat, in fide catholica a Latinis presbyteris, et episcopis institutos. Dubitare non sinunt, quæ ibidem promiserat Photius, hæc verba : « *Barbara Bulgarorum gens, et Christo invisita et infesta, in tantam mansuetudinem, et Dei cognitionem convertitur, ut a patris diabolicisque orgiis recedentes, et paganice superstitionis errorum excutientes, præter omnem expectationem in fidem Christianam insiti transierunt. Sed o improbum, invidum Deo, invisum consilium, et incautum ! . . . Nondum enim gens illa per biennium rectam Christianorum religionem (Græcorum opera) amplexabatur : cum impii quidam homines, et exsecrandi . . . exorti ab occidentis partibus . . . a sanis et puris dogmatibus et a fide inculcata Christianorum eos subdolo deducere, et corrumpere conabantur. Imprius contra Ecclesiæ canones illicite ad Sabbatorum jejunia traduciebant . . . Sanctum et sacrum Symbolum sensibus spuris, et verbis ascititiis conabantur adulterare.* » Contra processionis dogma imperitissime pugnat, ac subdit : *Hanc impietatem tenebrarum illi episcopi (ex Occidentis partibus) una cum illicitis, et illegitimis aliis apud gentem Bulgaricam disseminabant. Harum rerum fama pervenit ad aures nostras. Episcopos, ac presbyteros Latinos, qui Bulgaros erudiebant in fide, Photius incusat de addita voce *Filioque* ad *Symbolum* : neque tamen inficiari ausim, quia ipse inde colligeret, *additamentum* illud apud alias Occidentales invaluisse Ecclesias, ac etiam Romanam. Sed hanc de Romana suspicionem brevi deposuit.*

Laudatos Bulgarorum Latinos catechistas veluti



de facie cognoscere maxime præstat. Annales Bertiniani ad annum 866 sic habent: « Rex Bulgarorum, qui præcedente anno. . . Christianus fieri meditatus fuerat, sacrum baptismum suscepit. . . Mittens ad Ludovicum regem Germaniæ, qui ei scedere pacis conjunctus erat, episcopum et presbyteros postulavit. . . Ludovicus autem ad Carolum fratrem suum mitteas, in ministerium clericorum, apud fratrem suum vasa sacrata sacrasque vestes ac libros petiit. Unde Carolus ab episcopis regni sui non parvam summam accipiens, ei ad dirigendum regi Bulgarorum misit. » Ex Gallicanis, 200 aut Germanicis Ecclesiis clericos in Bulgariam missos, constat. Anastasius Bibliothecarius Romanos etiam episcopos illuc directos memorat in Vita Nicolai: accepta Michaelis gentis Bulgarorum regis legatione mense Augusto, indictione quarta decima, inquit, Paulum Populoniensem, et Formosum Portuensem, magnæ sanctitatis episcopos. . . ad prædicandum genti illi ire, decrevit Annalium Puldensium addo verba, quæ digna sunt animadversione, ad annum 866 et insequentem: « Legati Bulgarorum Hadesponam ad regem venerunt, dicentes: Regem illorum cum populo non modico ad Christum esse conversum, simulque petentes, ut rex idoneos prædicatores Christianæ religionis ad eos mittere non differret. Rex Ludovicus, Bulgarorum petitionibus annuens. Ermenricum episcopum cum presbyteris, et diaconibus ad propagandam fidem catholicam prælatæ genti destinavit. Sed cum illuc pervenissent, episcopi a Pontifice Romano missi totam illam terram prædicando, et baptizando jam tunc repleverant: quapropter isti accepta a rege licentia, redierunt in sua.

Latini episcopi, et clerici innotescunt, qui Bulgarios in fide catholica erudiebant, gravissime a Photio reprehensi ob traditam doctrinam de Processione Spiritus sancti a Patre et a Filio et ob ejus vocis Filioque additionem ad Symbolum. Sunt nempe Gallicani clerici, aut Germani a Ludovico Germaniæ rege, et Caroli dicti Calvi regis Franciæ Occidentalis ac postea imperatoris fratre, in Bulgariam missi. Sunt etiam alii, quos in eandem regionem miserat Nicolaus I, summus pontifex. Miratio subeat nulla, Germanos illos aut Gallicanos Constantinopolitanum Symbolum tradidisse Bulgariis, pro ut ipsi habebant, additione vocis Filioque interpolatum. In hanc additionem consentire, primum erat episcopis a Nicolao missis: tum quia Occidentis Ecclesiæ fere omnes eam receperant, tum quia ut id Bulgari expressius crederent maxime consentaneum erat, quorum fidem schismatici Photiani vitare conabantur.

Hinc vero hisce Photii litteris nimium leviter permotus Natalis Alexandersæculo iv, dissert. 38, art. 3, existimavit. Nicolai primi temporibus, factum fuisse hanc additionem in Romana Ecclesia. Hanc epocham non confirmant, neque indicant verba, quæ profert idem auctor ex Itatramno Corbeiensi Mo-

nacho in libro iv contra Græcos, Photiano tempore scripto: *Dein Ariana repullulante vesania* (inqui-ente), *volenteque confirmare non esse rectæ fidei, Spiritum sanctum dicere a Patre procedere; hoc quia videretur esse blasphemum, quoniam duorum profiteretur Pater 201 esse, id est Filii, et Spiritus sancti; hunc quoque blasphemiam propellendam decernentes Ecclesiæ doctores, superaddidere symbolo; Spiritum sanctum a Filio quoque procedere, ne si de Patre tantum procedere diceretur, putaretur Filius, nec diceretur Spiritus Filii. Non ait, a Romana Ecclesia Symbolo superadditam vocem, Filioque: sed ab Ecclesiæ doctoribus, quos hactenus non alios reperire datum est, nisi Hispanos, Gallicanos, Germanos, et Italicos in regno Italæ.*

Summus Pontifex Nicolaus in epistola anno 867, mense Octobri, indictione prima a septembri præcedenti incepta, ad Hincmarum data, et cæteros episcopos in regno Caroli, reprehensam a Photio de processione Spiritus sancti a Patre et a Filio Romanam Ecclesiam narrat, nulla additamenti ad Symbolum mentione ingosta Conular, inquit, *tam nostram specialiter, quam omnem generaliter quæ lingua Latina utitur, Ecclesiam reprehendere: quod . . . Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere dicamus, cum ipsi hunc tantum ex Patre procedere fateantur.* Pontificis, ac episcoporum Galliæ volis annuens Aneas qui Parisiensem regobat Ecclesiam, librum edidit adversum Photii, et Græcorum calumnias: deque re, quæ de agimus, hæc tantum habet in præfatione *Infert* (Photius) *Romanis auribus: Quare Spiritum sanctum a Patre et Filio profiteamur procedere et non a solo Patre? Quid? quod Photius ipse adjectionem ad Symbolum nondum Nicolai pontificis ætate receptam in Romana Ecclesia, satis indicat in tractatu de processione Spiritus sancti; ex quo Leo Allatus fragmentum profert Exercitatione xiv in Gregylitonum, pag 231. Sed nec tremendum fidei* (Symbolum), *in ore omnium circumducit solitum, sententiæ suæ* (de processione ab utroque) *tegumentum præterens. . . attouit vel læsit* (Nicolaus).

In sedem Constantinopolitanam restitutum Photium confirma anno 879, Joannes summus pontifex, hujus nominis dictus Octavus. Ne Romanam Ecclesiam injuria lacerasse ipse putaretur, epistolam sub ejusdem Joannis nomine veluti ad se scriptam confinxit: in eaque ab omni additamento pontificem alienum exhibet, paratumque ad ejus expunctionem apud eos urgendam, qui idem in Symbolis admisissent. Vel hæc Photii fabula evincit, nondum ea ætate interpolatum apud Romanos viguisse Symbolum. Memoratas refert Epistolas Baronius ad annum 879, num. 54. Verba sunt: « Novit etiam tua fraternitas, quod cum nuper ad nos accessit is, qui a te missus est, et de sancto Symbolo nos consuluit, quomodo invenit nos illud inconcussum, sicut nobis ab initio 202 traditum est, conservare: neque aliquid addidisse, vel delru-

*xisse* cum recte noverimus quod eos, qui talia facere audent, gravis condemnatio expectat. Reverentia itaque tuæ iterum significamus, ut de hac *additione* in Symbolo, ex *Filio* scilicet, tibi satisfaciamus : quod non solum *hoc non* dicimus, sed etiam quod eos qui *principio hoc dicere* ausi sunt, quasi transgressores divini verbi condemnamus. . . *Ut reliqui nostri episcopi* nobiscum idem sentiant, totis viribus contendimus. . . Rationi congruum mihi visum est, ne violenter aliquis cognatur a nobis *additionem illam* dimittere, quam ipse adiecit in Symbolo noverit : sed potius mansuetudine aliqua huiusmodi homines admonere, et paulatim a *blasphemia* revocare. » Commento suo firmat Photius, vocem *Filioque* ab Ecclesia Romana nondum in Symbolo receptam : invidiamque simul Joanni pontifici creat, dum ipsam inducit, veluti *blasphemam*, repudiantem *adjectionem* Antiquitatis, et rigoris tenacissima Romana Ecclesia *adjectionem ad Symbolum* non admittebat ; fidem processionis etiam *a Filio* constantissime profitebatur, vindicabatque : adeoque et illud additamentum cæteris in Ecclesiis, quæ illud receperant, cum id ad ecclesiasticam pertineret disciplinam, tolerabat, easque *transgressionis contra divinum verbum* condemnavit nunquam. Confictæ Photianæ epistolæ consonat *conciliabulum Constantinopolitanum* eodem anno 879 celebratum, ut fertur : quod attamen ab eodem Photio pariter confictum, aut certe falsatum, invicte demonstrat singulari in Opere Allatius. Legatorum concilii Aquisgranensis collationem cum Leone III pontifice recole capite superiore num. 4 C et 5.

Ludum eundem Photius ludit in epistola ad archiepiscopum *Aquileiensem*, qua ad aliam veluti sibi ab eo datam respondet. Refert eam Latine Baronius, ad annum 883, num. 5 ; Latine et Græce Conbesisius in *Auctario novissimo*, pag. 527, Latiore nos egimus de ea sermone in *Monumentis Ecclesiæ Aquileienseis*, capite 50, num. 5, deque Photii vaferrimi hominis fraude suspicionem ingessimus. Ut ut sese res habeat, pontifices Romanos ita ab *additamento* alienos exhibet, ut eos etiam processionis a solo Patre vindicari faciat ; aliosque Latine Ecclesiæ episcopos indicat tum processionis a *Patre et a Filio* professores, tum auctores *additamenti*. Id vero colligitur inde, Romanam Ecclesiam Symbolum cum voce *Filioque* eæ ætate, ipso Photio teste, non recitasse. Photii verba refero : « Pervenit ad nostras aures, quod nonnulli Occidentalium, divinum ac sanctissimum Spiritum *non solum e. c. Deo et Patre*, verum etiam **203** *ex Filio* procedere *novo dogmate* introducunt, (Ita scilicet ait mendacissimus homo.) Leo, Romanus pontifex, tum senior (II) tumque rursus qui illum secutus est Leo junior (III)... Hic pietatis fervens imitator, ut nullo pacto, barbaro idiomate, intemerata nostræ fidei regula corrumpere-  
tur, Græca lingua, ut et a principio dictata fuerat

atque lecta, per eam Occidentalibus laudandam ac predicandam divinam sanctamque Trinitatem tradidit. Neque id verbo solum ac jussione, verum etiam quibusdam *ancilibus* velut titulis, columnarum more, inscribens ad fores Ecclesiæ affixit. . . ne unquam via esset. . . alteram præter Patrem, Spiritus causam, Filium invenendi. » Nova non ere ætate Photii invecta ab Occidentalibus de *Spiritus sancti a Patre et a Filio* processione sententia : imo dogma est fidei catholicæ, Spirituum auctoritate munitum, ac perenni Patrum traditione. Leo III, quod a majoribus acceperat, *sine additamento* Symbolum custodiebat : ferebatque ægro animo, voce illa adjecta Symbolum decantari a Galicanis episcopis ; neque tamen illos, ac Hispanos. Italicosque in regno Italiæ reprehendit unquam, veluti *intemeratæ nostræ fidei regulæ corruptores*. Ad ecclesiasticam disciplinam res pertinet : placuissetque Pontifici, ut rigor legis, quem Romana sequebatur Ecclesia, in aliis quoque vigeret.

De memoratis a Photio *ancilibus* certiore suppeditat notitiam Anastasius Bibliothecarius in Vita Leonis III. num. 410, in editione Francisci Blanchini : Hic vero (inquiens), *pro amore et cautela orthodoxæ fidei*, fecit scuta argentea duo, scripta utraque Symbolo, unum quidem *litteris Græcis*, et aliud *Latinis*. » Magister Sententiarum *Petrus Lombardus*, quem Baronius laudat ad ann. 809, num. 62, rem hanc his verbis narrat libro *Sententiarum*, dist. 41 : « Addunt Græci ad assertionem suæ opinionis. . . quod Leo III Romæ transcriptum (Symbolum) in tabula argentea, post altare beati Pauli posita (imo in Basilica sancti Petri), posteris reliquit *pro amore*, ut ipse ait, *et cautela fidei orthodoxæ*. In quo quidem Symbolo, *in processione Spiritus*, solus commemoratur *Pater*. » Cautelam fidei orthodoxæ non ita intelligas, ac si Leo pontifex dogmati catholico dissonam crederet processionem a Patre et a Filio. Quin imo in Collatione cum synodi Aquisgranensis legatis profitebatur : *Ita sentio Spiritum a Patre et a Filio* procedere, inquiens ; *ita teneo cum omnibus auctoribus, et sacræ Scripturæ auctoritatibus. Si quis aliter de hac re sentire vel docere voluerit, desento* (inhibeo) *Et nisi conversus fuerit, et secundum hunc sensum tenere voluerit, contraria sentientem scilicet abjicio.* **204** *Se funditus abjectum* noverit Photius, *funditusque abjectos* noverint sese Græci Photiani, ab ipso Leone III, quem veluti sibi faventem nobis opponunt. Eo sensu *cautelam fidei orthodoxæ* expressit Anastasius, ut Leonis mens foret, liberum cuique non esse ad Symbolum addere quidpiam, vel quidpiam ex eo minuere ; ne huiusmodi additionibus, aut minutionibus quidpiam aut irreperet, aut tolleretur, quod *fidem orthodoxam* læderet, et corrumpere.

II. A sæculo nono ad alteram transco undecimi sæculi medietatem : *interpolato Symbolo Constan-*

inopolitano, sive particula *Filioque* aucto, sine dubio utebatur hoc tempore Ecclesia Romana: indeque schismatis innovandi pretextum sumpsit Michael Cerularius. Thronum is patriarchalem Constantinopolitanum anno 1043 conscendit. Dissidii, quod incenderat Photius, manebant scintillæ inter Græcos: crumpebatque ignis datis occasionibus. De Spiritus sancti processione disceptatum fuisse decimo sæculo inchoato, docet nos Herivens, Remensis archiepiscopus; in provinciali concilio Trosleiano anno 909 celebrato, capite 14 hæc habentur: Innotuit (significavit) nobis sancta sedes apostolica, adhuc errores blasphemiasque ejusdam vigere Photii in partibus Orientis in *Spiritum sanctum*, quod *non a Filio, nisi a Patre tantum procedat*, blasphemantis. Hortamur vestram fraternitatem, ut secundum admonitionem domini Romanæ sedis (Sergii) singuli nostrum, perspectis Patrum catholicorum sententiis, de divinæ Scripturæ pharetris aculas proferamus sagittas potentis, ad confodiendam belluam monstri renascentis, et ad conterendum caput nequissimi serpentis.»

Sedem Constantinopolitanam anno 1024 regerat Eustathius: tenebatque summum Ecclesiæ pontificatum Joannes XIX. Titulum *universalis patriarchæ* requirebat ille, erecto animo negavit iste. Hugo abbas Flaviniacensis hæc habet in *Chronico Verdunensi* ad eundem annum apud Labbeum in *Nova Bibliotheca*, tomo I: *Joannes (XIX) ordinatus est. A quo cum requisisset Constantinopolitanus antistes, ut sua Ecclesia, sicut et Romana, universalis diceretur; et donis eum, Romanosque qui curiæ præerant, innumeris flecteret, ita ut clanculo tentarent concedere quod rogabatur: omnis ob hoc vehementissimis commota est Italia. Sed Galliarum episcopi et abbates his obviare conati sunt. . . Sic confutata Græcorum præsumptio est.* Eadem ex Glabro narrat Baronius num. 5. Animadvertit Ecclesiam regis urbis Constantinopolitans eo tempore divisam ab Ecclesia Romana non fuisse, sine ejus consensu sumere antistes ille titulum *œcumenici patriarchæ* non audebat.

**205** Denegatum titulum iniquo ferebat animo Cerularius, qui postea successit: Ecclesiamque suam, et alias Orientales a Romana disjungere satagit. Socios habuit Leonem Achridæ archiepiscopum, ac Nicetam Stethatum, seu Pectoratum monachum. Prædictum *œcumenici* titulum propria ab ipso auctoritate assumptum, novimus ex Leone IX in epistola ad ipsum Cerularium data, quam Baronius recitat ad annum 1054, num. 12; *Qualis vero, et quam detestabilis atque lamentabilis est illa sacrilega usurpatio, quate universalem patriarcham iactas ubique, et scripto, et verbo!* Scissionis pretextum primo tempore neque dogma processionis *a Patre et a Filio*, neque vocis *Filioque* adjectionem ad Symbolum obtendit, sed alios Romanæ Ecclesiæ ritus, maximeque usum *azymi* panis in consecratione corporis Domini. In ejus Cerularii et Petri

Achridani Epistola ad Joannem Tranensem (in Apulia) episcopum calumniæ, quæ Romanam in Ecclesiam feruntur, usum *azymi* spectant, et *jejunium Sabbati* itemque *suffocatorum comestionem*, et *Alleluia in Quadragesima non decantulum*. Integram Baronius epistolam refert ad annum 1053, num. 23. Scriptum etiam ediderat Niceta monachus, in quo *sedem apostolicam* incusabat *de azymo, de Sabbato et de nuptiis sacerdotum*. Concule Commemorationem rerum a legatis apostolicæ sedis Constantinopoli gestarum in Labbeana Conciliorum collectione. Hinc Wilbertus in Vita Leonis IX, apud Mabillonium inter *Acta Sanctorum* ordinis Benedictini mota ab hisce Græcis dissidia narrans, libro II, capite 9, sic ait: *Ea tempestate orta est hæresis Fermentaceorum, quæ calumniatur sanctam Romanam sedem, imo omnem Latinam et Occidentalem Ecclesiam, de azymis vivificum Deo offerre sacrificium. Quam calumniam etiam scripto ediderunt episcopi, Michael Constantinopolitanus, et Leo Achridanus. . . ad Tranensem episcopum directo.*

Romanæ sedis legatio in urbem regiam Constantinopolim directa est. Legati fuero Humbertus, cardinalis episcopus *Silvæ Candidæ*; Petrus, *Amalphanorum archiepiscopus*; et Fridericus, *diaconus et cancellarius*. Niceta monachus ad frugem rediit: stetit sua obduratus in pervicacia Cerularius. Anathema in ipsum latum, quod in laudata Commemoratione prostat. In eo inter alia crimina refertur: *quod, sicut Pneumatomachi vel Theomachi, absciderunt a Symbolo Spiritus sancti processionem a Filio*. Hæc anno 1054 accidere, mense Julio.

Bile percitus Michael, suorum synodo coacta, calumnias in apostolicam sedem instaurat, doctrinamque de *Spiritus sancto*, ac præsertim **206** *Symboli interpolationem* cepit impugnare, Synodi acta refert Allutius, dissertatione II *De libris ecclesiasticis Græcorum*, ubi hæc habentur, pag. 172: « Ad hæc, quod *sacrosanctum Symbolum* quod omnibus synodalibus et œcumenicis decretis in concussum atque inexpugnabile robur habet, spuris cogitatis, et sermonibus adulterinis et audaciæ excessu adulterare nolumus; nec ut illi, *ex Patre et Filio Spiritum*, sed *ex Patre* dicimus procedere. » Hujusmodi rerum eodem anno 1051 notitiam ad Petrum Antiochenum patriarcham transmittit data Epistola, quam Baronius recitat Latine, num. 28; Latine et Græce Colelerius in *Ecclesiæ Græcæ Monumentis*, tomo II inter alia multa, de *symbolo interpolato* accusationem invenit, *In sancto Symbolo*, inquit, *tale additamentum recitant ex male periculosaque sententia*. Jam patet Symboli interpolati usum hac ætate in Romana Ecclesia viguisse.

Dignissima sunt animadversione Petri Antiocheni diela in sua Responsione, quæ apud laudatum Colelerium prostat Græce et Latine: « Malum vero [inquentis num. 11]. et malorum pessimum es adjectio ad Symbolum hæc; *Et in Spiritum sanctum,*

*Domnum, et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit* [num. 22], ut equidem meam promoto sententiam; si in *additione Symboli corrigantur* nihil præterea postulaverim. » Hæc Joannes Beccus pro animi sui candore expendens, oratione 2. de injusta sui depositione, num. 4; « Attente considera, inquit, *dictionem*, qui hæc æquo animo dijudicas: si in *sancto Symbolo factam additionem correxerint* Non vero, si inde impietatem obliteraverint, aut inde adversus Deum blasphemiam eiecerint. » Intactam ergo Antiochenus relinquebat de *professione a Filio doctrinam*. At *malum et malorum pessimum* [inquis], ipsam vocat *adjectionem ad Symbolum*. Beccum audire præstat Ibidem; « Ego plane cum [Petrum Antiochenum], quod *videbatur in additione delictum*, facili negotio neglecturum existimo: si vel pusillum pacis spiritum in eo (Michaele Cerulario), ad quem litteras dabat, contineri prospexisset. Idque colligo, nec male, ex illis quæ in alia Epistolæ parte (num. 14) verbis hisce digere: *Bonum enim est nos ad aequitatem propensos, et potissimum ubi neque Deus, neque fides in periculo vertitur* (cujusmodi apud Antiochenum erat Spiritus sancti processio etiam a Filio a Latinis asserta), *semper ad pacem et fratrum amorem inclinari.* »

III. Hocce temporis intervallo, quod a *Photiano schismate* excurrit ad Michaelem Cerularium schismatis instauratorem, epocha 207 diligentius perquirenda est admissi receptique in Ecclesia Romana *cum interpolatione Symboli*. Ac primo Symbolum Constantinopolitanum cœpisse Romæ inter Missarum solemnia decantari anno 1014 sedem apostolicam tenente Benedicto VIII, ac imperante Henrico I, extra dubium ponit Bernonis abbatis Augiensis auctoritas. Romæ interfuit ille ipsius Henrici coronationi eodem anno 1014 celebratæ.

In libello, quem de quibusdam rebus ad Missæ officium pertinentibus composuit, hæc habet capite 2: « Romani usque ad hæc tempora *divinæ memoriæ Henrici imperatoris nullo modo recinerunt*. Sed ab eisdem interrogati, cur ita agerent, me coram assistente, audivi eos hujusmodi responsum reddere; videlicet quod Romana Ecclesia non fuisset aliquando ulla hæreses fæce infecta, sed secundum sancti Petri doctrinam in soliditate catholicæ fidei permaneret inconcussa: et ideo magis his necessarium esse illud Symbolum sæpius cantando frequentare, qui aliquando ulla hæresi potuerunt maculari. At dominus imperator non antea desiit, quam *omnium consensu* id domino Benedicto Apostolico persuasit, *ut ut publicam Missam illud decantarent*. Sed utrum hanc consuetudinem servent adhuc, affirmare non possumus, quæ certum non tenemus. » Obiit Berno anno 1045.

Num ergo hæc data occasione, qua *omnium consensu* annuit summus pontifex Benedictus VIII ut inter Missarum solemnia Symbolum Constantinopolitanum caneretur, admissum etiam prima vice

fuere vocis *Filioque* additamentum? Verisimillimum id videtur. Cur enim antea tametsi a sexto sæculo desinente Ecclesiæ Hispanicæ, et a sæculo octavo Gallicanæ, et Germanicæ, ac Italicæ in regno Italiæ publice Symbolum idem in Liturgia recitarent, aut canerent, morem istum Romana Ecclesia recepit nunquam? Videlicet *quod Romana Ecclesia* (Henrico imperatori reponebant Romani) *non fuisset aliquando ulla hæreses fæce infecta, sed in soliditate catholicæ fidei permaneret inconcussa*. Atqui hæc ratio non solum Symboli tantum, qui prius in more fuerit, sed jure potiori *Symboli interpolationem* rejicit. Hanc etiam suo tempore causam Rufinus reddebat, cur Symbolum apostolicum cum aliquibus additamentis cæteræ Ecclesiæ recitarent, sine illis intemeratum custodiret Romana: *Quod ego propterea esse arbitror*, inquit, *quod neque hæresis ulla illic sumpsit exordium*, Itaque cum demum Benedictum VIII petitioni Henrici Augusti, habito *omnium consensu*, indulgendum esse censuerit, Symboli Constantinopolitani cantu inter Missarum solemnia recepto, Symbolum etiam recepisse videtur 208 cum interpolatione, quam cæteræ jam totius Occidentis Ecclesiæ amplexatæ fuerant, publiceque in Symboli cantu profitebantur.

IV. Hac tamen de re variæ sunt vigentque adhuc scriptorum opiniones, quas referre præstat et expendere. Sanctus Thomas I part., quæst. 38, art. 2, ad 2, ait: *Postea insurgente errore quorundam, in quodam concilio in Occidentibus congregato, expressum fuit* (quod etiam a Filio procederet Spiritus sanctus). *auctoritate Romani Pontificis: cujus auctoritate etiam antiqua concilia congregantur et confirmantur*. Paria scribit contra gentes, libro iv, capite 23: *Processio Spiritus sancti a Filio implicite continetur in Constantinopolitana synodo in hoc quod ibi dicitur, quod procedit a Patre: quia quod de Patre intelligitur, oportet et de Filio intelligi. Et ad hoc addendum sufficit auctoritas Romani pontificis, per quam etiam inveniuntur antiqua concilia esse confirmata*. Occidentale, quod Aquinas memorat, a Romano pontifice congregatum, concilium habet. Quidni vero pro *Occidentali concilio* intelligi queat, Henrici imperatoris petitio, *omniumque maxime consensus*; quo habito Benedictus VIII indulserit, publice cani Symbolum in missa, prout Hispanicæ, et Gallicanæ, et Germanicæ et Italicæ in regno Italiæ illud canebant, cum vocis *Filioque* interpolatione?

Hugo Hierianus, in opere, quod Alexandro III Romano pontifici nuncupavit, *De hæresibus, quas in Latinos Greci devolvunt*, libro iii, capite 16, hæc habet: « Nulla calumnia notandus est antiquioris Romæ antistes, quod *causa interpretationis* dictionem unam, dico autem *ex Filio* procedere Spiritum, *sanctorum plurium episcoporum, scientissimorumque cardinalium consensu habito*, apposuerit. » Hæc mihi videntur verba illum *omnium consensum* indicare: quo habito Benedictum VIII petitioni Henrici im-



peratoris annuisse, testatur Berno Augiensis abbas.

Humbertus cardinalis, episcopus Silvæ-Candidæ, cum sociis, in sententia anathematis contra Michaelen Cerularium lata, ipsum suosque Græcos accusat, quod absciderunt a Symbolo Spiritus sancti processionem. In eorum scilicet videtur ille opinione fuisse, qui ante Monotheliticam hæresim, ne fortasse in Constantinopolitana contra Macedonium synodo, adjectam vocem *Filioque* ad Symbolum putabant. Quomodo vero eidem cardinali et episcopo Silvæ-Candidæ, prædicta anno 1054 profertur, non innotuerit, quod ante quadraginta annos sub Henrico imperatore factum constitutum? At Humbertus, in Tullensi diocesi monachus Mediani monasterii 209 in Lotharingia, Symbolum interpolatum canebat, audiebatque eam suis in provinciis juxta morem ab antiquo obliuentem, veramque ignorabat ejus originem. Vulgari, quæ apud suos ferebatur, præoccupatus opinione. Romanus profectus est cum Leone papa IX ab eoque creatus cardinalis et episcopus Silvæ-Candidæ. In eo, quod Cerularius dissidium moverat pro semel hausta opinione, Græcos putabat particulam *Filioque* detraxisse Symbolo, quos acerrimos noverat processionis ab utroque hostes. In viro ceteroqui doctissimo accuratior hac in re perquisitio frustra expetenda.

Minus accuratam temporum, quibus Romana Ecclesia interpolationem admisit, notitiam exhibet Andreas Rhodiensis episcopus in Actis Græco-Latinis Florentinæ synodi sessione 7: « Instante necessitate additum est propter quosdam Nestorianos, apud Occidentalem Ecclesiam disseminantes, Spiritum sanctum non esse ex ipso filio, nec suum esse ab illo accipere. (Quod ipse colligit ex Nestoriano symbolo, ac Theodoretum inter et Cyrillum Alexandrinum litigio.) Hac ratione coacta fuit Romana Ecclesia, cum magnum videret imminere periculum: Jam enim canebatur in Galliis et Hispaniis. » Miscentur omnia. Lux autem sub lucet aliqua in postremis verbis, quæ satis indicant Romanam Ecclesiam adjectam illam non recepisse explicationem, nisi longe post consuetudinem, Symbolum in missa canendi, ab Ecclesiis Hispanicis sexto et septimo sæculo, et a Gallicanis octavo et nono inventam.

Accuratiora ipsi Græci non habent, quæ profertur: « Anonymus Græcus auctor (verbu sunt Baronii, ad annum 883, num. 35), qui inter alia Græcorum monumenta positus habetur in Vallicellana bibliotheca, id primum factum a Christophoro papa tradit: atque affirmat, usque ad illud tempus omnes qui præcesserunt Romanos pontifices, in ipsorum fidei professione asseruisse absque ullo additamento, Spiritum sanctum a Patre procedere. Aitque post recensitos prædecessores pontifices: Qui vero ipsam secuti sunt Formosum, Bonifacius, Stephanus, Romanus, Theodorus, Joan-

nes, Benedictus, Leo, successores novæ hujusmodi doctrinæ Formosi, in omnibus fuerunt ipsi discordes: qui secreto, a Filio quoque procedere Spiritum sanctum assererat, cum tamen in epistola ad sedes patriarchales missa de solo Patre fecerit mentionem. Post quos cum Christophorus papa Romanus creatus fuisset, in fidei confessione, quam misit ad Constantinopolitanum patriarcham, nempe in Symbolo, 210 a Filio quoque Spiritum sanctum procedere, ausus est dicere. Qua de causa postea a Sergio patriarcha, qui præcessit Cerularium, e diptychis ipse Christophorus expunctus est. » Græco anonymo si credimus, neque processionis ab utroque dogma tenere, neque Symbolum interpolarent Romani pontifices usque ad Formosum, qui ab anno 891 sedit ad annum usque 896. Hic vero Formosus fuit, qui novam doctrinam invexit, si fides anonymo, secretoque assererat, Spiritum sanctum a Filio quoque procedere. Haud ipsi consenserunt, qui Romanam tenere sedem usque ad Christophorum. Pontificatum invasit iste anno 903, circa finem Novembris, dejectusque anno insequente fuit circa initium mensis Junii a Sergio hujus nominis tertio. Symbolum adjecta voce *Filioque* ipse Christophorus interpolasse dicitur, eam ob causam a Sergio patriarcha Constantinopolitano expunctus e diptychis. Hæc ille.

Rimas agit quaquaversum excogitata fabella. Spiritus sancti processionem a Patre *Filioque* non invexit primus Formosus: quam præcessores Romanos pontifices omnes tenuisse, sæculorum omnium traditione, Græcæque ac Latine lingue omnium Patrum auctoritate nunitos, jam ostendimus. Hæc, a majoribus accepta, fides erat Christophori, et Sergii successoris, qui Herveum Rhemensem archiepiscopum, ejusque synodum Trosleianam anno 909 celebratam admonuit, ut singuli nostrum (ipsius Hervei verba sunt), perspectis Patrum catholicorum sententiis, de divina Scripturæ pharetris oculus proferamus sagittas potentis, ad confodiendas blasphemias ejusdam Photii, vigentes in partibus Orientis in Spiritum sanctum, quod non a Filio, nisi a Patre tantum procedat, blasphemantis. Sed hanc fidem, interpolato Symbolo, professum esse palam coramque Christophorum pontificem, indicant nulla vetusta probata monumenta: neque sane tribui ista possunt, quæ narrantur, eidem Christophoro, ut ait Baronius: utpote qui invasor apostolicæ sedis, mox sede depulsus, per brevi tempore eam tenuit tumultuose. Enormem denique quis ferat anonymi Græci anachronismum asserentis, e sacris diptychis Christophorum Romanum pontificem expunctum a Sergio patriarcha Constantinopolitano, Michaelis Cerularii decessore, ad eandem urbis regie sedem anno 909 evecto, adeoque integro fore sæculo post Christophorum? Quid? quod Petrus Antiochenus in Epistola ad Michaelen Cerularium apud Cotelerium in Monumentis Ecclesiæ Græcæ, tomo II, num. 5, testatur

se ante hos annos quadraginta quinque Constantino-  
polim ingressum reperisse, sub sanctæ memoriæ  
patriarcha domno 211 Sergio prædictum papam  
(Joannem XVII vel XVIII) in sacra Missa cum  
aliis patriarchis referri.

Memoratum Sergii III pontificis aut præceptum,  
aut monitum, quo Gallicanos episcopos in Tros-  
leiana congregatos urgebat, ut solide adversum  
Græcos vindicaretur processio Spiritus sancti a  
Filio, cojectandi dedit ansam Gerardo Joanni  
Vossio in dissertatione III De tribus Symbolis,  
num. 41, additam ab eodem Sergio fuisse Sym-  
bolo vocem Filioque. Judicium hoc (inquit ille)  
timidius profero, quia priorem auctorem laudare  
possim neminem. Gallicanos utique eos præules  
vehementer hortari potuit ad propugnandum fidei  
dogma, quin ullam ipse ad Symbolum fecerit ac-  
cessionem. Ea igitur verisimilior tandem apparet  
sententia, quæ ad illud tempus adjectionem in  
Romana Ecclesia admissam refert, quo Benedi-  
ctus VIII publice cani Symbolum inter Missarum  
solemnia consensit. Dicta recole num. 3.

V. • Castorum fateri interest (verba sunt Mi-  
chaëlis Lequien in Panoplia contra schisma Græ-  
corum sæculo XII, capite 4, num. 24), tametsi  
non nisi initio sæculi VI, Benedicto VIII pontifice,  
Symbolum Romæ in Missa cani ceptum sit; dudum  
tamen antea Symbolum Constantinopolitanum,  
quarta Feria hebdomadis quartæ Quadragesimæ,  
neon Sabbatho sancto, in ecclesia super electos  
catechumenos recitari solitum, Græce quidem ma-  
sculis, Latine vero feminis, ut habetur in altero  
Ordine Romano, qui in Bibliotheca Patrum (scilicet  
Lugdunensi, tomo XIII, pag. 677) excusus  
typis fuit. Verum in Græco Symbolo sine adje-  
ctione de Spiritu sancto legitur, τὸ ἐκ Πατρὸς ἐκ-  
πορευόμενον; in Latino vero, qui ex Patre Filio-  
que procedit. Quod discrimen Latinorum librario-  
rum oscitantia attribui possit: nisi forsan Symbo-  
lum Græcorum, ut a secunda synodi Patribus  
editum erat, ab omni additamento purum, Ro-  
mani servandum consueverint; cum interim ejus  
latinam translationem una vocula augeri posse  
minime dubitarent. Quod tamen dubium post  
Leonis III tempora factum erit. Quanquam minime  
prætermittam, ordinem hunc Romanum De divinis  
officiis ad usus et mores Gallicanæ Ecclesiæ ac-  
commodatum videri. • Hisce viri doctissimi anim-  
adversionibus satis evincitur, nihil inesse in hu-  
jusmodi Ordine solidæ auctoritatis, quæ vetustam  
probet in Ecclesia Romana accessionem vocis Fi-  
lioque ad Symbolum.

Dixerim præterea, neque Symbolum ipsum Con-  
stantinopolitanum tradi electis consuevisse in Ec-  
clesia Romana, sed simplex ac purum vulgatum  
apostolicum. Id colligi posse ex brevi, quæ sequi-  
tur, 212 eodem in ordine expositione Symboli  
mibi videtur: in qua ejusdem apostolici Symboli  
tantum verba indicari videntur: « Hæc summa

A est, dilectissimi nobis, fidei nostræ: hæc verba  
sunt Symboli, non sapientiæ humanæ sermone  
facta, sed veræ divinitatis ratione disposita. Quibus  
comprehendis atque servandis nemo non  
idoneus, nemo non aptus. Hic Dei Patris et Filii  
una æqualitas pronuntiatur atque potestas. Hic  
unigenitus Dei de Maria Virgine et Spiritu sancto  
secundum carnem natus ostenditur. Hic ejusdem  
crucifixio, et sepultura, ac die tertia resurrectio præ-  
dicatur. Hic ascensio ipsius super cælos, et conces-  
sio in dextera paternæ majestatis agnoscitur: ventu-  
rusque ad judicandos vivos et mortuos declaratur.  
Hic Spiritus sanctus in eadem, qua Pater et Filius,  
Deitate indiscretus accipitur. Hic postremo Ecce-  
siæ vocatio, peccatorum remissio et carnis resur-  
rectio perdocetur. »

B Haud iverim infitias, hæc Symbolo Constanti-  
nopolitano aptari potuisse expositionem: at ea  
Symbolum potius indicari apostolicum simplex,  
nullus dubitaverim. Codex asservatur in tabulario  
capituli canonicorum Forojuliensis, in quo vetu-  
stus continetur ritus, catechumenorum scrutinia  
peragendi. Atatem hæc verba subindicant: Huic  
mysterio pontifex interesse debet, sicut mihi Luponi  
visum est, Ecclesiæ sanctæ Aquileiensi pontifici.  
Patriarchæ duo, Lupi seu Luponis nomine appel-  
lati, recensentur in Catalogis Aquileiensibus.  
Primus Tentinaro successit post annum 855,  
rexitque Ecclesiam sub Ludovico II rege et im-  
peratore. Sedebat alter anno 944, sub rege Hu-  
gone et Lothario filio ejus. Quinam memoratus  
in codice nostro dici debeat Lupo, an primus, an  
alter, non constat. Id vero compertum, ritum  
Scrutiniorum eo exhiberi in codice, qui nono sæ-  
culo aut decimo in usu erat apud Aquileienses.  
Apostolicum Symbolum porro electis catechumenis  
traditum, docet codex: eidemque Symbolo præ-  
fata explicatio subjungitur. Ritus hujusce partem  
accipe, quæ sequitur.

C « Incipit Præparatio Symboli. Antequam dicus Symbo-  
lum, his verbis prosequere: Dilectissimi nobis in Chri-  
sto, etc. Post hæc accipiens acolythus unum ex ipsis  
infantibus masculum, tenens in sinistro brachio, po-  
nendo manum super caput ejus: et interroget presby-  
ter: Qua lingua confitentur Dominum Jesum Chri-  
stum? Respondet acolythus. Latina. Et dicat presbyter:  
D Annuntia fidem ipsorum, qualiter credunt. Et ille  
cantat Symbolum: Credo in Deum Patrem omni-  
potentem (Symbolum est apostolorum). Et dum hoc  
cantat, manum super caput teneat. Hoc 213 finito,  
iterum accipiat alter acolythus ex ipsis infantibus femi-  
nam, sicut supra. Et interroget presbyter sicut antea.  
Et ipse acolythus cantet Symbolum, ut supra scri-  
ptum est. Hoc expleto, sequitur presbyter his verbis.  
Fili charissimi, audistis vocem Patris, etc.

« Et annuntiat diaconus, dicens: Signate vos  
omnes, et audite Symbolum. Et dicunt excelsa voce  
presbyter, et diaconus et idem repetit chorus:  
Credo in Deum Patrem . . . vitam æternam.

Amen (Symbolum est apostolorum : quod etiam integrum exponitur). *Sequitur expositio Symboli. Credo in Deum Patrem omnipotentem.* Si credidisti, noli dubitare. Noli facere de credulitate perfidiam. Noli vitium sociare virtuti. Dixisti : *Credo in Deum Patrem.* In unum Deum totam confessus es Trinitatem. *Et in Jesum Christum,* Jesus Salvator, Christus unctus mystice nuncupatur. Salvator dicitur, quia ipse sua: Salvator factus est creaturæ. Sicut etiam reges oleo, ita plenitudine est divinitatis infusus. *Filium ejus unicum Dominum nostrum.* Quia esse illi, esse domini acceperunt alii per gratiam : ipse autem, quod est Filius, quod est Dominus, hoc suum possidet per naturam. *Qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine.* Virgo et Spiritus sanctus commercium virtutis est celeste consortium majestatis insigne. Quod ergo generat Virgo, divinum est, non humanum. Mundus non capit, ratio non habet : sapit fides, non sapit sæculi inquisitor. Dicitur : *Sub Pontio Pilato crucifixus est, et sepultus.* Audisti nomen judicis, ne tempus persecutionis ignores. Audisti crucifixum, ut scias vitam rediisse per lignum. Audisti sepultum, ne mortem perfunctoriam suspiceris. Mortem fugisse timoris est, viciasse virtutis. *Tertia die resurrexit vivens u mortuis.* Quia quod passus est, solius est carnis ; quod resurrexit totius gloria Trinitatis. *Ascendit in caelum.* Nos ferens, non se referens, qui non decrat caelo. *Sedet ad dexteram Patris.* Totum tenendo quod potestatis est et honoris. *Inde venturus est judicare vivos et mortuos.* Quos aut mittat ad gloriam, aut damnat ad penam. *Credo in Spiritum sanctum.* Sicut credimus in Deum Patrem, ita credimus in Spiritum sanctum Spiritus sanctus quomodo putabitur minor esse divinitate ? Patrem, et Filium et Spiritum sanctum manifestatos vocabulis, non divisos substantia sentiamus : et perfectos personis, non minoratos ordine fateamur. *Sanctam Ecclesiam catholicam.* Quia ipsa est corpus Christi, et ipsius caput est Christus. Christum ergo in sancta Ecclesia confitemur. **211** *Remissionem peccatorum.* Qui sibi credit dari regnum cæli, quomodo sibi dimitti peccata non credat ? Cælum innocentes recipit, non nocentes. Credimus enim, nobis omnia remittenda esse peccata ; quia nisi sancti, sancta non possumus possidere. *Carnis resurrectionem.* Resurret ergo caro nostra, ut quæ fuit particeps aut virtutis, aut criminis, vel præmii particeps esse possit vel panæ Credimus et *vitam ætornam.* Quia homo tunc vivere incipit, quando se nesciet mori.

• *Iterum annuntiat diaconus : Signate vos omnes, et dicite Symbolum. Et dicent Symbolum, ut supra. Credo in Deum.* (Occurrit semper Symbolum simplex apostolicum.) *Et tractat presbyter his verbis : Idcirco hujus Symboli ratio omni brevitate connexa est. etc. Item diaconus dicat : Signate vos omnes, et audite Symbolum (simplex apostolicum.) Et dicant : Credo in Deum. Et tractat presbyter his*

*verbis : Hæc summa est fidei nostræ, dilectissimi. Hæc verba sunt Symboli, » etc.* Eadem est expositio prout in *Ordine Romano* legitur ; quæ superiorem Symboli apostolici, non *Constantinopolitani*, expositionem compendio collectam exhibet.

Præter Ordines Romanos, editum alterum ab Hittorio, alterumque a Mabillonio, num 7, in quibus traditum catechumenis legitur Symbolum *Constantinopolitanum* : Symbolum item Græce et Latino prolatum in Sacramentario Gelasiano, num 35, apud Muratorium in Liturgia Romana veteri tomo I. At brevis illa occurrit expositio, quæ potius *apostolicum* indicat Symbolum : ac in utroque præterea, Græco et Latino, vox *Filioque* desideratur. *Scriptum codicem in Francia*, pro certo habet Joseph Maria Thomasius, qui Sacramentarium istud *Gelasianum* primus vulgavit : ibique pro more Gallicane alicujus Ecclesiæ interpolatum fuisse, nihil ego dubitaverim. Christianum Lupum sequor, qui in dissertatione de Symbolo apostolico et Nicæno, capite 3, quæstione 3, sic habet : « Respondeo hujusmodi *Ordines* non esse vere ac pure Romanos, sed multis Francorum addimentis transformatos. . . Quapropter non sunt Carolo Magno antiquiores. Sub illius enim imperio aut regno Francorum episcopi ceperunt Symbolum cantare ad missam, et ipsi inserere illud Hispanicum (vocis *Filioque*) additamentum, Neque tamen baptizarunt in illo Symbolo. Lucet ex hujusmodi *Ordinum* ibidem ad catechumenos verbis, quæ in Alequilensi etiam ritu habentur : *Intentis itaque animis Symbolum discite : et quod vobis sicut accepimus, tradimus, non alicui materię quæ corrumpi potest, 215 sed paginis vestri cordis inseribite.* At quodnam hoc Symbolum ? *Evangelicis Symboli sacramentum a Domino inspiratum, ab apostolis institum. Cujus pauca quidem verba sunt, sed magna mysteria. Sanctus enim Spiritus, qui magistris Ecclesie ista dictavit, tali eloquio, talique brevitate salutariter condidit fidem, ut quod credendum vobis est, semperque profitendum, nec intelligentium possit latere, nec memoriam falligare,* Palam laudatur apostolicum Symbolum, affirmaturque cunctos in ipso baptizari. (Animadvertendum est) *Constantinopolitanum* Symbolum non per ipsos catechumenos, sed super ipsos juberi (in Ordinibus memoratis) per acolythum recitari. Qui ritus nec apostolicus est, nec Romanus, nec antiquus apud Gallos : sed noviter indictus per Francos magni Caroli episcopos. Ob easdem causas, ex quibus voluerunt cantari ad missam, recitari istud Symbolum voluerunt super catechumenos. »

Verisimillimum jam vero, ubique fere comperitum videtur, Romanam Ecclesiam neque *Symbolo Constantinopolitano* neque vocis *Filioque* additamento, ullo nunquam tempore, usam esse in baptismatis administratione ; id utamen in Gallia et in Germania factum aliquibus in Ecclesiis. Edmundus Martene *De Antiquis Ecclesie ritibus libro 1, capite 1, atti-*

culo 11, num. 10, docet: *Constantinopolitanum A* notari in Pontificali Salisburgensi, in vetustissimo codice Remensi annorum 900, et in primo ordine Scrutinii codicis Gellonensis. Orientalem demum quod attinet ad Ecclesiam, Lupi animadversio est loco citato, quæstione 1, in ea statim a Nicæno Nicænum, et statim a Constantinopolitano concilio cæpisse baptizandis tradi Symbolum Constantinopolitanum. Quæ ibi copiosa dissoritur cum cruditione, legenda sunt.

## 216 CAPUT VI.

Vanus Græcorum scissionis ab Ecclesia Romana ex additamento vocis, Filioque prætextus desumptus, Objecta refutantur.

1. Ex hac vocis Filioque additione, cujus hæcenus historiam narravimus, prætextum sumpsit Cerularius, quo inter utramque Ecclesiam, Latinam et Græcam, schisma inveheret, illudque firmaret. Veram causam superiore capite aperuimus, tum reprehensam damnatamque tituli, quo patriarcham œcumenicum vocabat sese, usurpationem, tum latum in ipsum a legalis pontificis anathema. Bile percitus, vindictam sumpsit, Romani pontificis nomine e sacris diptychis expuncto. Idem ut agerent, Data encyclica epistola, urgebat Petrum Antiochenum aliosque patriarchas. Prostatea apud Baronium ad annum 1054, num. 28, et apud Cotelarium Græce et Latine in Monumentis Ecclesiæ Græcæ tom. II, Consilii sui polebat ipsum: unde figmentum excogitans ait num. 9, Rumorem insonusse auribus suis, quod papam [Romæ, ipse Petrus in sacris diptychis referat, itemque Alexandrinus et Hierosolymitanus antistes (cum id attamen minime fieret Constantinopolitana in Ecclesia). Nosti enim, a tempore sanctæ et œcumenicæ sextæ synodi ac deinceps, relationem papæ in sacris diptychis, apud nostrum videlicet sanctas ecclesias, excisam fuisse: propterea quod Vigilus tunc Romæ papa ad eam synodum venire noluerit, nec anathema dicere Theodoriti scriptis, ac epistolæ Ibe; atque ex eo tempore usque ad præsens abscissum esse papam a nostra sanctissima et catholica Ecclesia. Schismaticum facinus ut persuaderet, errores aut penitus contictos, aut certissime falsos, quos antea Romanæ impegerat Ecclesiæ, iterum numerat: additque nunc primum num. 12, ablationem ad sacrum Symbolum.

Cerularii inscitiam invehæque commenta, quod attinet ad nominis papæ excisionem e diptychis, ferre non potuit patriarcha Antiochenus. Verba sunt ejus in epistola apud Baroniam et Cotelarium num. 4: Vigilus tempore quintæ synodi vivebat, in qua agita fuerunt quæ ad Origenem pertinebant, Evagrium, Didymum, aliosque, Petrum, Severum Zooram, necnon scripta Theodoriti: non vero tempore sextæ synodi. Inter quas synodos intercessere anni 120 (ab anno Christi 533 ad annum 653), 217 Contigit autem, ut ad breve tempus Vigilus a Relatione resocaretur propter con-

lentionem, quam habuit cum sanctissimo patriarcha Menna, quodque hunc deposuisset: donec iterum, pace inter ipsos constituta, reconciliati sunt pontifices. At sanctæ sextæ synodi temporibus papa erat sacer Agatho, vir venerabilis ac in divinis sapiens. Lege sexti hujus concilii acta, quæ recitari solent Dominica consequente exaltationem venerandæ pretiosæque crucis, invenies dictam Agathonem a sancta ea synodo gloriose prædicari. » In Typico, quod sancti Sabæ dicitur, hæc habentur capite 12 apud Ducangium in Glossario medicæ et infirmæ Græcitatibus: Κοριαζή μετὰ τὴν ὑπόστασιν ἀναγινώσκεται τὸ συνοδικὸν τῆς 6 συνόδου.

« Ad hæc ego quoque testis sum omni exceptione major aliique mecum plures eorum qui in Ecclesia præcellunt: quod sub beatæ memoriæ patriarchæ Antiochiæ domno Joanne (III apud Bollandi Continuatore ut Lequienum, sæculo exeunte decimo, inchoatoque undecimo), papa Romanus, ipse etiam Joannes (XVII) nominatus, in sacris diptychis referretur. » Vox illa Antiochiæ apud Baronium desideratur: legitur vero in textu Græco et versione Latina emendatiore apud Cotelarium. Deceptus Baronius Joannem illum patriarcham putavit Constantinopolitanum, numeravitque Sisinnium inter, ac Sergium: sed hunc binominem fuisse censuit Pagi ad annum 1019, deceptus et ipso. Veram exhibet historiam Græcus Patri Antiocheni textus, a Cotelario vulgatus: « Constantinopolim præterea ante hos annos quadraginta quinque (anno scilicet æræ vulgaris 1000) ingressus, reperi sub sanctæ memoriæ patriarcha (Constantinopoleos) domno Sergio (secundo hujus nominis) prædictum papam (Romanum Joannem XVII) in sacra missa cum aliis patriarchis referri. » Refutata sic habes aperlissima mendacia, quæ Cerularius invehæbat, ut scissioni suæ prætextum daret.

Data posterioribus Græcis nonnullis liceat Sergium Constantinopolitanum (post annum scilicet 1000), Romani pontificis expunxisse nomen e sacris diptychis. At primum causa quærenda cal schismatis inveci: deinde perquirendum, num idem schisma perduraverit. Euthymius Zigabenus in Græco textu Panopliæ apud Lequienum dissertatione I Damascenica, num. 25, missum scribit a Romanis pontificibus ad Orientis patriarchas Constantinopolitanum Symbolum, nulla admixtum interpolatione, usque ad Sergii tempora: ut scilicet innuat, dissidium eodem sub Sergio Constantinopolitano incepisse ob vocis Filioque additionem. Hanc Sergiani 218 schismatis, si quod certe fuit causam ignorabat Nicetas Nicænus chartophylax, qui apud Allatum De synodo Photiana capite 10 sic ait: Sub Sergio... schisma dicitur renovatum: Ηαὐτὸν δὲ αἰτίαν, ἀγνοῶ· δοκεῖ μὲντο: διὰ τοῦς ἑρῶντος· quam ob causam ignoro, puto tamen causa scilicet. Patia scribit Græcus alius anonymus apud eundem Allatum: nescire se, num Sergius a Romanis deloceret propter errores, an propter jurium



et privilegiorum subreptionem. Sed hocce, quod admittimus, schisma Sergii diu non perduravit: quo factum, uti Græcus anonymus auctor libelli. *De translationibus episcoporum* asserat apud laudatum Allatum, septemdecim patriarchas, qui Pholio successere ad Cerularium usque, cum *Italis communionem habuisse, κοινωνίας εἶχον τοὺς Ἰταλούς*: nimirum *Ignatium iterum, Stephanum I, Antonium II, Nicolaum I, Euthymium I, Nicolaum iterum, Stephanum II, Tryphonem, Theophylactum, Polyuctum, Basilium I, Antonium III, Nicolaum II, Sisinnium II, Sergium II, Eustathium, Alexium*. Eorum gesta et chronologiam expende apud Bollandi Continuatores, et Michaëlem Lequienum et Anselmum Bandurium.

Hoc temporum intervallo, nulla ex dogmate de sancti Spiritus processione *ex Patre Filioque* sumpta scindendæ Ecclesiæ occasio. *Sisinnius* patriarcha accusari solet qui encyclicam epistolam, quam in Latinos *Photius* exaraverat audaciæ plenam, titulo tantummodo immutato, suoque nomine supposito, ad reliquos patriarchas transmiserit. In ea *Processio Spiritus sancti a Patre et a Filio* ineptissimis argumentis oppugnabatur: eamque rejiciebat *Michael Cerularius* cum suis, hæc etiam de causa condemnatus a legatis pontificiis. Schisma instauravit ipse: primoque tempore errores longe diversos Romanæ Ecclesiæ affungebat, sumpsitque demum ex additione *Filioque* prætextum.

Prætextus vanitatem quamplura evincunt, quæ superioribus capitibus posuimus argumenta. Simul collecta hæc sunt. Primis Ecclesiæ Christianæ sæculis tribus, unum erat in ore præque manibus Symbolum fidei, quod *Apostolorum* dicebatur. Intemeratum illud servabat Romana Ecclesia, prout ab initio traditum fuerat: ipsamque Orientales antistites auxerunt aditamentis, quibus alia adiecit *Aquilensis* in Italia Ecclesia. Hanc vetustam, quæ primo Ecclesiæ Christianæ tempore oblinebat, latiore sermone consuetudinem exposuimus capite 1, num. 2 quia ulla tamen scissionis occasio aut data fuerit, aut accepta Orientalem inter et Occidentalem Ecclesiam, itemque inter Aquileiensem ac Romanam, cæterasque Italiæ.

**219** Aditamenta scilicet erant, quæ vel clariorem dumtaxat communis rectæ fidei declarationem complectebantur, vel dogmatis professionem præstabant contra surgentes novas hæreses, quas aliquibus in locis procul arceri a mentibus fidelium necessarium ducebatur. Prævium morem istum Ecclesiarum secuta est quarto incepto sæculo *œcumenica Nicæna prima* synodus, quæ primum et alterum Symboli apostolici articulos, quibus fides proponitur *in Deum Patrem omnipotentem, et in Christum Jesum unicum Filium ejus Dominum nostrum*, pluribus adjectis vocibus auxit ad ipsam fidem luculentius explicandam, eoque tutandam præsidio adversum hæreses *Arii, Sabellii, Photini, Pauli Samosatani, Manichæi* et *Marcionis, et ad-*

**A** *versus omnem hæresem* (ut ait *Gelasius Cyzicenus*), *quæ orta fuerat in catholica et apostolica Ecclesia*. Nicænam hanc fidei formulam adoptarunt in baptismatis administratione Orientales Ecclesiæ: stetit in apostolica simplici ac breviori Occidentalis: ipsamque Nicænam non eodem prorsus modo Orientalis Ecclesiæ usurparunt. Num variæ hujusmodi consuetudines, quas citato capite 1, num. 3, indicavimus, pacem et unitatem perturbaverint? Minime gentium.

Fuere cerli homines in Sardicensi concilio, quod anno 347 celebratum dicitur, qui *nonnulla, quasi quæ desessent, Nicæno concilio* (ac Symbolo) *uscribi* postulabant. At *ne quid ulterius de fide scriberetur, etsese contentos esse Nicæna fide*, decreverunt Patres, Athanasio teste in synodo Alexandrina anno 362 celebrata. Fuere tamen in Ecclesia Orientali sanctissimi præsules, qui Nicænam formulam, sæculo quarto labente, amplissimis additionibus auxerunt *adversus prodeuntes identidem hæreses*, mandaveruntque, ut *qui baptismo initiandi sunt, interpolatas formulas eas profiterentur*. Rem narrat sanctus Epiphanius, in *Ancorato*, num. 120 et 121, ibique formulas fidei duas profert, alteram altera prolixiorem, utraque sine dubio Nicænam, sed vocibus pluribus auctam. Hæc de re loco citato nos egimus: idque maxime constat, scissionis inter Ecclesias nullum inde prætextum sumptum fuisse: ipsasque novas formulas pro *Nicæno*, imo etiam *apostolico* Symbolo habitas esse, utpote aditamentis auctas, Nicæno et apostolico Symbolo *consentaneis*. Insignem locum Epiphanii recole et expende.

Sardicense quod memoravimus decretum, eo sensu intellectum, quod *Nicæna formulæ* nihil adijci temere debeat quod Nicænam fidem labefaceret, firmitate pollet quæ ipsius fidei firmitati par est. De ipsa formula, *fidem Nicænam* complectente, si decretum idem **220** intelligatur, ad ecclesiasticam pertinet disciplinam, quæ mutationem subire potest. Hinc formulam eandem Nicænam adversum prodeuntes hæreses augere Orientales aliqua Ecclesiæ necessarium duxerunt, *Epiphaniæ* prædictis *formulis* duabus invecitis, quæ iis traderentur qui baptizandi sunt. Epiphaniæ formulam, quæ minus prolixa est, quibusdam exceptis vocibus, adoptarunt *centum et quinquaginta Orientalium Ecclesiarum Patres* anno 381 in synodo Constantinopolitana congregati, quæ postea synodi œcumenicæ auctoritatem obtinuit. Hinc *Symbolum*, dictum *Constantinopolitanum*, invaluit, nullo inde scissionis prætextu desumpto.

Imo sua ævo illo potiebantur libertate particulares Ecclesiæ in Oriente: aliaque in baptisate utebantur *Constantinopolitano* Symbolo, simplici *Nicæno* alia, et alia *proprio quodam*, quod a Nicæno et Constantinopolitano, ad voces aliquas quod attinet, differabat. *Antiochena* scilicet. *Hierosolymitana, Philadelphensis*, caput 2. Vide num. 3. Hæc

libertate scelesti quidam homines abusi sunt, particulares quæ usurpabant, injectis erroribus, formulas interpolantes. Depravatum hujusce generis Symbolum ad synodum Ephesinam œcumenicam anno 431 detulit Charisius Philadelphiensis. Remedium ut afferret malo sanctissima synodus, lato decreto statuit: *Alteram fidem nemini licere proferre, aut conscribere, aut componere, præter definitam a sanctis Patribus, qui in Nicæa cum Spiritu sancto congregati fuerunt.* Legitimum decreti sensum ut habeas, animadvertite inhibitu sibi haud credidisse Ecclesias, quominus jam receptas fidei formulas adhiberent in baptismo, aut *Nicænam simplicem, aut Constantinopolitanam, aut alias ab utraque differentes, illæsa inter eas pace ac unitate*: quo etiam tempore catechumenis in Occidente tradebatur *Symbolum apostolorum*, quod aliquibus additamentis in aliis primum Ecclesiis auctum, suum denique fecit etiam Romana.

*Fidem alteram, quam proferri præter Nicænam, aut conscribi, aut componi, velut decretum Ephesinum, intellexere plerique doctrinam fidei Nicæne adversam.* Ipsam formulam, quæ sit alia præter formulam fidei Nicæne, intelligendam esse putarunt alii. Sensum priorem addita voce, *Filioque*, aut alio simili rectæ fidei consono additamento, violari dixerit nemo, nisi qui vortigine hæreseos aelus processionem Spiritus sancti a Patre et a Filio, sive per Filium, pertinacius abneget. Hujusce farinae heterodoxos homines dissertatione prima insecuti sumus.

Num vero formula fidei Nicæne, ut primum a Patribus instructa fuit, debuerit intemerata deinceps retineri, an eam augeri quibusdam **221** verbis liceat, sive majoris declarationis causa, sive propter hæreses prodeuntes, totum, est disciplinae ecclesiasticæ negotium. Pro additamentis, quæ gravissimæ postulent emergentes circumstantiæ, insigne exemplum præbet œcumenica synodus Chalcedonensis, anno 451 celebrata. Citatum caput 2 recole, num, 4 et 5. Admonente Diogene Cyziceno episcopo, animadvertenter Patres, *Nicæno simplici* abuti Symbolo Eutychianos, ab eisque catholica rejici additamenta, quæ in Symbolo *Constantinopolitano* continebantur. Opus esse censuram ipsi, ut, *machinationem omnem hæreticorum contra veritatem claudere volentes, abs rigore legis Ephesinæ abscederent*: *Decernentes ante omnia, fidem integram et intemeratam permanere trecentorum decem et octo sanctorum Patrum* (id est Nicænam): *ac doctrinam confirmantes, quæ, de substantiâ Spiritus sancti a Patribus centum quinquaginta postea congregatis in regia civitate* (Constantinopoli) *tradita est propter illos qui Spiritui sancto repugnabant.* Hæc habentur actione 5 Constantinopolitanos Patres commendat synodus Chalcedonensis ob ea quibus Nicænum auxere Symbolum additamenta *propter illos qui Spiritui sancto repugnabant*; ipsumque Symbolum in communem titius Ecclesiæ Chri-

stianæ usum eadem sancta synodus deducit, scæ Eutychianis opponens, qui, *additionibus Constantinopolitanis* rejectis, Nicæno simplici utebantur. Vindicias habent, quibus hoc etiam ex loco sumptis vocem illam, *Filioque*, Symbolo Constantinopolitano adjectam, validissime tueantur Latine Occidentales Ecclesiæ.

Summa post Chalcedonense decretum veneratione *Symbolum Constantinopolitanum* susceperunt Ecclesiæ Orientis: quod etiam *Nicænum* dictum est. Tradebant illud in baptismo electis catechumenis, peculiaribus prætermisissis formulis, quas hactenus adhibuerant: ipsumque fecere sacræ Liturgiæ partem. Antiquis moribus Romana cæteræque Occidentales Ecclesiæ hærebant, *apostolorum Symbolo* baptizandis tradito, prætermisissaque inter misarum solemnità fidei formula. Cum varia disciplina, sive *brevioris* in Occidente Symboli, sive in Oriente *prolixioris*, sive lecti decantatique in Liturgia, sive omissi, una consistebat fides omnium ac firmissima pax.

*Legem Ephesinam* instauravit *synodus Chalcedonensis*, actione 5 *definiens*: *alteram fidem nulli licere proferre, aut conscribere, vel componere, aut sentire, aut alios docere.* Invexere tamen audaces homines plurium hæreseon monstra, *Monotheitæ* et *Iconomachi*. eos ut cohiberet, deque aliorum mente ab erroribus aliena ut certior **222** fieret Ecclesia, sive in synodis congregata, sive etiam extra synodos, methodum servavit, qua *legis Ephesinæ* atque *Chalcedonensis* rigorem neque omnino sequeretur, neque ab ea omnino abscederet. Symbolum scilicet *Constantinopolitanum* in baptismatis administratione et sacra in Liturgia intactum servatum est: usu vero receptum, ut cum novi errores condemmandi forent, aut fidei professio edenda esset, vel ipsum Symbolum Constantinopolitanum additamentis augeretur, aut prolixè instruerentur fidei professiones instar Symboli. Prostant hujusmodi *formulæ* in œcumenica synodo sexta anni 680, in actione 4 et 10, et in synodo œcumenica VII, Nicæna II, anni 787, in actione 1 et 3. Moris hujusce ac discipline jam pridem exempla præbuerunt Athanasius in sua *fidei expositione*, Cyrillus Alexandrinus in ea quam inseruit *Synodicæ Epistolæ* in synodo Alexandrina datæ anno 430, et Joannes Antiochenus in ea quam per *Emisenum episcopum Paulum* anno 432 ad Cyrillum transmisit. Sequiore tempore in conciliis et actis Ecclesiæ occurrunt innumere instar Symboli formulæ, quæ vel fidem sinceram profiterentur alii, vel injectas amolirentur alii suspiciones. Recole quæ latiore calamo disseruimus capite 2 et 3. Quorsum vero hæc omnia? Nimirum ut notum compertumque fiat, perperam, ac vano conatu, irritoque certe voto, contra particulæ *Filioque* adjectionem opponi a Græcis Ephesinæ legis rigorem.

*Symbolo Constantinopolitano* non utebatur, neque unquam illud usurpavit Ecclesia Romana in bapti-

*smato* : ipsumque nondum admiserat inter *sacræ Liturgiæ* partes. Mores orientales primæ in Occidente imitatur sunt *Hispaniarum Ecclesiæ*, quæ Symbolum idem sexto desinente sæculo inter missarum solemniam canere cœperunt, simulque voce addita *Filioque* auxerunt. Ansam dedere Gothi, qui Hispanias subjugarunt. Ex Oriente secum ipsi detulerunt Ariana dogmata, et Macedoniana, et Eunomiana : *Filium minorem Patre, ac Filio minorem Spiritum sanctum, factumque a Filio* profitentes. Ejuratis sub Recaredo rege impiis commentis, Nicæna fidei formula suscepta est, itemque Constantinopolitana. Fides integra sanctissimæ Trinitatis ut coram palamque profiterentur omnes, tum inter Missarum solemniam cani ceptum *Symbolum Constantinopolitanum*, tum ipsum una illa voce *Filioque* adauctum. Cur hanc fidei partem, quam hactenus Gothi denegabant, publico Symbolo non addidissent Hispaniarum Ecclesiæ, cordibus fidelium uti frequentius, ita profundius inscribendam? Jampridem *episcopis Tarraconensibus, Carthaginensibus, Lusitanis atque Gallicis* anno 447 epistolam dederat sanctus Leo Magnus : ipsosque cap. 1, de eorum 223 impietate admonet qui sentiebant, *non alium esse qui genuit, alium qui genitus est, et alium qui de utroque processit*. Eodem anno *Regulam fidei* scripsere instar *Symboli* Hispani Patres : dicebantque in articulo Spiritus sancti, ipsum a *Patre Filioque* procedere. Decretalem ad Justinum seniore Augustum, anno 521, transmiserat Epistolam Hormisdas papa, ubi legimus : *Proprium Spiritus sancti esse, ut de Patre et Filio procedat sub una substantia Deitatis*. Vide caput 3, num. 5, et caput 4, num. 1. Vocem hanc, *Filioque*, prolixioribus fidei formulis jam insertam, ad *Symbolum Constantinopolitanum*, quod inter missarum solemniam canebant, sibi transferre putarunt fas esse Hispaniarum Ecclesiæ, disciplinam sectantes quæ convenientior visa fuerat ad fidem rectam docendam, ac tutelam, servandamque. Fides earum non erat altera, hoc est Nicæna fidei et Constantinopolitanæ aduersa neque fides altera, hoc est formula fidei articulos continens, quæ a formula Nicæna et Constantinopolitana differret : sed hæc eadem prorsus, cum unius vocis orthodoxæ additamento, ad Arianorum hæresim eliminandam.

Alio inuesto Spiritus sancti originem viliarunt *Monothelitæ* errore, quem longe lateque propagarunt *Iconomachi* in Oriente. Filium excludebant a consortio spirativæ cum Patre virtutis : deque hæresi incusabant Latinos, *procedentem ab utroque Spiritum sanctum* profitentes. Mota quæstio cum Francis discussa est anno 767, in synodo Gentiliacensi : proque dogmate fidei latum decretum. Fidem hanc, temere a Græcis violatam, ut coram palamque profiterentur Gallicanæ Ecclesiæ, sumpto ex Hispanicis exemplo, sacræ Liturgiæ partem fecere *Symbolum Constantinopolitanum* cum additamento. Hæreseos censuram inculcabant Græci. Res

A demum delata ad Leonem III summum pontificem. Romana Ecclesia, quæ doctrinæ depositum ab initio acceptum servabat intemeratum, hærebaturque tenacissime moribus antiquis, in eo quod erat *dogma fidei*, immota permansit : in eoque, quod *ecclesiasticam ad disciplinam* spectabat, publicum inter missarum solemniam permisit *Symboli Constantinopolitani* cantum, invecumque tolli additamentum optabat. At illud Hispaniarum Ecclesiæ sexto æræ Christianæ sæculo receperant retinebantque : ipsumque amplexatæ sunt sæculo octavo et nono Gallicanæ, itemque Germanicæ, ac Italianæ in regno Italiæ, ad rectam fidem tuendam adversum Græcorum molitiones præsidium inde accersentes.

B Hæc varia in Occidente disciplina, ad rigoris aspiciem in Romana Ecclesia custodita, in cæteris pro variis regionum circumstantiis paululum laxata, schismatis inter eas præbuit ansam nullam. Florebat 224 summa pax, vigeatque integra communio. Quia imo Romana demum Ecclesia *Symboli Constantinopolitani*, ejusdemque interpolati cantum admisit sæculo undecimo inter missarum solemniam, moribus aliarum sese conformans pro ea qua potiebatur in ecclesiasticæ disciplinæ negotio facultate. Consule capita superiora duo, 4 et 5. Argumenta vero jam collecta sunt, quæ Græcorum scissionis prætextum funditus evertunt ac profligant.

C II. Sed hanc vocis, *Filioque*, adjunctionem veluti illicitam incusant illi, eamque ingeminant *Ephesinæ synodi* decreto adversam. Ipse Leo III, Romanus pontifex (inquiunt), in Collatione cum Gallicanis episcopis aiebat : *Licet docendo cantare, et cantando docere : sed illicite in prohibitis, nec scribendo nec cantando licet inserere*. Legis nimirum Ephesinæ rigori hærebat eo tempore Ecclesia Romana : sed ipsum rigorem legis pro variis temporum circumstantiis, utpote intra limites disciplinæ ecclesiasticæ consistentem, temperari posse jam noverat. Optabat, *additamentum* tolli a Gallicanis episcopis : deque modo consilium dabat, *non affirmando, sed tractando*. Cæterum vero Orientales etiam ipsæ Ecclesiæ ab ejusdem Ephesinæ legis rigore recesserant, quæ licet in baptismo, et in sacra Liturgia *Constantinopolitano symbolo* non interpolato uterentur ; in more semper habuere, formulas *alterius* prolixiores instruendi, quæ aut fideles rectam fidem profiterentur, aut suspecti seipsos expurgarent. Hinc Florentina in synodo, Græcis consentientibus, definitum : *Explicationem verborum illorum, Filioque, veritatis declarandæ gratia, et imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam*.

Ephesinam legem, tametsi ad ecclesiasticam disciplinam, spectet, nullo solvi debuisse modo, nisi saltem synodi generalis auctoritate accedente, iterum instant eadem semper oberrantes chorda. Litteræ, quæ occidit, plus nimio inhærent. Formulam

fidei in *Nicæna synodo* constitutam spectat *lex Ephesina* : qua nihilominus non obstante, vigebant avo illo peculiare formulæ *Antiochena, Hierosolymitana, Rhiladelphiensis* ac *Constantinopolitana*. Præcipuum ergo Ephesinæ legis consilium effulget, quam maxime, ut hominum scelestorum cohiberetur fidentia, novas in dies condendi formulas Nicænæ fidei adversas. Utramque formulam, *Nicænam* et *Constantinopolitanam*, approbavit Chalcedonensis œcumenica synodus : eaque approbatione factum, ut *Constantinopolitana* formula, relicta *Nicæna*, passim uterentur in baptismo ac sacra etiam in Liturgia Orientales Ecclesie. Id vero peractum pro sua Ecclesiarum libertate, non synodi alicujus œcumenicæ jussu. Lex attamen **225** *Ephesina*, ac etiam *Chalcedonensis*, aliquo modo servata, propterea quod simplex illa Constantinopolitana adhiberetur in baptismo et inter Missarum solemnitas : at sibi licitum duxerunt Orientales, formulas proferre, aut conscribere, aut componere peculiare, a Nicæna et Constantinopolitana differentes, quibus prolixioribus verbis rectam fidem profiterentur, aut sese ab omni erroris suspitione purgarent. Prostant ipsæ in œcumenica synodo sexta et septima. Digna est animadversione, quam a *Tarasio episcopo Constantinopolitano* ad alios transmissa fuit patriarchas, ubi verba habentur *addimento* Latinorum similia : *Et in Spiritum sanctum Dominum vivificantem, qui ex Patre per Filium procedit.*

Reponerent Græci in synodo Florentina, formulas istas fidei particulares esse, non communes. Verum enimvero *legi Ephesinæ*, si verborum ad hæreas rigori, adversantur ipsas : eaque nihilominus, pace et unitate salva, ad se mutuo transmittabant episcopi, neque synodi œcumenicæ ad se delatas rejiciebant. Minus ulique contra legem Ephesinam piaculum videtur, si quod esset, quod nullum est, *una voce*, rectæ fidei consona, ac temporum circumstantiis convenienti, Symbolum Constantinopolitanum auxisse. Sed piaculum amolitur omne, quæ vigere potest in Ecclesiis disciplinæ variabilis ratio, quam summa postulet ipsius fidei confirmandæ tutandæque causa.

Agi denique inquirunt de Symbolo, quod est in Ecclesia *commune* : adeoque non ipsi quidquam adjici a Romano pontifice debuisse, prætermissa cæterorum patriarcharum consilio. At primis Ecclesie sæculis, *apostolorum Symbolo*, quod intermeratum servabat Romana Ecclesia, voces plures

A propter hæreses prodeuntes inseruerunt Orientales, inconsulta sine dubio sede apostolica. Formulam *Nicænam* privati in Oriente episcopi aliquibus additamentis auxere, eamque sic auctam approbaverunt *centum et quinquaginta Orientales antistites*, in concilio Constantinopolitano, quin Romanum pontificem aliosque Occidentis episcopos consulerent. Prævio nullo cum Occidentalibus consilio, tradi in Oriente primum cepit in baptismo Symbolum *Nicænum*, relicto *apostolico*, ac deinde *Constantinopolitanum*, relicto *Nicæno* : quod etiam inter sacræ Liturgiæ partes relatum est. Hæc agere Orientalibus licuit, sede Romana inconsulta : neque tamen sales ipsa Romana suam ipsis communionem negavit unquam. Cur pari jure Occidentales Ecclesie non uterentur ? Cur *voculam unam* rectæ fidei consonam, quæ pari jure pro rerum circumstantiis adjici poterit, ac deinceps poterit, scissionis prætextum fecere Græci ?

**226** At Romanus demum pontifex volis annuit *Latinorum* episcoporum, ut in Occidentis duntaxat Ecclesiis vox *Filioque* recitaretur in Symbolo : adjectamque vocem ipsa Romana admisit sua in Ecclesia, prisco more relicto : decretoque nullo, ut idem peragerent, Græcos aliosque Orientales atraxit. In synodo Lugdunensi œcumenica, anno 1274 celebrata, Latini simulque Græci intra Missarum solemnitas cecinere quidem, *Qui ex Patre Filioque procedit*, ut unam utriusque Ecclesie concordiam in fide profiterentur : at Michaeli Palæologo imperatori non abnuit Romanus pontifex, postulanti ut Ecclesia sua (Orientalis) Symbolum *semper dicat, prout dicebat illud ante schisma usque in hodiernum diem*. Dixerunt quoque in synodo Florentina Græci sessione 25, repugnante Latinorum nomine : *Additionem nequaquam omnino nos recipimus : sed concedimus vobis, ut eam habeatis in Ecclesiis vestris*. Quæ sequuntur, affero demum ipsorum Græcorum verba : « Dicimus, Symbolum a vobis (Latinis) explicatum necessitate cogente : et vocem illam, *ex Filio*, non esse *aliam fidem*, aut aliquod additamentum (fidei adversum), sed piam, et nostri Symboli explanationem : et esse utrumque Symbolum piis, et ejusdem sententiæ, ut in Ecclesia Romana recitetur sicuti vos dicitis, et in Orientali ut nos dicimus ; atque ita faciendam unionem. » Faxit Deus, ut inconcussam fidei dogma docili demum mente excipiant Græci, et innoxiam ad Symbolum additionem intelligant ac profiteantur.



# INDEX NOMINUM

## ET RERUM PRÆCIPUARUM

QUÆ IN GEORGII CYPRII VITA, IN NOTIS ET IN DISSERTATIONIBUS CONTINENTUR.

*Revocatur Lector ad numeros crassiores textui insertos.*

### A

Acathistum, festum apud Græcos, 33. Celebratur Sab-  
bato quintæ hebdomadæ quadragesimæ, *ibid.* Fideles  
noctis in Matutinis gratiarum actionis Cantica stultos  
exsolvebant, 35.

Aeropolita Georgius, Logotheta, disciplinas tradit  
Constantinopoli, 23. Legatus ad concilium Lugdunense  
œcumenicum, 55.

Æneas Parisiensis episcopus scribit contra Photium,  
201.

Alexander Natalis, emendatus, 171, 200 *et seq.*

Allatus (Leo), qui non vidit Gregorii Cyprii Antirre-  
theticum contra Joannem Beccum, 78. Orationem Becci  
contra Antirretheticum perperam inscriptam vulgavit in  
Tomum Cyprii, *ibid.*

Amalarius abbas, et ejus Ecloga in Ordinem Roma-  
num, 191, 196 *et seq.*

Anastasius Bibliothecarius sententiam sancti Maximi  
de processione Spiritus sancti exponit, 51. Exponitur  
ipsæ, *ibid.* Ejus Latina interpretatio synodi Nicænæ II,  
184.

Andreas Rhodiensis in synodo Florentina, 209. Ejus  
de vocis *Filioque* additamento sententia, *ibid.*

Andronicus, Michaelis Paleologi filius, collega impe-  
rii, 56. Solus imperat, 75. Ecclesiarum unionem rumpit,  
*ibid.* Detruso patriarcha Joanne Becco, ad thronum pro-  
moveret iterum Josephum Galesiolum, 76. Post hunc di-  
gnitatem confert Gregorio Cyprio, 92. Ejus gesta plura,  
94 *et seq.* Beccum deportari jubet in arcem sancti Grego-  
rii, 100. Cyprio mandat, ut Tomum fidei scribat, 101.  
Se ipsi adversum præbet, 119. Eligi patriarcham curat  
Athanasium monachum a monte Gano, 126.

Anonymus Græcus fabulas miscet plures circa vocis,  
*Filioque*, adjectionem ad Symbolum, 200. Anachronis-  
mus, 210.

Annus mundi Constantinopolitanus, quomodo ad  
annum Julianum reducendus, 19.

Antirretheticus sermo Gregorii Cyprii refutatus, 76.

Apostolarius quis apud Græcos, 42.

Apostolorum Symbolum. Vide Symbolum Apostolorum.

Aquileiensis Ecclesia, ac ejus vetustum Symbolum  
apostolorum, 142. An in casu ablativo ea verba promit-  
tiaret, in Deo Patre, in Christo Jesu, etc., 146. Ritus in  
baptismate, 212.

Aquisgranensis synodus, 180. In ea de processione ab  
utroque habita discussio, 184. Item de additione vocis,  
*Filioque*, ad Symbolum, 182, 183. Ejus legati Romam  
misi, 183.

Aristeuus Alexius, chartophylax, emendatus quod at-  
tinet ad tempus additæ vocis, *Filioque*, ad Symbolum,  
154.

Arsenianorum factio, 40 *et seq.*

Arsenius patriarcha Constantinopol., 31. Deponitur,  
32. In sedem restituitur, *ibid.* Anathema fert in Michae-  
lem Paleologum, 33. Accusatur in festo Acathisti, *ibid.*  
Iterum throno deturbatur, 34. Quo anno, *ibid. et seq.*

Athanasius monachus de monte Gano eligitur patriar-  
cha Constantinopol., 126.

### B

Baronius Cæsar, Annalium parens, emendatus, 175,  
183, 184, 185.

Beccus Joannes, chartophylax, unioni Ecclesiarum ad-  
versus, 52. Carceri mancipatus, *ibid.* Sententia mutata,  
valide pugnat pro dogmate catholico, 53. Patriarcha  
eligitur, 58. Scripta ejus pro dogmate, 59, 64. Ejus fidei  
professio, 60. Michaellem imperatorem sibi infensum ex-  
peritur, 61. Jure stauropegii spoliatur, *ibid.* Secedit in  
monasterium, remigratque in sedes patriarchales, 63.

Ejus anathematiemi vindicati, 72. Throno patriarchali  
deturbatus, exsul mittitur, 76. Scribit contra Antirre-  
theticum Gregorii Cyprii, 78. Vocatus in colloquium de fide  
cum Cyprio aliisque, 96. In arcem sancti Gregorii de-  
portatus, 100. Tomum Cyprii patriarchæ refellit, 102.  
Judicium ejus de voce, *Filioque*, ad Symbolum addita,  
139 *et seq.* Item de tempore, 175. Ejusdem testamen-  
tum, 99, 129. Obitus, 99.

Berno Augiensis, et ejus sententia de tempore, quo  
Romani legere aut canere Symbolum cœpere intra mie-  
sarum solemnia, 191. Sensus ejus genuinus, 192, 196.

Bessarion cardinalis, ac solida ejus argumentatio contra  
Græcos, 88.

Beveregius Guillelmus errat in computatione æræ  
mundi Constantinopolitanæ, 19.

Bielarensis Joannes, abbas, gesta sub Justino seniore  
refert ad juniorem, 172.

Blachernarum cædes, 94.

Blemmida Nicephorus, 18. Pro catholico processionis  
Spiritus sancti dogmate plura scribit, 44. Ad sedem  
Constantinopolitanam designatus, 43.

Bulgari ad fidem conversi, 199. Ad eos erudiendos  
missi episcopi et clerici a sede apostolica, et a regibus  
Francorum, 200. Symbolum docentur cum additione vo-  
cis *Filioque*, *ibid.*

### C

Calceas Manuel, et ejus opinio de tempore, quo vox,  
*Filioque*, ad Symbolum addita est, 174. Emendatus,  
*ibid. et seq.*, 176.

Calvisius Selsius recte computat mundanos æræ Con-  
stantinopolitanæ annos, 22, 40. Quorum initium non ab  
Octobri mense sumendum, sed a Septembri, *ibid.*

Camaterus Andronicus Hoplotheæum scribit, 70. Ejus  
refutatio, *ibid. et seq.*

Cantare sæpe ævo medio sumptum pro simplici lectio-  
ne, 193.

Caroliui libri, ut vocantur, 185. Eorum etiam titulus  
capitularis adversus Nicenam u synodum a Carolo Ma-  
gno missi ad Adrianum I, *ibid.*

Carolus Audegavensis, Siciliae rex, 45.

Cerularius Michael, patriarcha Constantinopolitanus,  
schismatis instaurator, 46. Aegre fert, sibi negatum a  
Romano pontifice titulum patriarchæ universalis, 205.  
Ejus inscitia, 216. Refutatus a Petro Antiocheno, 206,  
217.

Christophorus papa, vocem, *Filioque*, ad Symbolum  
non adjecit, 210. Non expunctus e sacris diptychis, *ibid.*  
Anonymi Græci enormis anachronismus, *ibid.*

Chryostomus S. Joannes non est auctor homiliæ de  
Spiritu sancto, 89. Germanus auctoris sensus, 90. Per-  
peram intellectus a Photio, 91.

Clemons IV, papa, promovet unionem utriusque Ec-  
clesiæ, 41.

Clerus Palatinus Constantinopoli, 41 *et seq.*

Cuaphæus (seu Fullo) Petrus, patriarcha Antiochenus,  
Nicænum Symbolum recitari jubet in sacra Liturgia,  
171.

Collatio legatorum Caroli Magni et synodi Aquisgra-  
nensis cum Leone III papa, de cantu vocis, *Filioque*, in  
Symbolo, 186. Acta ejusdem, 186, 187 *et seq.* Sincera,  
licet titulus vitio laboret, *ibid.* Referuntur, et expen-  
duntur, *ibid. et seq.*

Combesius (Franciscus) emendatus, 102, 103.

Concilium œcumenicum, Nicænum primum, voces ad-  
dit ad Symbolum apostolorum contra Arianos, 149. Con-  
stantinopolitanum secundum voces addit ad Symbolum  
Nicænum, 152, 153. Ephesinum tertium alteram fidei  
formulam scribi aut proferri præter Nicenam vetat, 158.

Chalcedonense quartum appendicem addit ad articulum Incarnationis Jesu Christi, 162 *et seq.* Varias approbat fidei formulas a Nicæna distinctas, 164. Constantinopolitanaum tertium, et œcumenicum sextum, fidei professiones, quæ a Symbolo Constantinopolitano distinctæ sunt, suscipit, 166. Itemque synodus œcumenica septima, Nicæna secunda, *ibid.*

Constantinopolis a Latinis capta, 17. Latinis erepta a Michaelis Palmologo, 19, 20. Epochis variæ apud scriptores, *ibid.*

Constantinopolitanus synodus Macedonianos, divinitatis Spiritus sancti hostes, damnat, 153. Auctoritatem synodi œcumenicæ quomodo et quando obtinuit, 169, 170.

Constantinopolitanum sub Photio conciliabulum, 202.

Cuperus Guillelmus refellit Petrum Possinum, 31. Chronologicas promovet difficultates, quas insolutas reliquit, 36, 37. Emendatus, 38.

pacem super populum tuum? Propterea ut his tuis sermonibus aliquid proficiam, melo, oro, obtestor majestatem tuam, surge; accipiant injusti pœnas, improbi jugum, tu vero justitiae et veritatis gloriam et honorem. Accingere gladio tuo super femur tuum cum Deo in omnibus æquis, et interfice, et iter prosperum age, et regna propter veritatem et justitiam, studio divino accensus et recta sentiens, ut te dextera Dei mirabiliter ducat, et glorificeris. Glorificantes me glorifico, ait enim Dominus. Novi ego quod glorifices Deum in corde, sed pariter lex Dei est, in abscondito eum glorificantes in abscondito glorificare; qui vero coram hominibus, et ipse coram hominibus. Quicumque enim, inquit, me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego. In his si partes Dei susceperis, hæc divina tua potestas perficitur, nec aliud timendum aderit de cæteris: tibi igitur thesauriza apud Deum clarum et sanctum nomen; studio vere accendaris non quidem verbo, sed opere; non enim sermones, sed opera exhibere oportet in tempore exitus. Enitere Phinices: placa Deum propter mala acta, ut corruentis imperii ruinam compescat, ac Christianorum fines extendat, ut copiam omnium commodorum et præset pro bis, ut pugnet tecum, et scabellum pedum tuorum ponat omnia adversum et hostile pulveris instar, ut felicem tibi largiatur vitam, et imperium filiis et posteris, ac in mercedem laboris benedictione benedicat tibi, Dominus et cum terrestri regni gloriam concedat cælestem.

*Epistola ad imperatorem ut instituat liberos et subditos omnes secundum Dei placita.*

Quia filios non doces quæ acceptabilia sunt apud Dominum; quia honestum non curas, quemadmodum bonus debet paterfamilias; quia polluta et contaminata est Ecclesia, ita ut non tantum arceantur digniores, sed etiam audiantur indigni sermocinantes in concionibus; quia non solum ignarus relictus est vulgus, sed etiam ignorantiae veritatis omnia vana Judæorum et Armeniorum admista fuerunt; quia laborantes non dijudicaverunt, sed in corruptionibus et injustitiis corruerunt; quia occulta est veritas et justitia et æquitas; quia populus Domini ab Ismaele in adulteria incestuosa traditur, et in pravas bestiarum cupiditates, et in infandam blasphemiam et magiam et injustitiam; quia nuptium concessa est mortis impunitas solitariis et monachis; quia dum possent et communia et propria propter Dominum et cum Domino agere nec non colere contempserunt, potius inutile ectantes; quia missis copiis, non est a quo reprehendantur, et iter agere cum Christo reformidant; in adulteriis vero, et cædibus rapiuntur, et furtis, et omnibus unde victoriam consequantur; quia scientes Judæorum

λαλοῦντός σου λέγει, Ἴδού πάρειμι; Ἡὼς λαλήσει εἰρήνην ἐπὶ τὴν λαὸν αὐτοῦ: Διὰ ταῦτα, ἵνα τοῖς σοῖς λόγοις χρήσωμαι, παρακαλῶ, παρακαλῶ, παρακαλῶ τὴν βασιλείαν σου, διανάστηθι. Ἐχέτωσαν οἱ ἀδικούμενοι κρίσιν, οἱ κακοπραγούντες τὴν ἀναχαίτισιν, σὺ τῆς δικαιοσύνης καὶ ἀληθείας τὴν ἀποδοχὴν καὶ τὸν ἔπαινον. Παρίζωσαι τὴν ῥομφαίαν σου ἐπὶ τὸν μηρόν σου μετὰ Θεὸν ἐν παντί τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ ἔντεινε καὶ κατευοῦ καὶ βασιλεύε ἐνεκεν ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης καὶ ζήλου θεικοῦ καὶ φρονήματος, ἵνα ἡ τοῦ Θεοῦ δεξιὰ θαυμαστῶς ὑψηλῆσέ σε, ἵνα δοξάτῃ. «Τοὺς γὰρ δοξάζοντάς με δοξάζω,» φησὶν ὁ Θεός. καὶ οἶδα ὅτι δοξάζεις αὐτὸν ἐν καρδίᾳ. Ἀλλ' ἡμῶς νόμος ἐστὶ Θεοῦ, τοὺς κρυφίως αὐτὸν δοξάζοντας κρυφίως ἀντιδοξάζειν· τοὺς ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὸ «Ὅστις ὁμολογήσειεν ἔμοι ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω καὶ ἐγὼ.» Ἐν τούτοις εἰ σπεύσῃ μετὰ Θεὸν ἢ ἐκ Θεοῦ βασιλεύει σου πρὸς ἐκπλήρωσιν, οὐκ ἀκνήσομεν ἀναξέρειν καὶ περὶ τῶν λοιπῶν. Κέρδησον οὖν διὰ τὸν Θεὸν τὸ καλὸν καὶ ἅγιον ὄνομα. Ζήλωσον ἀληθῶς μὴ λόγῳ, ἀλλ' ἔργῳ. Οὐ γὰρ λόγους ἐν καιρῷ ἐξόδου, ἀλλ' ἔργα χρεῖα ἐνδείξασθαι. Γενοῦ φινεές. Ἐξέλσασαι ὑπὲρ τῶν κακῶς γενομένων, ἵνα ἡ θραῦσις κοπάσῃ, ἵνα τὰ τῶν Χριστιανῶν ὄρια πλατύνῃ ὁ Θεός, ἵνα εὐθηνίαν τῶν χρειωδῶν παρέξῃ πρὸς τὸ ὑπήκουον, ἵνα ὑπερμαχήσῃ σοι, ἵνα ὑπὸ τοὺς πόδας τοὺς σοὺς καταλεάνῃ πάντα ἔχθρὸν καὶ πολλέμιον εἰκὴν κονιορτοῦ, ἵνα μακραίωνά σοι παρέξῃ ζωὴν, ἵνα τὴν βασιλείαν παισὶ καὶ ἐγγύνοις σου διὰ τὰς σὰς ἀρετὰς παραπέμψῃ γενεαῖς γενεῶν, ἵνα τὸν τῇ ἐπιγαίῳ βασιλείᾳ παρέξῃ σοι καὶ τὴν οὐράνιον.

Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ἵνα παιδεύῃ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ εἰς τὰ τῷ Θεῷ ἀρεστὰ, καὶ πᾶν τὸ ὑπὲρ σου.

Ὅτι μὴ τοὺς υἱοὺς παιδεύεις εἰς τὰ τῷ Θεῷ ἀρεστά· ὅτι τοῦ ὑπηκόου μὴ προνοῆ ὡς πατρὸς πατὴρ· ὅτι ἐβιβλωθή καὶ κατεβλήθη ἡ Ἐκκλησία, ὡς μὴ μόνον οὐς ἀγνοοῦσιν, ἀλλὰ καὶ οὐς οἶδασιν ἀναξίτους εἰσάγειν τῷ βήματι· ὅτι οὐ μὴ μόνον ἀδιδάκτος κατελείφθη, ὁ κοινὸς λαός, ἀλλὰ καὶ τῇ εἰσαγωγῇ ὡς οὐκ ὤφειλεν Ἰουδαίων καὶ Ἀρμενίων καταμιαινεταί· ὅτι οἱ ἐνεργούντες οὐκ ἀνακρίνονται, ἀλλ' ἐν ἀκαθαρσίᾳ καὶ ἀδικίᾳ πορεύονται· ὅτι ἐκρύβη ἡ ἀλήθεια καὶ δικαιοσύνη καὶ κρίσις καὶ ἔλεος· ὅτι ὁ τοῦ Θεοῦ λαός ἐξ Ἰσμαὴλ παρεδόθη διὰ μοιχείας ἀμοιχείας, καὶ κτηνῶν καὶ ἀρρένων μανίαν, καὶ τὴν ἀνοπόστατον βλασφημίαν καὶ γοητείαν καὶ ἀδικίαν· ὅτι οὐδέποτε ἄδεια ἀπωλείας ἐδόθη τῷ σαύτῃ μοναζούσαις καὶ μοναχίαις· ὅτι νυνάμενος καὶ τὰ κοινὰ καὶ τὰ ἴδια διὰ Κυρίου καὶ μετὰ Κυρίου ποιῆσαι καὶ κτᾶσθαι ταπεινώσιν τὴν ὑψοποιάν, πρὸ ἐκρίνας τὸ ἀσύμβολον· ὅτι ἐκπεμπομένου στρατοῦ οὐκ ἔστιν ὁ νοσητῶν τούτους καὶ ἐκροσῶν ὀδεύειν μετὰ Χριστοῦ· ἀλλὰ μοιχείαις καὶ ἀρπαγαῖς πρόσκεινται καὶ κλοπαῖς. καὶ πόθεν ἔξουσι τὸ νικᾶν· ὅτι καταγινώσκοντες τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπειθειαν καὶ παρνομίαν, δι' ἣν ὠλοθρυσήθησαν, ἀπειθοῦμεν ἡμεῖς καὶ

παρανομοῦμεν μειζόνως ὅσον συνδούλων ἐκείνοι κα-  
ταφρονούντες, τοῦ δὲ δεσπότης καὶ βασιλείως ἡμεῖς  
καὶ μεγάλου Θεοῦ. Εἰ οὖν τούτου μετὰ Θεοῦ ὡς δυ-  
νατὸν σπουδάσεις τὴν ἀμείψιν, οὐ μόνον τῆς ἀπειλῆς  
ὑπέρτερος ἔσῃ, μετὰ σοῦ δὲ καὶ τὸ ὑπῆκουον, ἀλλὰ  
καὶ πρὸς ταύτη τῇ βασιλείᾳ ἀρπάσει καὶ τὴν οὐ-  
ράνιον.

Γράμμα περὶ τοῦ συναχθῆναι τοὺς ἀρχιερεῖς ἐν  
τῇ Χώρα ἡπικὸς κοινῶς ἀπελθεῖν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα  
χάριν ὁφειλέας κοινῆς.

Ἐπεὶ ἕκαστον τῶν ἱερωτάτων ἀρχιερέων πρὸς  
λαχοῦσαν πρόκειται ἀπελθεῖν, εἰσὶ δὲ τινα κοινῆς  
δεόμενα ἰκεσίας πρὸς τὸν κρατοῦντα, οἷον τὰ τῶν  
Λατίνων· καὶ ἡπικὸς ἀδεῖως διδάσκειν τούτους ἀκούο-  
μεν, καὶ καταβλάπτειν τῶν ἀστηρίκτων πολλούς·  
οὐ δέον ἡμᾶς ἀθεράπευτον τοῦτο καταλιπόντας ἀνα-  
χωρεῖν· καὶ ὁμῶς καὶ περὶ τῶν Ἰουδαίων καὶ Ἀρμε-  
νίων, ὅπως ἐξέλθωσι καὶ ὅσα τοιαῦτα ἔργα θεοφιλεῖ  
ἰκεσίας κοινῆς δεόμενα· πρὸς δὲ καὶ διὰ τὴν κατ-  
επίγουσαν ὥραν τοῦ θέρους· διὰ ταῦτα κελεύ-  
σατε, μετὰ τὸ γεύσασθαι ἡμᾶς τῇ Κυριακῇ συνα-  
χθῆναι καὶ ὁμοῦ ἀπελθεῖν πρὸς αὐτοκράτορα. Οὐ  
γὰρ οἶμαι τοῦτον παρόψεσθαι τὸ λυσιτελές τῆς αἰτή-  
σεως. Μὴ οὖν διὰ τὸν Κόβριον δι' ὄκνον ἀπολυσιφθῆ  
τις. Εἰ οὖν κρίνατε δέον, συνέλθωμεν ἐν τῇ Χώρα,  
κάκειθεν ὑμῶς τοῖς βασιλεῦσιν ἐντόχοιμεν.

A cæcilitatem ac prævaricationes ex quibus perierunt,  
iis abutuntur, fidem amissimus nos et prævarica-  
tione majori prævaricali sumus, hi cœquales  
servos contemnentes, nos vero Dominum et regem  
nostrum magnum Deum. Quapropter in his si  
Deum quantum fieri potest querere studueris, in  
mercedem laboris, non solummodo errores debel-  
laveris, sed etiam locum, honestum, ac post hoc  
regnum lucraberis et cœleste.

*Epistola de congregandis in Choræ monasterio pres-  
byteris ut ad imperatorem communis utilitatis  
causa simul conveniant.*

Nunc unumquodque præstantiorum presbyte-  
rorum juxta sortem mittere expedit; sunt enim  
quædam de quibus publicæ preces agenda sunt  
apud imperatorem, utpote de Latinis; ut sacre  
patiantur docere audientes, et plurimos redar-  
guere imbecillum. Non enim præstaret nos negle-  
cta hæc relinquentes abire; sed e contra et de  
Judæis et Armeniis, ut prolificiscantur; et alia si-  
milia apud Deum acceptabilia, de quibus prece  
publica opus est, agamus, ob properantem diem  
messis. Quapropter hæc dijudicasti, studium ex-  
meriri in Dominicis, et congregare, et una mittere  
ad imperatorem. Non certe censeo hanc contem-  
nendam utilem postulationem; et ideo per Do-  
minum, timidus quisque derelinquatur, ac dum-  
modo expediens putastis, coadunemur in regioni-  
bus, ibi una cum imperantibus colloquium acturi.

## ATHANASII

CP. PATRIARCHÆ

DE NECESSARIA EPISCOPORUM RESIDENTIA

EPISTOLÆ OCTO.

(Latine edidit Turrianus ad calcem libri *De residentia pastorum*, 4<sup>o</sup>, Florentiæ 1557.)

### EPISTOLA I.

*Athanasius patriarcha Constantinopolitanus, episcopo  
Cretæ, volenti proficisci ad episcopatum suum.*

Charissime mi frater et comminister, gratia tibi  
et pax a Deo. Consilium istud tuum ac voluntas  
quæ ad aures meas perlata est, fortis virilisque  
animi, ac sursum tantum aspicientis, verique pa-  
storis, vere ac legitime certantis, et nomini, ac vo-  
cationi suæ respondentis visa est: non autem  
mercenarii et fugientis non solum si lupum videat,  
sed si vulpem; unde gregi Christi, principis pasto-  
rum, dominum creet, et animæ suæ infinitos præ-

C paret cruciatus. Cur enim iste non potius vitam  
privatam vivere maluit, si cogitabat succumbere,  
neque, non oves pascere, pro quibus sanguinem  
suum Christus profudit? Quemadmodum non venit  
huic in mentem, ejus qui maledicto eum affecit,  
qui *opus Domini facit negligenter*<sup>1</sup>: quamvis fa-  
cere nomine simulet, in oues alioqui insidet,  
quod de insipiente scriptum est, qui *dixit in corde  
suo, non esse Deum*<sup>2</sup>: neque enim Deum ponunt,  
qui hæc in conspectu ejus facere audent. Ex quo-  
rum numero et ordine laxit Deus ne simus, ascri-  
batque nos inter fideles dispensatores, concedat-  
que benigne ut præsto simus Principi pastorum,

<sup>1</sup> Jer. XLVIII, 10. <sup>2</sup> Psal. X, 13.

ad perficiendum quæ oportet; ponamusque animas pro ovibus ejus qui simul et demonstravit et edicto sanxit, quod omnibus pastoribus (si quando alias) hodie maxime convenit, cum non solum lupi graves, impij, inquam, et hæretici, in gregem Domini irruunt; sed ex nobis ipsis, ut Apostolus ait, viri et mulieres non verentur Christianos a Christo distrahere et avellere. Quamobrem veris pastoribus non est tutum non vigilare, et non circumquaque omnia lustrare, ovesque errantes solum quærere, ac non magis sollicitos esse pro iis quæ non errant, perterritos horum temporum tenebris quæ justo Dei permissu ac judicio nobis illatae sunt; quia scilicet non ita vivimus, ut eum decet qui nos vocavit. Sed, o animarum nostrarum detrimentum! o ingentes penas, nobis ob nostras libidines et perturbatas voluntates, quæ hoc malum pepererunt, infligendas! hoc, inquam, malum, ut gens sancta, per omnes campos et montes vitio pastorum absentium dispersa ac dissipata erret. Quare, quo celerius istud tuum debitum tibi inspiratum persolveris, sanctumque propositum perfeceris, tanto cum majore lucro perfeceris. Debent hoc facere omnes boni pastores, quicumque hoc nomine digni sunt; ita qui cessarit, non sit impune cessaturus. Etenim si quisque pastor in diœcesi quæ illi obtigit, vel biduum moretur, experiri liceat, permulta peccata et damna non esse futura in populo. Perinde namque esse videtur, gregem abesse a pastore, ut cæcum ducem carere. Sane augentur oves et in tuto sunt, cum præsumunt veri pastores: non autem qui solum ebibant lac et lana tegantur, omnique studio et arte seipsos, non oves pascant. Quod malum Deus ab ovili nostro avertat, multiplicetque in eo potius quidquid divinum Deoque gratum. Etenim si quod de te auditum tantum est a multis, de tuo ad diœcesim reditu (quod alioqui ab omni episcopo fieri debet) continuo visum est omnibus laudabile: nempe oves ablatas fortiter recuperare, non ablatas conservare viriliter: interdum etiam alienas adjungere ad nostras, tum errantes et amissas, quoad fieri possit, quærere ac vestigare, et inventas in hincrum magno conatu imponere ad ecclesiasque reducere in numerum eorum qui ab errore alieni sunt; hæc, inquam, quam grata Deo et Deo deditis fuerint! Idcirco quod voluisti, quia honestissimum erat, laudaverunt cordati et prudentes omnes, et in primis imperator ipse, qui non solum approbavit, sed magnifica verba fecit, nactus hanc occasionem Ecclesiæ utilem, imitatus eloquentissimum illum virum, cum quo (quoties pro Ecclesia illi dicendum est ad utilitatem multorum) nemo orationis suavitate, copia et elegantia certare potest, et usque adeo, ut dixi, propositum consiliumque tuum aptum et congruens visum imperatori est, ut synodicis litteris et edicto

A suo decreverit, ut ex episcopatu, metropoli Monembasiensi subjecto, ducenti aurei annis singulis tibi redderentur, quo etiam beneficio nos obligavit, ut non solum propter religionem imperatorem laudemus, et pro eo omnes ecclesiastici preces adhibeamus, sed propter variam multiplicemque beneficentiam atque providentiam. Hoc exemplo factum est, ut episcopus Sardensis, præ studio et cupiditate eundi celeriter ad requirendas oves suas, non excuserit pericula, impedimenta itineris, senectulem, temporisque incommoditatem, quas omnes difficultates viri animus ipsius promptus. Quem imperator cum laude dignum judicaret, et ad debitum ac salutare munus excitare vellet, providit ut esset, unde illi necessaria commodo suppeterent: scilicet suo consilio et auctoritate perfecit, ut decreto synodi et edicto regis, Metymnensis metropolis ei adjiceretur, ut tibi hactenus adjecta fuit: idque duplici nomine et causa, et ut metropolitæ præsidio septus esset ad regendum, et ut populus ipse Metymnensium commodius faciliusque regeretur, ac propter vicinitatem oves scabiosæ curari possent opportunius, tum bene valentes conservari et excitari ad honesta opera. Utrumque enim vestrum maledicto allicit Scriptura sancta, si cum sitis pastores, non usque ad sanguinem, in iis quæ diximus efficiendis persistatis; donec, ut confidimus, Deus nobis propitius, pacem, tranquillitatem ac salutem cujusque pastoris gregi restituat; quod ut faciat, placandus flectendusque nobis est, et nostris recte factis, obedientia et vita Christiana implorandus. Ita enim fiet, ut legem divinam servantes, quæ turpiter viventes juste amisimus, precibus beatæ Mariæ restituantur. Vale in Christo.

#### EPISTOLA II.

*Athanasius patriarcha Constantinopolitanus episcopo Sardensium.*

Nosti, quemadmodum Sapientia discipulos suos doceat: *Ne (inquit) reprehendas sceleratos, ne te oderint*<sup>3</sup>, tanquam sapientes tantum reprehendere oporteat, ut quicumque fratres amant, vicissim amentur. Opportune hinc principium sumpsisse videbor, qui ad te, virum sapientem et in litteris sanctis eruditum, scribam. Scio te non ignorare quæ sanctis apostolis de constitutione rerum ecclesiasticarum sancita sunt, ex quibus unum est, ut quisque pastor intra suos fines insistat propter pacem et charitatem, quarum est Jesus arctissimum vinculum, quod solvi non potest. Scis præterea, ut quales non essemus, apparet; quibus notis verum pastorem designantibus, magnus ille pontifex Christus, munus pastoris diffinivit: nempe mutua in illum charitate. Deinde non ignoras ornamentum probi pastoris, qui sit animas gregis sui evidenter cogniturus, de quo scriptum est: *Bonus pastor unum suam ponit pro ovibus suis*<sup>4</sup>. Et

<sup>3</sup> Prov. ix, 8. <sup>4</sup> Joan. x, 15.



quod Gregorius cognomento Theologus edisserit : **A** cum reliquis malis non est ambiguum et incertum quin iram Dei nobis augeat : quandoquidem tolerasse Deum mundi peccatum didicimus, crœmi vero peccatum nequaquam. Similiter verissimum est, neque pastores qui gregem negligunt impunitos; multosque discessuros, tametsi fortasse non ita videatur iis qui sponte velamen obtendunt, ne limatam Evangelii veritatem aspiciant; sicuti cum Moyses legitur populo Israel, quos quidem existimabam, sublato jam velamine, revelata facie videre. Sed, o calamitatem et miseriam, ut tempore ipso facile mala subeant! quale est hoc monstri quod nunc ortum est ut reperiantur episcopi qui tantum dent consilium, suamque dicant sententiam; non autem qui decreta sententiamque majorum tum private tum publice confirmant et sanciant, ita ut jam in causis pauperum nobiscum quidem sentiant qui pariter judicant, non tamen in causis divitum atque nobilium; quamobrem non convenit mihi cum his consessoribus iudicibus judicare. Si pax munere Dei consecuta fuerit, et consilium frequens cogi contigerit, corrigentur hæc omnia : quod si secus evenerit (quandoquidem nescimus quid proximus dies sit allaturus), Judex ille qui falli non potest, Ecclesiæ suæ consulat. Hoc te scire volui, ne molestum esset venire. Vale.

quod Gregorius cognomento Theologus edisserit : **A** Non unumquemvis discipulum ad Evangelium mitti, neque qui mittitur, quomodocunque mitti, sed qui veritatis virtutisque studio tantum intentus sit, vacuus et expeditus omni cura, omnique impedimento liber, sine ære, sine virga, una tunica, nudis etiam pedibus, tanquam non possint aliter *speciosi esse pedes evangelizantium pacem, et cætera bona*<sup>5</sup>. Intellexisti etiam quis sit mercenarius et qualis, de quo pudet me tum dicere tum tacere, cum satis ipse status temporum et rerum eum ostendat atque coarguat. De quo si attente audiam prophetas, cum in mei similes pastores his verbis invehuntur : *Pastores pascunt seipsos, non oves*<sup>6</sup>; et illud : *O pastores, qui perditis oves pascuæ*<sup>7</sup>; item : *Pretio respondent sacerdotes, sacerdotes legem Domini occularunt, et legem meam violarunt, et sancta mea profanarunt*<sup>8</sup>; item illud : *Lanis ovium indui, mactare quod pingue est, lac bibere*<sup>9</sup> : hæc, inquam, attente audiens, quid faciam, ne metuam eos qui me redarguant, et clare ob oculos mihi ponunt, qualis sim? quæ si fabulæ putat qui in ignem illum extremum non intuetur, tibi certe non fabulæ, sed ita horribilia omnia esse videntur, ut horrore exedant consumantque medullas. Neque tamen curamus facere pro viribus ne propter aliquod ex his vitium ac scelus constricti vinculis arctissimis, pœnis sempiternis afficiamur, sed potius damus operam vanis contentionibus iudiciisque ad libidinem nostram corruptis, aut ab eo quod fieri oportuit, abducimur. Quæ enim facere solent, qui statum Ecclesiæ perturbare noliuntur, hæc isti quæstus gratia faciunt : scilicet cum a principio constitutum esset, ut his quoque anno synodus haberetur, postea vero commodius videretur haberi semel, ne oves propter crebram absentiam pastorum, facile a lupis invadi possent, nostra nunc ætas, nescio an aliquid prudentioris consilii providens an corruptius iudicans, hoc quoque sustulit : unde gravia et nova mala suscitavit, et eorum pastorem in pecunias pauperum corradendas contulit, grege lupis relicto : magna vero diligentia et vigilantia locum episcopi ornarunt, ut desertis suis gregibus apud reginam Constantinopolim accubarent. Denique maluerunt, brevi voluptate contenti, carni indulgere, quam cum populo Dei laborare, contemptis legibus divinis quæ prohibent, ne paulisper quidem impune a grege abesse. Ac nisi, ut Apostolus ait, *inimicus viderer verum eloquens*, passem aliquid vere dicere. Quid, quæso, juvat istos episcopos et pastores in urbe morari, nisi (omittam alia) ut patriarchas alios moveant, alios eligant; ne si idem diu sit patriarcha, res omnes ecclesiasticæ compositæ sint : quod præclarum facinus ex eo tempore læcere isti consueverunt, ex quo Constantinopoli potiti sumus. Quod quidem

**B** Existimo te non ignorare quid Basilus ille magnus ad Gregorium scripserit, de eo ut excluderet mulierculam quam domi habebat; et quemadmodum jusserit, ut nisi statim excluderet, cessaret ab officio sacerdotali, redditurus Deo rationem cessationis, futurusque cuncto populo anathema si non cessaret, sed potius absque reverentia Deo offerret : quibus verbis demonstravit, quantum damni et jacturæ faceret, qui dignitatem adeptus non exerceret ministerium recte et assidue. Sunt itaque facta sanctorum Patrum exempla nobis, ut quæ nobis faciendæ sunt, cum iis comparemus quæ gratia sanctorum per eos aspiravit in quæ aspiciendum est, ut in solem aspicere solent, qui lumen desiderant. Quamobrem tibi hoc exemplar inculpimus, ut quandoquidem Ecclesiam tibi commendari voluisti, gregem Christi ad pascua viridia et salubria omni studio agas et ducas, defendasque eum a bestiis non quibuscunque, sed Arabicis, tum corporalibus quæ cernuntur, tum spiritualibus quæ non cernuntur. Et (ut debet verus episcopus) resideas sancto ad sanctam aram, de qua tibi participandum est, sicuti Dominus pronuntiavit *dignum esse operarium mercede sua*. Quamobrem non est existimandum, licere tibi diu quavis de causa abesse, quia potius faciendum tibi

## EPISTOLA III.

*Gratia et pax tibi a Deo omnipotente. Athanasius patriarcha Constantinopolitanus episcopo Apamæ.*

**C** Existimo te non ignorare quid Basilus ille magnus ad Gregorium scripserit, de eo ut excluderet mulierculam quam domi habebat; et quemadmodum jusserit, ut nisi statim excluderet, cessaret ab officio sacerdotali, redditurus Deo rationem cessationis, futurusque cuncto populo anathema si non cessaret, sed potius absque reverentia Deo offerret : quibus verbis demonstravit, quantum damni et jacturæ faceret, qui dignitatem adeptus non exerceret ministerium recte et assidue. Sunt itaque facta sanctorum Patrum exempla nobis, ut quæ nobis faciendæ sunt, cum iis comparemus quæ gratia sanctorum per eos aspiravit in quæ aspiciendum est, ut in solem aspicere solent, qui lumen desiderant. Quamobrem tibi hoc exemplar inculpimus, ut quandoquidem Ecclesiam tibi commendari voluisti, gregem Christi ad pascua viridia et salubria omni studio agas et ducas, defendasque eum a bestiis non quibuscunque, sed Arabicis, tum corporalibus quæ cernuntur, tum spiritualibus quæ non cernuntur. Et (ut debet verus episcopus) resideas sancto ad sanctam aram, de qua tibi participandum est, sicuti Dominus pronuntiavit *dignum esse operarium mercede sua*. Quamobrem non est existimandum, licere tibi diu quavis de causa abesse, quia potius faciendum tibi

<sup>5</sup> Nahum, 1, 15. <sup>6</sup> Ezech. xxxiv, 8. <sup>7</sup> Ibid. 18. <sup>8</sup> Jerem. vi, 19. <sup>9</sup> Isa. lv, 1.

est, ut celeriter ire possis ad eam Ecclesiam quæ tibi addita est et commendata, ut ei præsis; hoc autem facies, si prius restitui feceris quæcunque sive te conscio sive non conscio subrepta esse constiterit; ut benigne Deus sua cuique nostrum tribuere velit, quod erit suo tempore jucundissimum. Quæ quidem sublata sunt ab iis qui hanc labem episcopis aspergere volunt, ut dum ipsi aliis insidiantur et injurias ingerant, culpa in eos qui mali pastores sunt, transferatur, alioqui quemadmodum ire licebit in aspectum eorum quorum damna et injurias inhumane contempseris: a quo tamen omni se injuria liberandos esse sperabant, aut quemadmodum cogemus eos ut magistratum ferant, nisi quod Zacchæus faciebat, hoc idem nos fecerimus? Ille enim si quid aliquem defraudabat, reddebat quadruplum. Et Dominus pius omnes jubet ab avaritia abstinere: quod quidem qui non fecerit et docuerit, quemadmodum non erit anathema populo? Est enim pejus non facere hoc, quam quod Gregorius ille quem dixi, fecit. Quanto facilius et levius id mali potes corrigere? alioqui utrumque, imo quicumque non emendantur, a Christo principe pastorum punientur. Ergo postquam hoc perfeceris, veni ad nos, ut litteris acceptis a nobis absolvaris, et confirmatus eas bona conscientia ad munus pastorale administrandum. Quandiu enim non vereberis hæc quæ facis facere, nos quidem, te a diocèse tua absente, rei non erimus tuæ vacationis eorumque malorum quæ ex absentia et vacatione nasci necesse est; neque eorum bonorum interceptores, quæ si ades, opere et sermone facere poteras et debebas. Concedat tibi cunctisque fidelibus Deus, quod commodum est.

#### EPISTOLA IV.

*Athanasius patriarcha episcopo Apamense.*

Tertio jam ad te scribo, mi frater et comminister, quandoquidem binis meis litteris superioribus, quas ad te misi, non stetit verbum velut in ore duorum testium, sicut ait Scriptura sancta. Hortamur ergo te, quia hoc jus postulat ut quæ subrepta sunt, iis quibus subrepta esse constat restituantur: ut cum restituta fuerint, ipse Ecclesiam tibi commendatam adire possis, cumque honorare a quo cuncta sunt ita justis et mirificis modis disposita atque distributa ut vel grues suo tempore cantant, neque sint omni tempore neque omni loco graculi. Ego vero cui grex Christi commissus est, si dignitatem muneris norit, iniquum esse arbitror, non usque ad sanguinem assidue ei studere et incumbere. Nisi forte ignoratis Deum esse, qui dixerit: *Petre, amas me? pascere oves meas.* Sed, heu mihi! non jam pastores oves pascunt, sed ovibus tanquam pane pascuntur. Jam horribilia illa mala malorum pastorum, quæ propheta Ezechiel descri-

bit, summa licentia irrepsorunt. Quæ si talia tamque gravia vobis videntur, age, optime vir, contentus esto tua diocesi; permane in ea; hæc sis cum ovibus tuis usque ad sanguinem illis affixus; quas quidem nunc in myrtetis, inter flos et rosas, atque in montibus divina providentia custodit. Neque enim, quod certissimum est, virga et baculo tuo pastorali sit, ut in pascuis virentibus pacis et bonorum cœlestis Jerusalem eæ sint. Scis enim, qui amplius sex mensibus a diocèse abfuerint, nisi eos gravis morbus teneat, canonibus et legibus firmatum esse, ut sacerdotium et gregem amitterent. Verum, novum consilium et sceloratum hic a nostræ ætatis hominibus excogitatum est: scilicet, mittitis aliquem qui sciat mulgere gregem; ipsi vero in urbe Constantinopoli expectatis propter præfecturas civiles, subscriptiones, intempestivas ordinationes, adde etiam bullas et decreta: et tanquam impune sit vobis futurum, ita procul a diocesi vobis commissa receditis, et alia hujusmodi, ut cuique libet, committitis. Oportebat potius, cunctis episcopis undique in unum congregatis, suam cuique diocèses funiculo distributionis circumscribi, atque ita patriarchæ partem suam a vobis assignari, aut vos a patriarcha privari. Et quid prodest, laborasse vos in deligendo ac constituendo patriarcha, ac postea insultare et efferri in eum, et vita ipsa atque factis irridere? nulla, ne ad breve quidem tempus, canonum et legum ratione habita: quem si vestris fortasse libidinibus resistere videatis, continuo crimina fingitis, et eum cum infamia utque dedecore ejicere contenditis. Ad quid vero necesse est, ad suam quemque diocèses ire (propriam dico, aut sibi commendatam) nisi ut lupos inde arceatis? Quod si fortasse huc vos incitat et trahit tum studium atque desiderium consulendi multorum saluti, idque vobis propositum est; tum scientia tam multa ut hinc possitis, etiam quæ extra lines vestrorum diocèses posita sunt, gubernare: ad extinguendam solum hanc hujusque studii ardorem, veniat in mentem illius cui plurima sanctarum litterarum scientia Theologi cognomentum dedit, illiusque parvæ Sozimorum diocèses; ita ut vel propter reverentiam illius excellentis viri, vel propter æqualitatem honoris quo contenti esse debetis, quisque vestrum intra suos se fines contineat. Quamobrem existima, frater, deberi a te hoc usque ad sanguinem, ut cum ovibus tuis sis et vivas. Hoc idem cæteris episcopis studium esto, ipsis quidem et eorum gregibus salutare. Neque enim, hoc præsertim tempore, supplicia ellugiet pastor qui cum grege non laborat; in quem profecto conveniat quod Dominus ait: *Videt lupum venientem, et relinquit oves, et fugit, et lupo rapit eas*<sup>10</sup>, quæ qui non audit, sententiæ hujus auctorem contemnit. Etenim nisi hoc fiat, quorsum iste

<sup>10</sup> Joan. x, 12.

vester conventus; quid commodi affert? aut si quid boni hic agitis, dicite. Ego enim, nisi sacerdotio labem aspergeret oratio, multa demonstrarem indecora et ab Ecclesiæ constitutione aliena, quæ ex isto vestro in hanc urbem conventu proficiscuntur.

## EPISTOLA V.

*Athanasius patriarcha Constantinopolitanus, episcopis ad dioceses suas proficiscentibus.*

Si quid est aliud necessarium, idque omnibus, maxime est, fratres et compastores mei, necessarium præsertim magistris Ecclesiæ, sanctam Scripturam revereri, meluere, et diligenti perscrutatione examinare; atque ad perficienda quæ in ea mandata sunt, promptos expeditosque esse cunctos Christianos, nisi prorsus insaniant; Dominus enim est qui hortatur perscrutari Scripturas; et ex eis, tum præterita, tum pleraque in posterum futura discere et docere. Unde salutis suæ cupidis semper studium fuit Mosem et prophetas audire. Verbum enim judicat nos, ut is qui mentiri non potest docuit. Quare omnis Scriptura divinitus inspirata salutaris et utilis est ad examinandum quod conveniens est et honestum, et ad erudendum atque corrigendum. Utilis, inquam, non solum iis qui turpiter vivunt, sed magis iis, qui sobrie et continenter; iis vero qui pastoralis dignitate et gradu qualicumque præditi et ornati sunt, est ipsa vita æterna, et lucerna pedibus eorum, viæque carissima ad faciendas Dei justitias. Ex ea enim discimus, per quem et a quo facti, et ad quem tendamus: quibus quidem injunctum est munus docendi; et non utcumque, sed ita pascendi, ut eum qui pascere dedit vicissim amemus, scientes quis est qui venit, et iterum venturus est ad judicandum vivos et mortuos: et scientes quod pastores qui Dei præcepta, vel propter reverentiam et metum vel propter charitatem animo servarint, ad dexteram positi incredibili splendore fulgebunt: qui vero non servarint, ad sinistram erunt ad omne genus cruciatuum damnati: et, quod est omnium intolerabilissimum atque acerbissimum, procul a conspectu Dei ejeti, et perpetuo conscientiaæ morsu exagitati; rursus vero qui munere pastoralis recte defuncti fuerint coram angelis et hominibus laudabuntur, utpote probi, fideles et prudentes atque grati, quique sal et lumen fuerint hominibus, nihil quod utile atque commodum esset prætermittentes: qui non verbis solum, sed factis et virtutes tradiderunt, et vitia expulerunt, cunctis præcipientes ut declinarent a malo et facerent bonum. Ad quod quidem bonus Deus legem non scriptam nature insculpsit gratis: deinde servos mittere non destitit, qui nuntiarent Dei voluntatem non solum invitatis ad cœnam et nuptias, sed iis etiam qui erant in viis et sepibus cum ornatu nuptiali: ceteros enim non sic ornatos, vincula et tenebras manere. Rogo, quicumque pastores appellamur, demus operam, ut in eorum

numero reperiamur, quos Deus occulto suo iudicio, quod ipsi notum est, ad vocandum invitatos miserit; obsecro et obtestor, ne obliviscamur, neve jussa mandataque ejus qui misit abiciamus ac negligamus, sicut ii qui corda habent crapula et sollicitudinibus mundi gravata et depressa. Qui quidem vigilare et orare jussi sumus, tanquam non aliter futura tormenta vitare possimus, neque aliter coram Deo sisti innocentes, ostensuri utrum, minus datis ad mensam negotiati fuerimus, an potius in fundo atque sudario occultaverimus, ut quidam præ nequitia et ignorantia fecisse accusati sunt. Horribiles profecto sunt minæ nobis pastoribus propositæ, nisi vigilaverimus: quibus mandatum commissumque est, tradere conservis, tum verbo tum factis, vera dogmata et vitæ perfectæ normam; tum reposcere rationem progressus spiritualis, vigilanter tuba canere, ne romphæa animam alicujus corripiat, alioqui ex manibus nostris repetendam, denique incessanter explanare quæ sit Dei voluntas: et cum olim ad hoc opus multi missi fuerint, nostrum est timere ne in labores eorum ingressi, pœnas demus si minus laboremus. Quod, utinam ne nobis eveniat quibus donata sunt non solum quæ typis et symbolis designata sunt, quæque prophetae atque justi expetierunt, sed etiam gratiæ dispensatores facti sumus. Quare nisi aperto capite munera Dei, quæ neque oratione consequi, neque mente comprehendere licet, perpetuo prædicaverimus, quicumque hujusmodi dignitate pastoralis præditi sumus, haud dubie in manus Dei incidemus: nisi, inquam, prædicaverimus quemadmodum ex nihilo cuncta Deus effecerit, quum admirabilia existant ex omni parte universitatis rerum in hominem beneficia, quæ nobis promissa si mandata Dei perlecerimus; quæ rursus minæ suppliciorum propositæ si non perfecimus; et nisi prædicaverimus quod qui male vixerunt, irato Deo ab hac vita recedent, donum pœnas daturi sempiternus. Præterea repetere voces prophetarum, quas illi ad revocandum a vitiis hominum genus adhibuerunt: item commemorare adventum Domini, et bona inde profecta: tum mortem probrosam, sepulturam et reditum ad vitam, ascensum ad cœlos, missionem Spiritus sancti tributumque hominibus Spiritum sanctum, apostolos missos in universum mundum ut baptizarent ac docerent quæcumque ipse servare præceperat; quibus se Christus promisit semper adiuturam. Adhæc instare diem illius magnæ iræ et calamitatis, propter multitudinem scelerum; quando draco ille, ex improvise, ad corrumpeudos omnes aderit. Item Eliæ et Enoch reditum ad incumbendum salutis hominum adversum diabolum, quem Dominus præsentia adventus sui destruct. Præterea dicemus de rapiendis obviam Christo, quando cœli magno impetu transibunt, terra autem et quæ in ipsa sunt opera exurentur. Quæ quidem cum expectentur, quales, quæso, ac quam sanctos nos

esse oportet! Debemus etiam commemorare iudicium extremum, subsellia apposita, præsentem iudicio Antiquum dierum, libros apertos, fluvium ignis: deinde, eos qui ad dexteram erunt, commendatos bonis operibus processuros in resurrectionem vitæ; eos vero, qui ad sinistram, processuros in resurrectionem iudicii. Hæc sunt, quæ a nobis sunt semper populis inculcanda, et honestæ vitæ exemplo commendanda, atque consulenda quæ quidem cum Deo nos copulant. Hoc est illud Evangelii, bonos fidelesque dispensatores dare conservis suis in tempore mensuram tritici: confirmare, inquam, fratres, ut contemptis bonis terrenis, soli virtuti et Deo adhereant. In his vigilare, et hæc meditari debemus, fratres; si magno ministerio, cui præsidemus, satisfacere velimus: ac non potius illos imitari proscriptos profligatosque dispensatores; qui, dum, ut illis videtur, moram Dominus facit, edunt et potant: quos, cum venerit, idem, ut minatus est, dividet. Quæ omnia non solum nos inelamare debemus, sed etiam fidelibus hominibus commendare, qui possint et alios docere; ita ut nihil sit faciendum, quod a sacra Scriptura alienum sit. Debemus præterea eos qui peccaverint, penis et locis ad eas solvendas descriptis, secundum canones Patrum afficere, distinguentes sanctum a profano: impie enim agunt quidam, qui multos eorum violant, neque meminerunt quod scriptum est: *Impii transierunt fines*<sup>11</sup>; et illud: *Maledictus qui terminos a patribus positos transgreditur*; et quod est in Evangelio: *Qui solverit unum ex mandatis, minimus vocabitur in regno cælorum, qui autem fecerit et docuerit, magnus*<sup>12</sup>. Omni itaque studio laborandum est ut concupiscentias carnis quæ militant adversus animum, superent omnes fideles: admonendique subinde, quemadmodum clamat Paulus vas electionis, neminem eorum qui peccatis operam dant, possessurum regnum cælorum. Qui eum nos hortetur ut eum imitemur, sicuti ipse Christum, beatos pastores qui eum secuti imitatique fuerint. Tametsi enim non sint imitabiles illius excellentissimæ virtutes (quæ sumus ignavia et inertia), illud, inquam, vivere ex manibus, et Evangelium sine sumptu exponere: nobis tamen satis est si præbeamus nos operarios cibo dignos, ac non potius bona pauperum hianti ore devoremus. Hortandi præterea, ut arrectis, quod aiunt, auribus, et vigilantibus, clamorem illum mediæ noctis, improvisum et subitum expectent, ne nihil cogitantes et in scelere occupati, aut voluptati vel somno indulgentes, adventum illum illustrissimum pulcherrimi Sponsi non sentiant. Ut enim admoneremur vigilandum esse, horam noctis appellat Dominus, illuminatissimum illud tempus. Utinam nunquam nati essent quibus claudendum est, et frustra standum atque pulsandum, quibus tolerabilis le-

viusque fuisset igne consumptos esse, quam audire illud: *Non novi vos*<sup>13</sup>. Quamobrem Paulus: *Ne eratis*<sup>14</sup>, inquit; enumerans scilicet quæ a regno Christi arcent et excludunt; quæ omnia nisi vobis discipulis ejus nos commemoraverimus atque denuntiaverimus, vae nobis! Caveamus ergo ne debito quod commune est omnium pastorum, populos fraudemus; debito, inquam, fungendi *pro Christo legatione*<sup>15</sup>, Deo per nos hortante, ne qui semel baptizatus committat ut ad nuptias intrare prohibeatur. Eos vero qui alios decipiunt, tanquam falsos apostolos, impostores, adhibitæ sanctis Scripturis redarguamus ac prodamus, commemorato exemplo decem virginum, sagenæ missæ in mare, illius induli sordide, aliisque hujusmodi. Hæc nocte dieque debent singuli pastores gregibus suis inculcare: quæ tam necessaria sunt, quam est respirare animanti. Necessarium, inquam, omnia iudicia et testimonia Dei denuntiare, ita ut ab hoc officio neque eos superbia et elatio retrahat, neque altitudo diei, *id est*, prosperitas et opulentia: quin potius, si tempus postulet, pro legibus, et statutis divinis sanguinem fundere, quoniam non possit aliter pastor Christum amare, qui magistrum finibus charitatis circumscripsit, cum dixit Apostolus: *Quis nos separabit a charitate Christi*<sup>16</sup>? Deinde cavendum nobis est, ne ulli cito manus imponamus, non ante justam ætatem, non sine titulo, non extra fines diocesis. Testimonium dicant non quivis, sed graves homines, qui educationem ejus et mores norint, an sit iracundus, an superbus, an ebrius, an avarus, an pugnax, an dicax, an percussor, an petulans, an illiteratus. Post ordinationem vero curandum est ut sacra reverentur ac religiose tractare et administrare discant, mysteria præsertim Eucharistiæ ac baptismi: ne, quæ sanctissima sunt, ab aliquo deliro indecore et temere administrare doceantur. Ad hæc providendum, ne cuius pateat ascensus in suggestum, neque docere liceat in ecclesia nisi ei qui castitate etiam et temperantia atque pietate præditus sit. Item ut nihil eorum quæ ad edendum idonea sunt, offerantur in ecclesia, præter oleum, ceram et thus. Nemini sine probatione, aut pro munere Eucharistia detur, nisi permissu et concessu Patris spiritualis. Ne liceat impune non vacare in festo Resurrectionis, neque ingredi in fines alterius: in conjugis, caveatur puerilia, propinquitas sanguinis, adoptio et susceptio in baptismo. Videndum est etiam, ut conjugium non solum licitum sit et concessum, sed decorum quoque: ne, inquam, puella seni nubat, neve ante benedictionem una cubent. Jejunia Quatuor temporum ne solvantur, neque jejunia quartæ et sextæ feriæ. Elcemosyna, temperantia, justitia et veritas ab omnibus fidelibus colantur. Solvere Ecclesiis decimas et primitiæ, celebrare memoriæ sancto-

<sup>11</sup> Prov. xxii, 28. <sup>12</sup> Matth., v, 19. <sup>13</sup> Matth. vii, 23. <sup>14</sup> I Cor. vi, 9. <sup>15</sup> II Cor. v, 20. <sup>16</sup> Rom. viii, 35.



rem, meminisse propinquorum in precibus, abstinere a fornicatione, sanguine et suffocato, a præstigiis, incautionibus, observationibus superstitionis, ab omni specie divinationum; non comprehendere cum hærelico, nisi sit sponsor qui canones servare non didicit, eum neque baptizari neque monachum fieri liceat. Monachum qui a monasterio aufugerit, qui receperit aut ordinavit, puniatur. Denique repetenda sunt et commemoranda frequenter a magistris Ecclesie, quæ fideles facere debent; et quæ tanquam pestes, abominari. Commemorandus etiam ignis ille, in consummatione sæculi expectandus. Tum execrabilis illa mundi lucis, nefarii, inquam, Antichristi adventus, ne si ex improvise, nihil præmeditatis, adfuerit iniquus ille atque superbus, qui extollitur supra omne quod dicitur Deus, multi in errorem inducantur, cum eodem in flammam ignis conjiciendi. Hoc, precor, pastorum opus sit; hæc cura et studium, ut quæ Patribus visa sunt quæque illi accurate tenuerunt, illa ad temperandos regendosque fideles adhibeamus: et qui ea non servarint, quæ servare, non solvere jussi sumus, hos maledictis gravissimis anathematibus afficiamus. Ante omnia vero baptizatos omnes hortari debemus, ut usque ad sanguinem integerrime servant. quæcumque Christus præcepit: affirmantes absque operibus mortuam esse fidem, et quod non omnis qui dicit, *Domine Domine, intrabit in regnum cælorum*<sup>17</sup>; et illud: Qui non amat me, sermones meos non servat. Hæc et alia hujusmodi ex sanctis Scripturis, nisi iis qui ea ignorant exposuerimus, quemadmodum erimus fideles dispensatores? Ne, quæso, oscitanter atque negligentem, sed cum timore potius atque tremore, sine ulla cunctatione, Evangelia sancta edisseramus, docentes cælum et terram transitura, verba autem ejus nequaquam. Dicamus frustra fortasse dictum esse in Scriptura: *Nemo errat*: nemo inquam neque eorum qui antea fuerunt, neque eorum qui postea erunt. Est autem nobis primum, qui pastores sumus, navandum virtuti, docendumque omnino, quod est in sanctis Scripturis, eos qui Christum ejusque sermones reverenter observaverint, eos, inquam, ab eodem Christo confirmandos, declarandos et coronandos, ac gloria sempiterna esse honorandos; qui eum corpore et spiritu honorarunt, nunc, inquam, jam fideles atque prudentes declaratos, ad nuptias et immortales illas delicias admittendos, ut cum pulcherrimo illo sponso Ecclesie Domino nostro Jesu Christo semper sint; cui honor, et imperium in sæcula.

## EPISTOLA VI.

*Ejusdem, ad imperatorem, ut jubeat episcopis ire ad suas dioceses.*

Si urbes in Oriente vastari et funditus interire scis, quod malum Deus avertat, cur non jubes, qui

A curam omnium a Deo suscepti, urbes deserere, et ad nos venire habitatores earum; imo potius, in gratiam episcoporum hoc prohibes. Sin autem, per gratiam Dei, hoc tua prudentia et judicio assequeris, puniri nos a Deo, non ut pereamus, sed ut convertamur: cur non jubes pastoribus illarum civitatum, ut quisque eorum cum grege suo sit, ut tum precibus Deo adhibendis, tum admonitionibus et objurgationibus suos a peccatis servant; atque ita Deum placent, ut minas aliquando remittat. An si tu oves pastori committeres, deinde illas quidem derelictas cerneres, illum vero quieti suæ suisque cupiditatibus indulgere et servire, dic obsecro, relinqueresne pastorem impunitum? non patimur oves, pecudes, impune negligi, et patiemur pastores animarum impune seipsos pascere, non oves? quid, quæso, apud Deum excusabimus? ulinam ne illud nobis exprobetur: *Omnes quærent quæ sua sunt, non quæ Jesu Christi*<sup>18</sup>. Quod enim preces et vigiliis præ ignavia non curant, et nos quia his vacamus, vident, plane ostendit nihil eos malle, neque aliud eis esse propositum, quam patriarchas movere, et munera accipere in judicio, et cætera alia committere quæ ipse status temporum docuit. Aut igitur juge singulis quibusque ad dioceses proficisci suas, aut sinant me ad unum e suis gregibus ire; et me jurjurando obstringam nunquam ab eo discessurum, ipsi vero urbem Constantinopolim sibi inter se dividant. Quid enim infelicius esse potest, quam in cæteris civitatibus licere cuique pastori suos, quantum potest et jus est, regere atque gubernare; in sola vero hac urbe judicem esse quicumque velit; verum si mihi credis, religiosissime imperator, fac ut hos potius tristitia afficias, quam Deum. Et enim, si quando alias, nunc maxime episcopos cum gregibus suis mori oporteret. Quod si nolueris, propter tuam erga eos reverentiam, cogere ut faciant quod facere debent, ego suscepta causa, velint nolint, ex urbe pellam, reddamque audaciæ hujus rationem Deo.

## EPISTOLA VII.

*Ejusdem, ad eundem imperatorem, de eadem re.*

Si verum est quod dici solet qui gregem pastore privat, utrique periculum creare, profecto prave supplicium manet cum qui pastorem arcet ab ovili; debetque qui pastor est, usque ad sanguinem pro grege Christi non relinquendo labores perferre, nisi cum opus fuerit in synodo singulis annis ad agendum de rebus necessariis paulisper abesse. Quibus conclusis, celeriter redeundum illi sit, si credit se redditurum rationem summo pastori Christo, et si dignus est nomine pastoris: nisi forte etiam propter necessitatem, ad utilitatem animarum pertinentem, ab imperatore aut a patriarcha statim redditurus vocetur. Quod si aliter

<sup>17</sup> Matth. vii, 21. <sup>18</sup> Philippe, n, 21.

episcopis aut imperatori videatur, sive quid secus fiat, minime ipse sequar neque assentiar ullo modo : neque enim rationem habebit Deus causationum nostrarum et cupiditatum, sed rationes repositet de veritate, justitia, divinisque legibus et statutis.

#### EPISTOLA VIII.

*Ejusdem, ad eundem, de eadem re.*

Memento Scripturæ, quæ jubet contristare potius homines quam Deum. Tibi vero, imperator, cur grave videatur, justitiam, temperantiam, mi-

sericordiam, populis tuis sancire, et inde non modo nullum incommodum reportare, sed potius operibus bonis conciliare Dei misericordiam? quid justius, quam si episcopus quisque jubeatur, velit nolit, ad diocesium suam redire? Annon hoc debitum solvere tenentur, idque canone sancitum est? nonne pastorum presentia potest, hoc præsertim tempore, populum ad preces excitare? Quæ enim alia spes Christiani est nisi quæ in precibus posita est? Quod si cupiant in hac urbe habitare, dividant illam inter se, etc.

## NICEPHORUS BLEMMIDA

### NOTITIA.

(Fabr. Bibliotheca Græca ed. Harles, tom. VII, p. 670.)

Nicephorus Blemmida, abbas, circa annum Christi 1255 designatus a Theodoro Lascari imperatore patriarcha Constantinopolitanus, munus non adiit, sed presbyteri dignitate et monastico habitu contentus vixit. Confer de illo Bovinium ad Niceph. Gregoram, pag. 728, et Allatium contra Creyghonum, p. 611 seq., et ad Georgium Acropolitam, pag. 254, et *De consensu* lib. II, cap. 14, § 4, ubi *epistolam ejus encyclicam* de pellice imperatoris Michaelis Palæologi, Marcesina, in Gregorii Thaumaturgi monasterium irruente et a Blemmida, abbate, repulsa [alii aliter narrant hanc historiam] Græce edidit et Latine (qua lingua etiam apud Odoricum Raynaldum tom. XIV *Annal.* (a) ex Allatii versione legitur (b). *Libros Blemmidæ duos de Spiritu sancto* laudat Manuel Caleca libro IV contra Græcos. *Indicio*, inquit, *nobis sunt Nicephori Blemmidæ, monachi et presbyteri, cujus in omni virtute et sapientia nomen insigne apud omnes est, duo ad Theodorum (Ducam) Lascarim, regem, libri de Spiritu sancto conscripti, quibus indicatur ex Filio et per Filium substantiam habere, a sanctis Patribus traditum* (c). In oditis prior horum librorum Jacobo, Bulgariae archiepiscopo, posterior imperatori, Lascari, inscriptus est. Prodierunt Græce et Latine ad caleem tom. XIII *Annal.* ab Raynaldo editi cum versione Allatii Rom. 1646 fol. et in ejusdem Allatii *Græcia orthodoxa*, tom. I, pag. 1-60, ibid. 1652, 4. Ad eundem Ducam Lascarim scripsit librum (d) *De imperatoris institutione* Ὅραζον δεῖ εἶναι τὸν βασιλέα, qui in variis bibliothecis occurrit ms. Etiam in bibl. Vindobonensi (e), sic uti fuit interpolatus a Georgio Galesiota, Magnæ Eccles. CP. diacono et Georg. OEmiota : *De quæstionibus quibusdam dogmaticis* ad eundem Lascarim, et *orationem de fide* (1) ad monachos monasterii, a se extracti, ejus inde κτήτορα se vocat, atque

(a) Ad, an. 1255, num. 76.

(b) Add. G. Cayo, *Hist. litt. de SS. Eccl.* tom. II, p. 303 seq.; Cas. Oudin, *Comm. de SS. Eccl.* t. III, p. 221; Hamberger, in *Z. N.* IV, p. 398, Saxium in *Onom.* II, p. 312 seq. et alios, quos hic et ego in *Introd. in Hist. L. Gr.* II, part. 1, pag. 520, laudavimus. (HARL.)

(c) Nic. Blemmidæ, *De processione Spir. sancti*, ad imper. Ducam Lascarim, in cod. Escorial. teste Pluero in *Itiner. per Hispan.* p. 182. Fragmentum in cod. Medic. Laurent. 12, n. 3, plut. 6, uti videtur Bandin. *Cat. codd. Gr.* 1, p. 121. — In cod. bibl. publ. Paris. 1303, n. 10, de proces-

sione Spir. sancti a Filio per Filium, et n. 11, de quæstionibus quibusdam ad imp. Theodorum Ducam Lascarim. (HARL.)

(d) Locum exinde producit Allatius, *De libris ecclesiasticis Græcor.* p. 121.

(e) In cod. Vindob. 125, n. 5. Plura de eo dabit Lambec. *comment.* VII, p. 480 sqq. et de Georgio Galesiota laudat idem Allatium, *De Georgiis*, p. 383. — In bibl. Paris. publ. cod. 3030. Reliquorum opusculorum codd. omissis iis, quos Montfaucon in bibl. biblioth. mss. memoravit, paulo post simul, ut chartæ parcam, indicabo. (HARL.)

(1) Blemmidæ operum, sed non omnia, Lipsiæ prodierunt anno 1784, sub hoc titulo : Νικηφόρου μοναχοῦ καὶ προσευτέρου τοῦ Βλεμμίδου Ἐπιτομὴ λογικῆς. Ἐυγενεῖα Ἰωάννη Δουκί τε καὶ βασιλεῖ τῆ βασιλείᾳ περὶ τοῦ ἀτλβ' ἔτος τὸ σωτήριον, κατὰ δὲ τὸ χρι' ἐν Ἀθηνῶν τῶν Βυζαντινῶν τυπωθεῖσα, ἤδη εἰς τούτοις β' ἐκδόθεισά μετὰ τῆς Ἐπιτομῆς αὐτοῦ φυσικῆς ἐπέβη δὲ ὅτε περὶ σώματος καὶ περὶ ψυχῆς ἐκτεθεῖτα. τοῦ αὐτοῦ λόγος μεθ' ἧς ὁ περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως τῆς ψυχῆς, θεοφάνους τε τοῦ Μηδέας καὶ Γεννησίου τοῦ Σχολαρίου, καὶ τελευταῖον ὅτε περὶ πίστεως καὶ ἀρετῆς καὶ ἀσκήσεως τοῦ αὐτοῦ Βλεμμίδου, προσηγουμένως τούτων τῆς καθολικώτερης αὐτοῦ ἐπιστολῆς..... Ἰμπρῆσις Ἰωαννίτου τοῦ Κατῆ, Νίκου Lips. Breitkopf, 1784. 8°. At hujus editionis exemplaribus omnibus in Orientem transmissis, nullum jam in partibus nostris invenire est. Hanc autem editionem ab Harlesio, qui circa annum 1800 Fabricii Bibliothecam novis curis auctam edebat, ignoratam fuisse eo magis nobiscum mireris, quod Breitkopfius iste qui Blemmidam ediderat, idem ille typographus sit quo Harlesius usus est in recusione Bibliothecæ Fabricii, ut ex titulo in fronte voluminum posito appareat.

Quæ cum ita se habeant, et hæc artificialis logica pro singulari Dei beneficio agnoscenda, et proinde non contemnenda aut intermittenda, sed magni facienda et in scholis discenda est; ab illo imprimis qui eam optime tradidit. Qui quidem est, communi etiam omnium gentium consensu, miraculum illud naturæ, Aristoteles: qui etiam primus omnium philosophorum artem hanc perfectissime invenit, conscripsit, docuit. Cum enim, ut ipse inquit philosophus, aliæ artes antiquitus inventæ primæ, et deinde temporum decursu paulatim auctæ et perfectæ fuerint; aliæ vero nuper inventæ nec adhuc auctæ adeo atque perfectæ sint, sed absolvendæ restent: ars logica nec a veteribus philosophis olim nec nuper ab iis qui circa Aristotelis ætatem vixerunt, inventa, nedum perfecta et absoluta fuit. Quanquam enim negari non potest, quin Pythagoras, Zeno Eleates, Socrates et Plato, logica quædam tradiderint; ut imprimis Socrates ab artificio definitionis et inductionis invento commendatur; nullus tamen eorum totam artem logicam certis canonibus complexus est. Sicut autem qui ad domum aliquam extruendam ligna aliquot, aut lapides, aut cæmenta conferunt, non propterea domum construere, multo minus totam absolvisse dicendi sunt, sic nec illi, etsi utilia quædam præcepta logica hinc inde inculcarunt, artem logicam conscripsisse et perfecisse putandi sunt. Sed et ipse Philosophus allegato loco fatetur jam antea sua tempora existisse, qui orationes ad interrogandum aptas tradiderunt ediscendas; eos nimirum qui ex litigiosis disputationibus quæstum fecerunt: verum etiam simul affirmat, institutionem earum Gorgiæ similem fuisse, ut qui interrogationes de iis rebus quæ sæpe in disputationem veniunt proponendo, non ipsam artem, sed tantum ea quæ ab arte profiscuntur tradiderint; perinde ac si quis omnis generis calcamentorum copiam suppeditaret, sed rationem conficiendorum non doceret; qui proficisset quidem, sed tamen artem sutoriam docuisse dici non posset. Aristoteles igitur artis logicæ primus inter philosophos inventor, excultor et magister jure optimo agnoscitur et prædicatur. Etsi autem Diogenes Laertius plures ab ipso libros logicos confectos et editos commemorat quam hodie in ipsius Logica sive Organo reperimus, hi tamen ipsi, qui divino beneficio hætenus conservati sunt, totius artis logicæ maximam partem saluberrimis præceptis comprehensam optimoque ordine digestam continent. Quod vero a quibusdam in hisce Aristotelis reliquis libris logicis uberior hypotheticorum syllogismorum et aliarum compositarum argumentationum, divisionis item ac denique methodorum doctrina desideratur, defectus ille ex aliis in hoc genere præstantibus logicis, qui inventis Aristotelicis facile aliquid amplius addere potuerunt, compensari potest. Quapropter omni laude dignissimi sunt interpretes Arabes, Græci, Latini, qui cum alia Aristotelis scripta, tum etiam logica, partim paraphrasi, partim exegesi et fusiore commentario omnibus temporibus explicare conati sunt. Sed non minus etiam suam laudem merentur, qui ex logicis Aristotelis libris in gratiam discipulorum epitomas et synopses extraxerunt, easque vel continuo orationis genere vel dialogistico vel etiam questionum et responsionum forma adornarunt. Quarum quidem aliis sæculis major, aliis minor; sed patrum et avorum proxime præterito maxima fuit et etiam nunc est copia; de quibus aliorum esto iudicium. Et certo non ita mihi difficile fuisset vel ex Organo Aristotelis vel liberiores methodum sequenti non ex eo tantum, sed etiam ex interpretibus et aliis auctoribus logicis talem aliquam synopsis colligere. Sed cum in tanta librorum ejusmodi recentiorum copia supervacaneam quodammodo meam operam futuram existimassem; et vero manuscriptorum quorundam librorum veterum typis nunquam excusorum occasionem in instructissima reipublicæ nostræ bibliotheca mihi oblatam viderem: huc animum potius applicui ut ex ea tales aliquot cum antiquitatis et doctrinæ causa gratiores, tum juventuti scholasticæ mihi commissæ convenientiores et utiliores eruerem et proferrem, in Latinam linguam converterem et commentariis in titulum usum declararem. Qualis etiam est hæc Nicéphori Biemidæ Epitome logica, quam ex quatuor manuscriptis codicibus bibliothecæ nostræ publicæ inter se collatis optima fide descripsi, Latinam feci, et scholiis cum analyticis tum exegeticis privatim declaravi, et jam etiam ad communem omnium qui uti volunt et possunt utilitatem Græce primus edo. Quæ sane tribus præcipue de causis debet omnibus antiquioribus et solidioris et sincerioris philosophiæ studiosis esse commendatissima. Primum enim non tantum communem logicæ partem universam, quæ est de prædicabilibus, prædicamentis, propositionibus, syllogismis; sed etiam doctrinam definitionis et divisionis, itemque de sophisticis elenchis (ut taceam doctissima prolegomena) ex sententia Aristotelis perspicere et methodice genere orationis optimo explicat, omnesque passim divisiones propositas

synopticeis tabulis uno quasi intuitu conspiciendas exhibet. Deinde vero etiam imperatori, ut diserte in proœmio dicitur et pagina etiam 182 indicatur, nimirum ut ex historiis non dubie colligitur, Joanni Ducæ, Græcorum Nicæno (Orientis enim imperium tum divisum fuerat) imperatori et quidem ipsius jussu ante annos 370 circiter logica epitome confecta fuit. Quod enim aliqui auctorem hujus epitomes Michaeli Psello coetaneum faciunt, quem anno Christi 1057 honorasse constat, quomodo ipsa epitome logica ab annis 530 scripta fuisset, cum historiis ego conciliare non possum, quæ auctorem ipsius in tempore Joannis Ducæ collocant, qui circa annum Christi 1230 rerum Græcarum potitus est. Ac denique auctorem hanc epitome logicæ Nicephorum Blemmidem, virum et doctissimum et religiosissimum, cujus apud historicos sui temporis honestissima passim fit mentio. Hic enim cum sub Joanne Duca de consensu Græcæ et Latine Ecclesiæ ageretur, multa e sacris litteris testimonia collegit, quæ Latinorum dogma confirmarunt. Hic Germano patriarcha extincto Nicææ, quo post captam Constantinopolim a Latinis sedes illa aliquandiu translata fuit, propter singularem doctrinam et pietatem successor denominatus est; quamquam vitæ quietioris amore munus oblatum recusavit. Hic Marcesinam pellicem, cujus consuetudine imperator Ducas usus est, posthabita uxore Alemanna, Manfredi Siciliæ regis sorore, Anna, quam, priore conjuge Irene Theodosii Lascaris filia defuncta, duxerat, templo a se exstructo ingressuram exclusit. Nefas enim judicabat nefariam et impudicam mulierem profanis et consceleratis pedibus sacrum pavimentum calcare cum prius eam tam lingua quam calamo redarguisset sæpius; qui etiam nihil de hoc ab imperatore sibi metuit, quem pellex prætextu læsæ majestatis imperatoricæ ad vindictam contra ipsum incitaverat, frustra tamen: quod ipse imperator tandem peccatum suum agnoscens et confitens in hominem justum et bene de se meritum salva conscientia nihil moliri mali neque posset neque vellet. His nimirum de causis Nicephori Blemmidæ ista logica Epitome charior et commendatior nobis esse debet, ut et alia ejus scripta quæ adhuc in bibliothecis Italiæ præsertim, asservantur; ex quibus ego etiam physicam illius Epitomen triginta et unius gravissimorum capitum in manibus habeo et interpreto.

Tibi autem, nobilissime et acceptissime vir, domine plurimum honorande, logicam hanc illius Epitomen inscribo, propterea quod etiam de libris ejusmodi philosophicis et laboribus scholasticis rectius judicare potes; ut qui jam a multis annis in nostra republica non tantum senator sed etiam scholarcha fueris. Accedit huc, quod cum ab aliis, tum in primis a domino meo socero tuus erga litteras et litterarum cultores singularis amor mihi sæpius commendatus fuit. Ac cum non ita pridem in ecclesiæ evangelicæ curatorum, collegiique nostri administratorum ordinem omnium approbatione electus fueris: hac mea nuncupatione non tantum de munere gravissimo oblato, pie gratulari, sed in primis etiam meam obedientiam et subjectionem testari volui. Tanta etiam tua amplitudo est, ut adversus obrectatores, si qui erunt, librum hunc satis tueri possit. Eum igitur ut in meliorem partem benevole accipiat, et me sibi commendatum habere dignetur, majorem in modum rogo.

Datum in collegio, Augustæ Vindelicorum, 25 Decembris, quo die Filius Dei ante annos 1604 propter nos et nostram salutem homo natus est, qui propter hanc ipsam suam nativitatem Amplitudini Tuæ, totique ejus familiæ annum novum felicem esse clementer concedat. Amen.

*Amplitud. Tuæ observantiss. M. Jo. WEGELINUS, Augustanus.*

---

## LECTORI BENEVOLO SALUTEM.

---

Usus sum, amice lector, quatuor manuscriptis codicibus bibliothecæ Augustanæ in hac logica Nicephori Blemmidæ Epitome describenda et conferenda. Proinde eam ex mutua collatione perfectiorem edo, quam in nullo est singulorum illorum. Subinde enim unus alteri succurrit, vel omissa restituendo, vel perperam scripta corrigendo. Quæ autem in uno deerant, sed in altero reperiebantur, si quidem ad sententiæ integritatem pertinere visa sunt, simpliciter in contextum assumpsi: quæ vero talia erant, ut vel etiam abesse posse viderentur, uncis quadrati formam representantibus inclusi. Tabulas synopticas quæ in duobus manuscriptis codicibus ad calcem erant omnes simul adjectæ, ego suis capitibus ad quæ pertinebant, seorsum adjunxi; ut in illis quasi uno intuitu præcipuæ divisiones in singulis capitibus conspicerentur. Sic ergo tecum, amice lector, Epitomen hanc logicam eruditissimam, et, ut spero, non ingratam communico; ex qua quid promittere tibi debeas, eu breviter singulorum capitum, quæ sunt quadraginta, argumenta accipe. Prima duo capita sunt de definitione et divisione; nobilissima profecto capita, et tanto plura facienda quanto minus de illis, de divisione in primis (de definitione enim in Topicis

reperitur, ut argumenta suppeditat), ab Aristotele in loco est pertractatum. Quoad ordinem tamen, rectius, meo iudicio, illa capiti 25 subjungerentur; quod sine definitione et divisione doctrina prædicabilium et prædicamentorum melius tradi et intelligi, quam doctrina de definitione et divisione sine prædicabilium et prædicamentorum cognitione explicari et percipi potest. Ab hinc capitibus quinque proxime sequentibus utilissima quædam quasi prolegomena persequitur. Nam capite 3 de experimentis, artis et scientiæ differentiis, natura et origine; — 4. de sex philosophiæ definitionibus a Pythagora, Platone, Aristotele relictis; — 5. de distinctione *πρωτοίε*; — 6. de septem philosophorum sectis; — 7. de divisione philosophiæ in theoreticam et practicam, deque utriusque subdivisione, et singularum partium objecto, fine, ordine, erudite et scite auctor disserit. — Cap. 8, de synonymis, heteronymis, diversis, homonymis, polyonymis, paronymis (male enim Græca vocabula retinere, quam Latina duriora usurpare) agit; quæ singula definit, et a se invicem distinguit, ut haud immerito trium definitionum illarum, quæ in principio libri Categoriarum traduntur, commentarius hoc caput dici possit. — Cap. 9, de quinque vocibus (quas alias prædicabilia appellant) in genere disputat, quarum numerum quinarium erudita divisione investigat, et prædicationis diversitatem indicat. — Cap. 10, de genere et de specie seorsum tractat, utriusque diversa primum significata, dein definitiones et divisiones, ac denique cum relata sint (genus enim speciei genus, et species generis est species) *ἑξέστω*, hoc est habitudinis, seu relationis differentias exponens. — Cap. 11, rursum de genere et specie et insuper de individuo disserit, ubi genera et species diverso respectu ante multa, in multis, et post multa dici ostendit; dein entis divisionem proponit, quatuor instituto suo accommodat et varia individui significata enumerat. — Cap. 12, differentiam aggreditur, quæ quoniam duplex est, essentialis et accidentalis, definitiones et divisiones, aliisque quædam adjacentia subjungit. — Cap. 13, proprii quatuor modos et totidem significata communis recenset, ac imprimis quartum proprii modum declarat. — Cap. 14, de decem categoriis seu prædicamentis explicat, quomodo illa philosophi invenerint, et a se invicem distinxerint; quorum etiam singula partim definitionibus, partim exemplis declarat; imprimis autem fusius tria illa postrema, ubi, quando, et situm esse; ut accusandus non sit, quod in speciali explicatione de illis postea nihil tradat amplius. — Cap. 15, adhuc de prædicamentis agit, et in primis divisionem illam antepædicamentalem de eorum quæ vel in subjecto sunt, et de subjecto dicuntur, vel alterutrum duntaxat vel neutrum sunt, differentiis explicat; et ex entis divisione prædicamentorum originem et ordinem rimatur; quod quidem etiam in decem prædicamenta, non ut genus in species, sed ut vocabulum ab uno vel ad unum dividi ostendit, et insuper a prædicabilibus prædicamenta distinguit. — Cap. 16, de iis quæ prædicantur agit; prædicationum aliquot divisiones enucleans et regulam antepædicamentalem priorem explicans, et undecim modos eorum quæ sunt in aliquo commemorans, quos ad prædicamentum ubi reducit. — Cap. 17, unius et ejusdem et diversi modos enumerat, et regulam posteriorem antepædicamentalem explicat, simulque (quod imprimis in theologia ad articulum de hypostatica duarum naturarum in Christo unione rectius intelligendum haud perum emolumenti habet) de hypostaseos, enypostati, anypostati significationibus determinat. — Cap. 18, substantiæ divisionem per intermedia genera et species ad individua usque substantialia persequitur, tandemque docet, rectius genera et species quam individua substantiæ propriissime et primo et maxime substantias appellari. — Cap. 19, substantiæ consecutaria, quæ vulgo propria appellantur enumerat et evolvit, ubi multa passim philosophicæ eruditionis plena interserit. — Cap. 20, qualitatis divisiones et subdivisiones persequitur et quia aliqui motum etiam quantitatem esse putarunt, opinionem hanc rejicit, et species motus divisiora methodo investigat. — Cap. 21, de qualitate agit, quam in quatuor genera dividit, et singula per definitionem et divisionem explicat; qualia item quot modis accipiantur determinans. — Cap. 22, relatorum duplicem definitionem, divisiones varias et consecutaria proponit. — Cap. 23, tria prædicamenta agere, pati et habere definit, dividit et per adjacentia explicat. — Cap. 24, cum jam supra capite decimo quarto de tribus prædicamentis, quando, ubi et situm esse egerit, ad opposita accedit, quorum numerum quaternarium per divisionem investigat, et singulas species, in primis contraria, privantia, et contradicentia fuso explicat, habitus et privationis homonymiam utiliter inter alia evolvens. — Cap. 25, cum jam de modis prioris et simul capite decimo octavo, et de motus speciebus capite vicesimo primo et de significatis habendi capite vicesimo quarto explicaverit, ad nomen et verbum, quæ sunt integrales enuntiationis partes, accedit; utriusque definitionem ex Aristotele proponit et explicat, differentias et divisiones explanat; et alia in primis de duplici verborum, ut et substantivi verbi *est, erat, erit*, significatione; de veritate item et falsitate orationis, venuste et erudite disputat. — Cap. 26, orationem definit, et in quinque species, vocativam, imperativam, interrogativam, optativam et enuntiativam dividit; et singularum specierum originem ab animæ potentiis philosophice rimatur; mox enuntiationem in affirmationem et negationem dividit, ex quibus oppositio efficitur, quam itidem definit et duobus modis fieri ostendit; donec alia nova divisione propositiones dividat in eas quæ solo subjecto et prædicato, et in eas quæ etiam tertio prædicato, et in eas quæ insuper modo constant; et denique de una et multiplici propositione aliisque ad propositionem pertinentibus disserit. — Cap. 27, de tribus materiis propositionum, necessaria, impossibili et contingente explicat, quas primum a modis propositionum discernit et deinde contingentem materiam in *ἐξέστω*, id est, eorum quæ evenerunt, et eorum quæ adhuc futura sunt, hoc est, proprie contingentem dividit; hinc ad propositiones et in-

definitas accedit, mox signa enumerat, definit, dividit: ad hæc definitas in universales et particulares subdividit; atque inde contrarias, subcontrarias, contradictorias, subalternas propositiones determinat, et quomodo quoad verum et falsum in omni materia se habeant, indicat: donec tandem propositionum modos, necessarium, impossibile et contingens dividit. — Cap. 29, indefinitas propositiones describit, et affirmativas particularibus, negativas modo particularibus, modo universalibus (idque sæpius) æquipollere ostendit; sed et definitas, indefinitas et singulares propositiones quomodo in oppositione respectu veri et falsi se habeant, declarat; interim etiam de vi et usu articuli Græcorum quædam obiter injiciens. — Cap. 30, de affirmatione et negatione agit, in specie ostendens quomodo in omni generis propositionibus negatio facienda sit; quid item sit affirmatio ex transpositione, et cur ita dicta sit, et quomodo fiat; quatenus insuper nomina et verba, particula negandi et signa in propositionibus transposita idem significant; quibus omnibus regulam subjicit, qua consequentes propositiones efficiantur. — Cap. 31, definitio syllogismi, mox divisio in simplicem et compositum, utriusque item majores et minores propositiones, itemque termini et eorundem affectio; hinc principia canonica, in toto esse, et dici de omni, etc., et regulæ generales de puris particularibus et negativis nil concludentibus; de consecutione item conclusionis ad deteriorem partem proponuntur et explicantur: quibus omnibus tandem doctrina, de conversione propositionum, contingente, simplici, per contrapositionem, exemplis illustrata subjicitur. — Cap. 32, docetur, quomodo mediæ termini variata dispositio tres figuras syllogisticas eliciat et quot singulæ modos, quæ item cum aliis communia et sibi propria habeant adjacentia; et quo ordine quaque ex causa sic numerentur. — Cap. 33, primæ figuræ modos quatuor syllogisticos exemplis declarat et unius assyllogisti inconsequentia cæterorum etiam vitiositatem ostendit. — Cap. 34, secundæ et tertię figuræ modos syllogisticos exemplis illustrat, et uno alteroque assyllogisto docet, quid etiam de cæteris judicandum sit. — Cap. 35, syllogismos dividit in perfectos et imperfectos, docetque quomodo secundæ et tertię figuræ syllogismi ut imperfecti ad primæ figuræ modos, ut perfectos reduci, vel etiam abductione ad impossibile confirmari possint. — Cap. 36, syllogismorum hypotheticorum partes et species persequitur. — Cap. 37, sex sophismata in dictione. — Cap. 38, septem extra dictionem declarat. — Cap. 39, elenchum definit et explicat, ostendens insuper quomodo ad elenchi ignitionem omnes paralogismi reduci queant. — Cap. 40, de propositionibus privativis et transpositis erudita quædam annotat, ac denique cum syllogismorum categoricorum et hypotheticorum tum sophisticorum elenchorum numerum colligit.

Habes, amice lector, capitum singulorum argumenta, quæ accurate et perspicue et sufficienter in ipso libro explicantur. Quod si meam operam tibi gratam fore intellexero, alias etiam versionem meam Latinam recognitam tecum communicabo. Bene vale et fave.

## JOANNIS WEGELINI AUGUSTANI

### EPISTOLA NUNCUPATORIA

*Textui Latino Logicæ, anno 1607, Augustæ Vindel. edito præfixa.*

Nobilissimis et amplissimis viris Marco Velsero et Joanni Jacobo Remboldo, Aug. Vindel. Duviviribus præfect. septemvirumque collegio. Dominis pl. observandis. S. P. D.

Nicephori Blemmidæ, qui plura cum in theologia tum in philosophia scripsit ante annos circiter trecentos septuaginta septem, Epitomen logicam et physicam, Græce e manuscriptis inter se collatis quatuor codicibus bibliothecæ vestræ publicæ, nobilissimi et amplissimi viri, domini plurimum observandi, primus ego anno post Christum natum supra millesimum sexcentesimo quinto typis hic excudendam curavi, et in publicum emisi. Anno sequente primo Physicam a me Latine versam et brevi analysi singulorum capitum in membra membrorumque argumentis, allegationibus item marginalibus et notis alicubi auctam et illustratam edidi. Hanc etiam Logicam profero eadem qua antea Physicam opera studioque meo. Nam et eam ex Græco sermone in Latinum transtuli, et singula capita in membra resolvi, eademque succinctis argumentis comprehendere et Aristotelis, interpretum ejus, itemque aliorum philosophorum probatorum et meorum in Gregorium Aneponymum scholiorum notationibus in marginem rejectis, passim locupletavi. Commentarium etiam luculentiorum, quem jam confectum habeo, addidissem, nisi jam antea in hac materia aliquid foras dedissem. et operæ typographicæ partim mihi sumptus facienti, partim emptori plaris constituræ fuissent, et per se etiam ipsa hæc Logica sic facilis et perspicua foret, ut ab iis qui aliquanto diligentius in Logicorum scholis versati sunt, citra longiorem



commentarium, inquisitis saltem locis quæ allegata sunt, ubi occurrere videbitur difficultas, intelligi posset. Quam crudite autem et ad mentem Aristotelis accommodate scripta sit, nolo hic prolixius dicere; cum, ut est in communi verbo, vino vendibili suspensa hedera nihil sit opus. Ipsi lectori iudicium relinquo. Hoc tamen silentio præterire non possum, quanti nimirum hanc Logicam ipsi Græci fecerint, ex eo facile colligi posse, quod non tantum in bibliotheca A. V. quater in diversis iisque vetustis codicibus, sed etiam (ut ex catalogis deprehendo) in Vaticana bis ad minimum, in Viennensi ter vel quater, in Palatina bis, in Monacensi toties manuscripta reperitur. Nec dubium est, quin etiam alibi sæpius habeatur, cum Gesnerus in edita *Bibliotheca* scribat, illam in multis Italiae bibliothecis manuscriptam Græce exstare. Sed nisi Græci ipsi eam magui fecissent, in tot profecto exemplaria tanto labore non descripsissent. Hac itaque ego etiam de causa operæ pretium me facturam putavi, si non tantum eam e manuscriptis codicibus emerem, et ex mutua collatione perficerem, sed Latinitate insuper donarem et sic ut jam prodit, meo qualicumque labore concinnatam publicarem. Quod autem eam nobilissimi et amplissimi viri, domini plurimum observandi, A. V. inscribo et dedico, causis meo iudicio satis justis et gravibus adductus facio. Primum enim cum ex A. V. manuscriptis codicibus illam describerem, et deinde Latino verterim sique ad prelum adornarim; quod absque illis fuisset, facere mihi, non licuisset, decere omnino iudicavi, ut unde in Græca lingua habere ipsam contigit, eodem, hoc est, ad A. V. jure quasi postliminii reverteretur. Cumque etiam ad alia quædam opuscula quæ antehac publicavi et ad reliqua etiam mea studia hæcenus per plures annos bibliotheca A. V. cum a manuscriptis, tum ab impressis libris instructissima, clementer mihi patuerit: pro eo etiam hac mea dedicatione gratitudinis aliquod signum dare volui. Ac denique cum A. V. non tantum bonas litteras, artes et scientias intelligat, sed etiam amet, ornent et provehat; cui rei satis est indicio, quod cum bibliothecam illam publicam a majoribus collectam, quotannis adhuc magna librorum novorum accessione amplificat, tum scholam ei adjunctam, cujus ego quoque per plures annos discipulus olim fui, clementer adhuc fovet et sustentat; confido etiam hanc Epitomen artis logicæ qua nulla magis ad omnes alias artes, scientias et facultates utiliter et docendas et discendas est necessaria, A. V. non esse plane displicituram. Parum sene per se, fateor, A. V. humilitas hujus logicæ respondet. Sed eam, ut opinor, aliquantulum sublevare et attollere poterit Joannis Ducæ Græcorum imperatoris majestas, cujus mandato ab auctore Rheimide primum conscripta fuit. Eam igitur ut A. V. clementer suscipiat et me porro etiam sibi commendatum habere dignetur, majorem in modum submitte rogo: quam quidem ego a divina clementia rei publicæ ornandæ et tuendæ salvam et incolumem esse precor.

Augustæ Vindelicorum e museo, 16 Augusti, anno Domini 1607.

A. V. observantissimus M. Jo. WEGELINUS Augustanus.

## ΕΠΙΤΟΜΗΣ ΛΟΓΙΚΗΣ

ΤΑ ΚΕΦΑΛΑΙΑ

### EPITOMES LOGICÆ CAPITULA.

- |   |  |
|---|--|
| α'. Περὶ ὄρου.  | Α 1. De definitione.   |
| β'. Περὶ διαίρεσεως.  | 2. De divisione.   |
| γ'. Περὶ πείρας, ἐμπειρίας, τέχνης καὶ ἐπιστήμης· ἐν ᾧ περὶ τῶν δυνάμεων τῆς ψυχῆς. | 3. De experimento, experientia, arte et scientia; in quo etiam de animæ potentis agitur.                   |
| δ'. Τίνας εἰσὶν οἱ τῆς φιλοσοφίας ὀρισμοί.  | 4. Quæ sint philosophiæ definitiones.  |
| ε'. Περὶ ἕπινοίας.  | 5. De conceptu mentis, seu notione.  |
| ς'. Περὶ αἰρέσεως· τίς ἔστι κατὰ τὴν φιλοσοφίαν αἴρεσις.                            | 6. De secta: quæ sit in philosophia secta.   |
| ζ'. Τίς ἔστι τῆς φιλοσοφίας διαίρεσις.  | 7. Quæ sit philosophiæ divisio.  |
| η'. Περὶ συνωνύμων, ἑτερωνύμων, ἑτέρων, ὁμιωνύμων τε καὶ πολυωνύμων καὶ παρωνύμων.  | 8. De univocis, diversivocis, diversis, æquivocis item et multivocis, et denominativis (ut hæc appellant). |
| θ'. Περὶ τῶν πέντε φωνῶν.   | 9. De quinque vocibus.   |
| ι'. Περὶ γένους καὶ εἴδους, ἐν ᾧ καὶ περὶ σχέσεως.                                  | 10. De genere et specie, in quo etiam de schesi, hoc est, habitudine seu relatione.                        |

11. *De generibus et speciebus, in quo etiam de indi-* A  
*viduis.* α'. Περὶ γενῶν καὶ εἰδῶν ἐν ᾧ καὶ περὶ ἀτό-  
μων.  
12. *De differentia et accidente.* β'. Περὶ διαφορᾶς, καὶ συμβεβηχότους.  
13. *De proprio, in quo etiam de communi.* γ'. Περὶ ἰδίου, ἐν ᾧ καὶ περὶ κοινοῦ.  
14. *De prædicamentis (ut vocant).* δ'. Περὶ κατηγοριῶν.  
15. *Amplius de prædicamentis.* ε'. Ἐπι περὶ κατηγοριῶν.  
16. *De iis quæ prædicantur, ubi etiam de eo quod*  
*est in aliquo.* ς'. Περὶ τῶν κατηγορουμένων, ἐν ᾧ καὶ περὶ τοῦ ἐν  
τινί.  
17. *De uno, eodem et diverso, in quo etiam de hypo-*  
*stusi agitur.* ζ'. Περὶ ἑνός, ταυτοῦ, καὶ ἑτέρου· ἐν ᾧ καὶ περὶ  
ὑποστάσεως.  
18. *De priore et de simul.* η'. Περὶ προτέρου καὶ ὑστέρου καὶ περὶ τοῦ  
ἅμα.  
19. *De substantia.* θ'. Περὶ οὐσίας.  
20. *Adhuc de substantia.* κ'. Ἐπι περὶ οὐσίας.  
21. *De quanto, in quo etiam de motu.* κα'. Περὶ ποσοῦ· ἐν ᾧ καὶ περὶ κινήσεως.  
22. *De quali et qualitate.* κβ'. Περὶ ποιῶ καὶ ποιότητος.  
23. *De iis quæ sunt ul aliquid.* κγ'. Περὶ τῶν πρὸς τι.  
24. *De agere et pati et habere.* κδ'. Περὶ τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν καὶ ἔχειν.  
25. *De oppositis.* κε'. Περὶ τῶν ἀντικειμένων.  
26. *De nomine et verbo.* B κς'. Περὶ ὀνόματος καὶ ῥήματος.  
27. *De oratione et propositionibus.* κζ'. Περὶ λόγου καὶ προτάσεων.  
28. *De materiis quæ in propositionibus considerantur,*  
*et de restrictionibus.* κη'. Περὶ τῶν ἐν ταῖς προτάσεσι θεωρουμένων ὅλων,  
καὶ περὶ προσδιορισμῶν.  
29. *De non restrictis propositionibus.* κθ'. Περὶ ἀπροσδιωριστῶν προτάσεων.  
30. *De affirmatione et negatione.* λ'. Περὶ καταθέσεως καὶ ἀποφάσεως.  
31. *De syllogismo et conversione.* λα'. Περὶ συλλογισμοῦ καὶ ἀντιστροφῆς.  
32. *De tribus figuris.* λβ'. Περὶ τῶν τριῶν σχημάτων.  
33. *De prima figura.* λγ'. Περὶ τοῦ πρώτου σχήματος.  
34. *De secunda et tertia figura.* λδ'. Περὶ τοῦ δευτέρου σχήματος καὶ τρίτου.  
35. *De secundæ et tertiæ figuræ reductione ad pri-*  
*am figuram, et de abductione ad impossibile.* λε'. Περὶ τῆς τοῦ δευτέρου καὶ τρίτου σχήματος  
ἀναγωγῆς εἰς τὸ πρῶτον σχῆμα, καὶ περὶ τῆς εἰς  
ἀδύνατον ἀπαγωγῆς.  
36. *De syllogismis hypotheticis.* λς'. Περὶ τῶν ὑποθετικῶν συλλογισμῶν.  
37. *De sophismatibus seu captivibus in dictione.* λζ'. Περὶ τῶν παρὰ τὴν λέξιν σοφισμάτων.  
38. *De sophismatibus extra dictionem.* λη'. Περὶ τῶν ἐκτὸς τῆς λέξεως σοφισμάτων.  
39. *De elencho seu reprehensione, et quod omnes pa-*  
*ralogismi seu vitiosæ ratiocinationes ad ignora-*  
*tionem elenchi reducuntur.* λθ'. Περὶ ἐλέγχου, καὶ ὅτι πάντες οἱ παραλο-  
γισμοὶ εἰς τὴν τοῦ ἐλέγχου ἄγνοιαν ἀνά-  
γονται.  
40. *De propositionibus et syllogismis.* μ'. Περὶ προτάσεων καὶ συλλογισμῶν.

## NICEPHORI BLEMMIDÆ

## EPITOMES LOGICÆ PROŒMIUM.

## SYNOPSIS.

1. *Causam impulsivam ab utilitate sumptam indicat auctor, quare hos Commentarios logicos ediderit, simulque occasionem scriptiōnis explicat, quæ fuit regis postulatum; et item tempus notat quo scripserit, juvenilem nimirum ætatem, cum eleganti ἴδιαι et decore modestiæ. — 2. Collationem regni et philosophiæ partim a fine, partim a forma petitam instituit. — 3. Per consecrarium ostendit regni et philosophiæ conjunctione quam proxime an divinum imaginem perveniri, et hinc etiam ad subditos magnam felicitatem propagari, quod Platonis sententiâ confirmat. — Cum præcisione per expolitionem confirmat, scienter regere summam esse practicæ philosophiæ perfectionem, et regem qui cum in practica, tum theoretica et logica philosophiâ fuerit versatus, quasi Deum quendam alterum in terra deprehensum iri. — 4. Thesin ad hypothesein transfert, et quod generatim dixit, ad imperatorem suum applicat cum ejusdem commendatione. — 5. Causam instituti scriptiōnis repetit. — 6. Veniam petit siquid vel in ordine transposuerit, vel in ipsorum præceptorum perfectione minus assecutus fuerit.*

## PROŒMIUM.

¶ 1. Quandoquidem logica scientia ad sacras Literas et universas veritatis rationes non exiguum affert emolumentum: convenire judicavimus, ut rationis discipulis, qui rerum veritali initiali essent, exiguos aliquos hac logica commentarios nostros relinquere, quos ad regis postulatum ju-

## C

## ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

α'. Ἐπειδὴ ἴσως ἡ λογικὴ ἐπιστήμη πρὸς τὴν ἱερὰν Γραφήν καὶ πάντα τοὺς τῆς ἀληθείας λόγους οὐκ ὀλίγον φέρει τὸ χρήσιμον· δεόν ἐκρίναμεν τοῖς τοῦ λόγου φοιτηταῖς τοῦ ὄντος καὶ τῆς ἀληθείας μύσταις μικροῦς τινὰς ἐν ταύτῃ τῇ λογικῇ λιπεῖν ἡμετέρους ὑπομνηματισμοῦς, οὕς αἰτησαμένῳ βασιλεῖ,

νέοι ἔτι ὄντες καὶ πρὸς φιλοσοφίαν εἰσαγωγικοὶ καὶ ἀνεπιστήμονες (ὅσοι καὶ εἰς τὸ ἐξῆς ἐκ τῆς συντρέφου ῥηθιμίας καὶ ῥυπαρίας διαμείναντες) ἐκδεδιώκαμεν, οὕτω προοιμισσάμενοι.

β. Βασιλείας καὶ φιλοσοφίας πολλὴ τὸ συγγενές τε καὶ ὁμοιότροπον. Καὶ ἄμω γὰρ τὸ μεγαλείον τῆς θεαρχίας ἐξεικονίζουσι, καὶ τὸν ἴσον πρατίθενται σκοπὸν ἔαυταῖς· ἢ μὲν τῶν ἀξίων ὑπερέχουσα, καὶ ταῖς ἀρχαῖς ἐπιτάττουσα· ἢ δὲ τῶν τεχνῶν ἐξίργουσα καὶ τῶν ἐπιστημῶν, καὶ νομοθετοῦσα ταύταις ἀπάταις, καὶ καλουμένη διὰ ταῦτα τέχνη τεχνῶν καὶ ἐπιστήμη ἐπιστημῶν· ὡσπερ ἡ βασιλεία τῶν ἀξίων ἀξία καὶ ὑπεροχὴ τῶν ὑπεροχῶν.

γ. Βασιλείας οὖν καὶ φιλοσοφίας συνελθουσῶν τέλειον τὸ κατ' εἰκόνα θεῶν χαρακτηρίζεται καὶ ἀνευδές, ὡς ἐξὸν ἀνθρώπῳ, τὸ ἀρχικὸν ἀποδεικνύεται. κἀντεῦθεν εὐζωία καὶ εὐπραγία τοῖς ἀρχομένοις πολλή· καθὼς παυ καὶ τις μέγας φιλόσοφος ἐγνωμάτευσεν ἄριστα, τότε τοὺς ὑπερέχουσας εἶ ἔχειν ἀποφηνάμενος, ὅτε βασιλεύει φιλόσοφος, ἢ φιλοσοφεῖ βασιλεύς.

δ. Καὶ ἴν' εἴπω συντόμως τὸ πᾶν, οὐκ ἄλλο τι ἔστι τὸ βασιλεύειν ἐπιστημονικῶς ἢ τῆς πρακτικῆς φιλοσοφίας αὐτὴ τὸ ἀκρότατον. ἴν' αὐτῷ γὰρ ἅπαν τὸ νομοθετικὸν τε καὶ δικαστικόν. Εἰ δὲ τοῦτο, μετὰ τοῦ θεωρητικοῦ τε καὶ λογικοῦ καὶ ἐν πράγματι καὶ λόγῳ βασιλικῶς ἐπιστατῆται ὁ βασιλεύς· καὶ τὸ προνοητικὸν καὶ διακυβερνητικὸν καὶ ὅλως τὸ παιδευτικὸν ἐνδείξεται πανταχοῦ, καὶ θεός τις ἄλλος ἐπὶ γῆς εὐρεθήσεται, μετὰ τῆς τῶν ὄντων γνώσεως ἀκωλύτως τῶν καταδεστέρον ἐπιμελούμενος.

ε. Ταῦτ' οὖν ὁ ἐμὸς αὐτοκράτωρ εἰδώς, ὅτι πολλὴν περὶ φιλοσοφίαν εἰσάγει σπουδὴν, ταῖς φυσικοῖς πλεονεκτημασι τὴν περὶ τὰ κάλλιστα μελέτην ἐπισυνάπτων, ἐξ ὧν ὁμοῦ πέφυκεν ἐντελῶς κατορθώσθαι πᾶν ἔργον τίμιον.

ς. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡμᾶς τοὺς μικροὺς μικρὰν τινα καὶ πρόχειρον αὐτῷ συνεισενεγκᾶν τοῦ σπουδαίουτος ἐκέλευσεν ἀφορμὴν, ἀποπληροῦντες τὴν κέλευσιν τοὺς ὑποτεταγμένους εἰσαγωγοὺς ἐν φιλοσοφίᾳ κατ' ἐπιτομὴν συνετάξαμεν ὀλίγους ὑπομνηματισμοὺς.

ζ. Ὅθεν εἴ τις τῶν ἐπιστημῶν τὸ παρὸν ἐπέρχοιτο συνταγματικῶν μὴ πρὸς τὸ τῆς ὑπομνηματιστικῆς ἀμεθόδευτον καὶ τὸ τῶν ἐπιστημῶν ἀκατευστόχτητον ἀφορῶν ὀργιζέσθω. καὶ γὰρ ὁ δέδοται, τοῦτο καὶ εἴρηται καὶ ὡς δέδοται. Ὁ δὲ ἢ σύνουτος ἀμέλεια καὶ ἢ ἀκαθαρσία φθάσαι κωλύσασιν ἡμᾶς, ἐκ τῆς πλουτοδοτικῆς φιλοσοφίας εἰσφρέτω παρ' ἑαυτοῦ ὁ ἡξιωμένος λαβεῖν, τῆς τε ἀνεπιστημοσύνης συγγινωσκέτω ἡμῖν.

venili ætate, cum adhuc ad philosophiam introducemur et ignari essemus (quales etiam deinceps ex solita remissione et squalore permansimus) sic præfati edidimus.

2. Regni et philosophiæ multa est cognatio et convenientia. Ambo enim divini imperii maiestatem quasi in effigie repræsentant, et parem sibi scopum proponunt; cum illud quidem dignitatibus antecedit et potestatibus imperet; hæc autem artibus et scientiis cum imperio præsit, hisque omnibus leges præscribat; ac ob id ars artium et scientia scientiarum vocetur; et quemadmodum regnum dignitas dignitatum et eminentiarum eminentia.

3. Quando proinde regnum et philosophia coeunt, tum imaginis divinæ perfectio exprimitur, omnisque indigentia expers, quantum et quatenus homini contingere potest, imperium demonstratur, atque hinc etiam ad subditos beatitudo vitæ et rerum regendarum prosperitas derivatur. Quemadmodum etiam alicubi magnus quidam philosophus optime censuit, qui pronuntiavit, tunc bene cum subditis actum iri, cum regit philosophus aut rex philosophatur.

4. Atque, ut breviter rem omnem dicam, scienter regere nihil est aliud quam activæ philosophiæ summum fastigium. In ipsa enim omnis legum ferendarum et iudiciorum ratio consistit. Quod cum ita sit, comparata insuper et contemplativa et rationalis philosophiæ cognitione, rex ut rege dignum est et agendo et decernendo præerit et providentiam ac gubernandi dexteritatem et per omnia conditionem ubique ostendet, et alter quidam in terra deus deprehendetur, ut qui cum entium cognitione citra impedimentum etiam inferiorum rerum curam suscipiat.

5. Hæc igitur cum sciret imperator meus, maxima ad philosophiam incumbit diligentia, et cum excellentibus naturæ notitiis optimorum studiorum exercitationem conjungit, quibus simul junctis omne honestum opus et negotium perfectum et cum laude administrari consuevit.

6. Quoniam autem etiam nos tenuitate nostra exiguum aliquod et facile sibi jussit afferre opusculi subsidium; ut mandato ejus pareremus, subjectas in philosophiam compendiaras introductiones, exiguos commentarios, composuimus.

7. Quare si quis doctorum in præsens incidet opusculum, ne ad commentationis indispositionem et præceptorum minus accuratam solertemque dexteritatem respiciens irascatur. Quod enim datum est, id etiam dictum est, et ut datum est. Quod autem negligentia nobis familiaris et inexpurgati animi crassities ussequi prohibuerunt, ex liberalissimo philosophiæ penu ultro huc, qui cupit auferre, afferat, et nostræ ignorantie veniam impertiat.

## SYNOPSIS CAPITIS PRIMI.

## QUOD EST DE DEFINITIONE.

1. Homonymia vocabuli Græci ὄρος et significatorum enumeratio. — 2. Quo significato hic accipiatur. — 3. Definitio definitionis cum explicatione ejusdem logica. — 4. Quare definitio oratio definiatur. — 5. Quare concisa. — 6. Quare adiciatur, naturam subjectæ rei declarans. — 7. Virtus definitionis, quod cum definito convertatur; quæ etiam exemplo definitionis hominis declaratur, quam Græci veteres adhuc gentiles usurparunt; quæ ex eorum sententia per singulas particulas explicatur. — 8. Vitium definitionis, quando non convertitur cum definito, quod fit duabus ex causis; vel ex additione vel subtractione dictionum, quarum illa defectum, hæc excessum rerum causatur. — 9. Occupatio, qua docet quæ additio definitionis conversionem impediatur et quod propriorum ac inseparabilium accidentium additio definitionis conversionem non destruat, sed tantum brevitatem vitiet, et quod hæc de causa in definitiones tantum descriptivas assumantur. — 10. Proprie dicta et definitio descriptiva quod differant. — 11. Definitio descriptiva cur ita dicta. — 12. Usus descriptionis. — 13. Definitionis descriptivæ usus. — 14. Definitionem descriptivam non eodem semper modo fieri. — 15. Inscitiæ esse, cum suppetunt differentie essentielles, usurpare accidentales, et describere quod potuerit defini, nisi imperfectorum ratio sit habenda. — 16. Definitiones etiam sunt ex materia forma. — 17. Sumi item ex subjecto et fine. — 18. Sumi denique ex subjecto solo, et ex fine solo, cum alterum sufficit, plerumque tamen cum genere. — 19. In hujusmodi etiam definitionibus (quæ alias causales dicuntur) reperiri quæ generibus et differentiis constituentibus sint analogæ, sive proportionem respondent. — 20. Cur ὁρισμοὶ quos Latine definitiones reddimus, ita Græcis dicti. — 21. Alia ratio cur et ὁρισμοὶ et ὄροι, id est definitiones et fines ita Græcis dicti. — 22. Ὑπογραφή, quæ Latinitis est descriptio cur Græcis ita dicta, ubi etiam ἀναλογία definitionis, descriptionis et descriptivæ definitionis enucleatur. — 23. Annotatio de proprio quod in definitionibus et descriptionibus differentie rationem habent, sine essentialis sive adventitiæ, prout nimirum fuerit proprium.

## 5-6 CAPUT I.

## De definitione.

1. Quod Græcis ὄρος est, dicitur quidem etiam limes. Sed et cum principium, tum ipse finis rei dicitur. Sic enim universum quod extremitates habet, ὁρισμένον, id est terminatum vocatur, quatenus extremitates habet. Quoad hoc significatum etiam Aristoteles ὄρον, id est terminum vocavit, in quem propositio resolvitur. Veluti sit propositio: Rex philosophatur: ὄροι, id est termini 7 hujus propositionis sunt, τὸ rex et τὸ philosophatur. In hæc enim, ut in ultimas extremitates propositio resolvitur, nec fieri potest ut resolutio ulterius procedat. Quemadmodum enim hæc compositionis in propositione principia, sic et resolutionis lines sunt. Et vero cum principium tum finis, πέρατα, id est extremitates dicuntur. In quod enim aliquid evadit et desinit, extremitas est. Unde illis quidem qui a principio ad finem eunt, finis; qui a fine ad principium, principium extremitas deprehenditur. Sed et ambæ extremitates quod secundum eas res terminata sit, termini denominantur. Dicitur ὄρος etiam status rhetoricus et caput, quod eodem cum statu venit nomine, et dogmatum seu sententiarum comprehensio; et omnis in summam contracta oculisque subjecta oratio, ὄρος, vocatur. Sed et adhibetur etiam ὄρος et ὁρισμὸν pro securitate et cautione cum indicem rei obnoxiam et oppignoratæ damus.

2. Insuper autem præter hæc dicitur ὄρος et ὁρίζεσθαι id quod Latinis est finis et finitio seu definitio, nimirum ex genere et constituentibus differentiis aut talibus quæ his analogæ sunt 8 conflata oratio, et quæ rei substantiam paucis significat: de qua nunc dicere nobis est propositum. Nam et nomen quidem etiam rei substantiam, sed obscure, definitio autem, aperte significat, quam etiam sic explicant.

3. Definitio est oratio concisa, naturam rei subjectæ declarans; τὸ oratio proin ut genus assumpr-

## A

## ΚΕΦΑΛΑ Δ'.

## Περὶ ὄρου.

α' Ὅρος λέγεται μὲν καὶ τὸ ὁροθέσιον λέγεται δὲ καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ πράγματος καὶ τὸ τέλος αὐτό. Οὕτω γὰρ τὸ πᾶν τὸ πεπερασμένον ὁρισμένον καλεῖται, καθὼ πεπεράσται. Κατὰ τοῦτο τὸ σημαίνον καὶ Ἀριστοτέλης ὄρον ἐκάλεσεν, εἰς ὃν ἀναλύεται ἡ πρότασις. Οἷον ἐστὶν πρότασις, βασιλεὺς φιλοσοφεῖ: ὄροι τῆς προτάσεως ταύτης εἰσὶ, τὸ βασιλεὺς, καὶ τὸ φιλοσοφεῖ. Εἰς ταῦτα γὰρ ἀναλύεται ἡ πρότασις, ὡσπερ εἰς τελευταῖα πέρατα, καὶ οὐκ ἔστι δυνατόν περαιτέρω προελθεῖν τὴν ἀνάλυσιν. Ὡσπερ γὰρ ἀρχαὶ ταῦτα τῆς ἐν προτάσει συνθέσεως, οὕτω καὶ τέλη, τογχνεῖ τῆς ἀναλύσεως. Καὶ ἡ ἀρχὴ δὲ καὶ τὸ τέλος πέρατα λέγονται. Πέρας γὰρ ἐστὶ τὸ κατάντημα. Ὅθεν τοῖς μὲν ἐκ τῆς ἀρχῆς πρὸς τὸ τέλος ἰούσι, τὸ τέλος πέρας εὐρίσκεται, τοῖς δ' ἐκ τοῦ τέλους πρὸς τὴν ἀρχὴν ἢ ἀρχή. Καὶ ἄμφο δὲ τὰ πέρατα, διὰ τὸ κατ' αὐτὰ ὁρίσθαι τὸ πᾶν, ὄροι κατονομάζονται. Λέγεται ὄρος καὶ στάσις ῥητορικὴ, καὶ κεφαλαῖον τῆ στάσε: ὁμωνυμῶν, καὶ ὁμογνάτων περιλήψεις. καὶ πᾶς λόγος κεφαλαῖώδης καὶ εὐσύνοπτος ὄρος καλεῖται. Τάττεται δὲ ὄρος καὶ τὸ ὁρίζεσθαι καὶ ἐπὶ ἀσφαλείας καὶ βεβαιώσεως.

## B

β'. Ἐτι δὲ παρὰ ταῦτα λέγεται ὄρος καὶ ὁρισμὸς ὁ ἐκ γένους καὶ συστατικῶν διαφωρῶν, ἢ τῶν ἀναλογουμένων αὐτοῖς συγκείμενος λόγος καὶ σημαίνων οὐσίαν πράγματος ἐν ἄλλῃ: περὶ οὗ νῦν πρόκειται λέγειν ἡμᾶς. Σημαίνει μὲν γὰρ καὶ τὸ ὄνομα πράγματος οὐσίαν, ἀλλὰ σκιωδῶς: ὁ δὲ ὁρισμὸς φανερώς: ὃν καὶ ἀποδείδασιν οὕτως.

γ'. Ὅρος ἐστὶ λόγος σύντομος, δηλωτικὸς τῆς φύσεως τοῦ ὑποκειμένου πράγματος. Τὸ μὲν οὖν λόγος



ὡς γένος εἴληπται· τὸ δὲ σύντομος, καὶ τὸ δηλω-  
τικὸς τῆς φύσεως τοῦ ὑποκειμένου πράγματος, ὡς  
διαφοραὶ συστατικαί.

δ'. Λόγος τοίνυν εἴρηται ὁ ὄρισμός πρὸς ἀντιδια-  
στολήν τοῦ ὀνόματος· ὅτι τὸ μὲν ὄνομα καὶ ὅπω-  
σοῦν σημαίη φύσιν πράγματος καὶ αὐτὸ, ἀλλ' οὐκ  
ἐκ μιᾶς συνέστηκε λέξεως· ὁ δὲ λόγος ἐκ δύο λέξεων  
τὸ ἐλάχιστον.

ε'. σύντομος δὲ, διὰ τὸ τοὺς ἄλλους μακροὺς καὶ  
τοὺς διεξοδικῶς περὶ φύσεως πραγμάτων διαλαμβάν-  
οντας.

ς'. Ἐπεὶ δὲ εἰσι λόγοι σύντομοι καὶ οὐκ εἰσὶν οἱ  
τοιούτοι ὄρισμοί, φύσιν πράγματος μὴ ὁδηλοῦντες,  
οἷα καὶ τὰ ἀποφθέγματα· τὸ, Ἰνώθι σαυτὸν, τὸ, Μη-  
δὲν ἄγαν, καὶ τὰ τοιαῦτα· διὰ τοῦτο προστέθη τὸ δη-  
λωτικὸς τῆς φύσεως τοῦ ὑποκειμένου πράγματος.

ζ'. Ἀρετὴ δὲ τοῦ ὀρισμοῦ ἐστὶ τὸ ἀντιστρέφειν  
πρὸς τὸ ὀριστόν, οἷον ὡς ἐν ὑποδείγματι· τὸν ἄν-  
θρωπον ὀρίζονται ζῶον λογικὸν θνητὸν νοῦ καὶ ἐπι-  
στήμης δεκτικόν. καὶ ζῶον μὲν λέγουσιν αὐτὸν  
χωρίζοντες ἀπὸ τῶν ἀψύχων, καὶ ἀπὸ τῶν φυτῶν  
καὶ τῶν ζωοφόρων. Ἐπεὶ δὲ τὸ ζῶον γένος ἐστὶ τῶν  
λογικῶν τε ζῶων τε καὶ ἀλόγων, διὰ τοῦτο προσπι-  
θέασι καὶ τὸ λογικόν, διαστῶντες τὸν ἄνθρωπον τῶν  
ἀλόγων ζῶων. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοὺς ἀγγέλους ζῶα λέ-  
γουσι λογικά, πρὸς δὲ καὶ τὰ σὺράνια σώματα, ζῶα  
λογικὰ τερατεύονται· διὰ τοῦτο προσπιθέασι καὶ τὸ  
θνητόν, ἀπὸ τῶν εἰρημένων τῶν ἄνθρωπον διαστῆ-  
λοντες. Ἀλλὰ καὶ νόμφας μακραίωνας εἶναι μυθεύ-  
ονται ζῶα λογικὰ καὶ μακρόβια, ὅμως μέντοι  
θνητά, ἐκ φύσεως, ἀλλ' οὐκ ἐκ μαθήσεως γινώ-  
σκοντα τοὺς τεχνικούς τε λόγους τοὺς ἐπιστημονι-  
κούς. Τοῦτων οὖν ἀφιστῶντες τὸν ἄνθρωπον προσ-  
πιθέασι τῷ ὄρω αὐτοῦ καὶ τὸ νοῦ καὶ ἐπιστήμης  
δεκτικόν. Ἔστιν οὖν οὗτος ὁ ὄρος ἐκ γένους μὲν  
τοῦ ζῶου, ἐκ δὲ συστατικῶν διαφορῶν τοῦ τε λογι-  
κοῦ καὶ τοῦ θνητοῦ· καὶ τὸ νοῦ τε καὶ ἐπιστήμης  
δεκτικὸν ἴδιον ὄν τοῦ ἀνθρώπου· συστατικῇ ἔννεκε  
διαφορᾷ διὰ τὸ οὐσιωδῶς προσεῖναι αὐτῷ. Εἰσὶ γὰρ  
καὶ οὐσιωδῆ ἴδια, ἃ τινες διαφορὰς μονοειδοῦς ὀνο-  
μάζουσιν. Ἀντιστρέφει τοίνυν ὁ δηλωθεὶς ὄρισμός  
πρὸς τὸ ὀριστόν. Καὶ γὰρ εἴ τι ἄνθρωπος, τοῦτο  
ζῶον λογικὸν θνητὸν νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν,  
καὶ εἴ τι ζῶον λογικὸν θνητὸν νοῦ καὶ ἐπιστήμης  
δεκτικόν, τοῦτο ἄνθρωπος ἐστίν. Ἀρετὴ μὲν οὖν  
τοῦ ὀρισμοῦ τὸ ἀντιστρέφειν πρὸς τὸ ὀριστόν· κα-  
κία δὲ τὸ μὴ ἀντιστρέφειν.

η'. Γίνεται δὲ τὸ μὴ ἀντιστρέφειν ἢ διὰ προσθή-  
κην λέξεων, ἢ δι' ἀφαίρασιν. καὶ ὁ μὲν τῶν λέξεων  
πλεονασμὸς ἔλλειψιν τῶν πραγμάτων ἐργάζεται, ἡ  
δὲ ἔλλειψις τῶν λέξεων τῶν πραγμάτων πλεονασμὸν.  
καὶ οὕτως ἀμφοτέρωθεν ἐκ τῶν πλεονασμῶν καὶ  
τῆς ἔλλειψεως ἀτελής ὁ ὄρος ἐστίν. Εἰ γὰρ ἐπὶ τοῦ  
κατὰ τὸν ἄνθρωπον ὀρισμοῦ πλεονάστας τις ταῖς λέ-  
ξεσιν ἔρει, Ἄνθρωπος ἐστὶ ζῶον λογικὸν θνητὸν νοῦ  
καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν γραμματικόν· ἔλλειψιν τῶν  
πραγμάτων ἐποίησεν. Οὐ πάντας γὰρ τοὺς ἀνθρώ-  
πους τῷ ὄρω ἐμπεριέλαβεν, ἀλλὰ μόνους τοὺς γραμ-

tum est : at τὸ concisa et τὸ declarans naturam rei  
subjectæ, ut differentia constituentes.

4. Definitio igitur oratio dicta est, ut a nomine  
contradistingueretur ; quod non licet nomen ipsum  
etiam quoquo modo naturam rei significet, ex una  
tamen dictione constat : oratio autem ex duabus ad  
minimum dictionibus conficitur.

5. Concisa porro et propter alias longas oratio-  
nes, et eas quæ fusæ pluribusque ambagibus de  
rerum natura disceptant.

6. Quandoquidem autem concisæ sunt orationes,  
et non tamen definitiones, quippe quæ rei natu-  
ram non declarant, ut sunt apophthegmata, τὸ Nosce  
teipsum, τὸ Ne quid nimis, et hujuscemodi : propter-  
ea adjectum est, τὸ naturam subjectæ rei declarans.

7. Definitionis porro virtus est converti cum defi-  
nito, velut in exemplo : ¶ hominem definiunt ani-  
mal rationale mortale, intelligentiæ et scientiæ ca-  
pax. Et animal quidem dicunt eum cum ab inani-  
mis, tum a plantis et plantanimantibus separantem.  
Quoniam autem animal et rationalium, et irrationalium  
animalium genus est, propterea etiam ratio-  
nale apponunt, hominem ab irrationalibus anima-  
libus dirimentes. Et quia angelos animalia dicunt  
rationalia, et insuper etiam corpora cælestia  
animalia esse rationalia fingunt ; propterea et  
τὸ mortale a dictis hominem distinguentes adji-  
ciunt. Sed et longævas æymphas esse fabulantur  
animalia rationalia et longam vitam agentia, mor-  
talia tamen nihilominus ; natura, non ex institutione  
omnes artium et scientiarum rationes cognoscentia.  
Ab his igitur sejungentes hominem definitioni ejus  
adjiciunt etiam τὸ intelligentiæ et scientiæ capax.  
Definitio ergo hæc ex genere quidem, animali ; ex  
differentiis autem constituentibus rationali et mor-  
tali constat. Sed et τὸ intelligentiæ et scientiæ ca-  
pax, quod hominis est proprium, constituenti simile  
est differentia, propterea quod essentialiter adest  
ei. ¶ Sunt enim etiam essentialia propria, quæ  
aliqui differentias monoides, id est, unius speciei  
nominant. Convertitur ergo declarata definitio cum  
definito. Si quid enim homo est, hoc animal ratio-  
nale mortale, intelligentiæ et scientiæ capax est ;  
animal rationale, mortale, intelligentiæ et scientiæ  
capax, hoc homo est. Definitionis igitur virtus  
est cum definito converti ; vitium vero est (defini-  
tionis) non converti (cum definito).

8. Evenit autem ut non convertatur aut pro-  
pter dictionum additionem aut propter subtrac-  
tionem. Et dictionum quidem redundantia, defe-  
ctum rerum efficit, et sic utraque ex parte, cum ex  
redundantia tum ex defectu imperfecta est definitio.  
Si quis enim in definitione hominis redundans di-  
ctionibus inquit : Homo est animal rationale, mor-  
tale, intelligentiæ et scientiæ capax, grammaticum :  
defectum rerum admisit. Neque enim si quid homo  
est, hoc animal rationale, mortale, intelligentiæ  
et scientiæ capax, grammaticum est. Sin autem

rursus dictionibus aliquis deficiens inquit: Homo est animal rationale, mortale, **¶** secundum Græcunicas nugæ rebus abundavit. Quas enim hæ longævas nymphas introducunt, una cum hominibus complexus est. Et siquid equidem homo est, hoc animal rationale mortale est: non autem siquid animal rationale mortale est, hoc jam etiam homo est.

εἰπάτω μακρολόγως, τοῖς ὀφειδόμενοις συμπροελάθε. Καὶ εἴ τι μὲν ἄνθρωπος, τοῦτο ζῶον λογικὸν θνητὸν, οὐκ εἴ τι δὲ ζῶον λογικὸν θνητὸν, τοῦτο ἴδιον καὶ ἄνθρωπος.

9. Cæterum et hoc sciendum est quod illa (modo) additio conversionem definitionis prohibeat, quæ adjicit ipsi ea quæ in omnibus definitis non spectantur. Quoniam nimirum et propriorum et eorum accidentium, quæ in omnibus individuis spectantur, additio conversionem non prohibet, sed non necessariam dimittit orationis copiam offert: et exinde definitionis brevitatem tollit. Si quis enim hominis definitioni εὐ- risibile et erectum incedens adjiciat, nequaquam violabit conversionem. Si quid enim animal rationale, mortale, intelligentiæ et scientiæ capax, risibile, erectum incedens: hoc etiam homo est. Et si quid homo, hoc animal rationale, mortale, intelligentiæ et scientiæ capax, risibile, erectum incedens est. At propria et inseparabilia accidentia in definitiones descriptorias assumuntur.

**¶** 10. Differt autem proprie dicta definitio a definitione descriptoria: quod proprie dicta definitio ex genere et differentiis omnino essentialibus constat, descriptoria autem ex genere et differentiis aliis essentialibus, aliis accidentalibus.

11. Ob hoc enim ipsum etiam descriptoria definitio dicitur, quod ex parte quidem cum definitione, ex parte vero cum descriptione communicat. Descriptio enim et ex genere et propriis et inseparabilibus accidentibus constat, ut siquis dicat: Homo est animal risibile, erectum incedens, talis unguibus præditum, utens manibus. Composita enim est hæc descriptio ex genere animalis, et differentiis essentialibus consequentibus, risibilis quod est proprium, tum aliis quæ sunt inseparabilia accidentia.

12. Usus autem habet descriptio, quando res non habet essentielles differentias.

13. Sed et descriptoria definitio utilis est cum res habet essentielles quidem differentias, sed non tamen sufficientes, quæ ipsam perfectam exhibeant, ut in definitione equi. Dicimus enim, Equus est animal irrationale. Et τὸ irrationale quidem **¶** est differentia essentialis: sed quia ab omnibus animalibus equum separare non potest, etiam proprium adjiciamus, quod est hinnendi facultate præditum. Sed et aliqui majoris perspicuitatis gratia τὸ quadrupes, quod est inseparabile accidens, adjiciunt, sic dicentes: Equus est animal irrationale quadrupes hinnendi facultate præditum.

ματικὸς. Καὶ εἴ τι μὲν ζῶον λογικὸν θνητὸν νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν γραμματικὸν, τοῦτο καὶ ἄνθρωπος. Οὐ γὰρ δὲ καὶ ἀντιστρέφει: οὐδὲ γὰρ εἴ τι ἄνθρωπος, τοῦτο ζῶον λογικὸν θνητὸν νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν γραμματικὸν. Εἰ δὲ γε πάλιν ἐλλείψας ταῖς λέξεσιν εἴποι τις, Ἄνθρωπος ἐστὶ ζῶον λογικὸν θνητὸν, ἐπλέοντα κατὰ τὸν Ἑλληνικὸν ὄθλον τοῖς πράγμασι. Καὶ ας γὰρ οὗτος νόμψας

ὅτι ἴδιον καὶ ἄνθρωπος, τοῦτο ζῶον λογικὸν θνητὸν νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, γλασσικὸν, ὀρθοπεριπατητικὸν, τοῦτο ἄνθρωπος καὶ εἴ τι ἄνθρωπος, τοῦτο ζῶον λογικὸν θνητὸν νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, γλασσικὸν, ὀρθοπεριπατητικὸν. Παραλαμβάνονται δὲ τὰ ἴδια καὶ τὰ ἀχώριστα συμβεβηκότα εἰς τοὺς ὑπογραφικοὺς ὀρισμούς.

ὅτι ἴδιον καὶ ἄνθρωπος, τοῦτο ζῶον λογικὸν θνητὸν νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, γλασσικὸν, ὀρθοπεριπατητικὸν, τοῦτο ἄνθρωπος καὶ εἴ τι ἄνθρωπος, τοῦτο ζῶον λογικὸν θνητὸν νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, γλασσικὸν, ὀρθοπεριπατητικὸν. Παραλαμβάνονται δὲ τὰ ἴδια καὶ τὰ ἀχώριστα συμβεβηκότα εἰς τοὺς ὑπογραφικοὺς ὀρισμούς.

α'. Διαφέρει δὲ ὁ κυρίως ὀρισμὸς τοῦ ὑπογραφικοῦ ὀρισμοῦ: ὅτι ὁ μὲν κυρίως ὀρισμὸς ἐκ γένους σύγκειται καὶ διαφορῶν τῶν ἄλλων οὐσιωδῶν: ὁ δὲ ὑπογραφικὸς ἐκ γένους καὶ διαφορῶν, τινῶν μὲν οὐσιωδῶν, τινῶν δὲ ἐπουσιωδῶν.

α'. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὑπογραφικὸς ὀρισμὸς λέγεται, ὅτι κατὰ τὸ μὲν κοινῶν τῶν ὀρισμῶν, κατὰ τὰ δὲ τῆ ὑπογραφῆ. Καὶ γὰρ ἡ ὑπογραφὴ ἐκ τε γένους καὶ ἴδιων καὶ συμβεβηκότων ἀχώριστων συνίσταται: ὡς ὅταν εἴποι τις, Ἄνθρωπος ἐστὶ ζῶον γλασσικὸν, ὀρθοπεριπατητικὸν, πλατυὸνυχον, χερσὶ χρώμενον. Συνέστη γὰρ ἡ τοιαύτη ὑπογραφὴ ἐκ γένους τοῦ ζῴου, καὶ διαφορῶν ἐπουσιωδῶν, τοῦ τε γλασσικοῦ ὑπερ ἴσθιν ἴδιων, καὶ τῶν ἄλλων ἄπερ εἰσὶ συμβεβηκότα ἀχώριστα.

tertiæ figuræ modi sunt syllogistici; primus ex omnis et omnis colligens aliquis; secundus ex omnis et nullus colligens non omnis; tertius ex aliquis et omnis colligens aliquis; quartus ex aliquis et nullus, colligens ut secundus modus, non omnis; quintus ex omnis et aliquis colligens ut tertius modus, aliquis; sextus, ex omnis et non omnis colligens juxta secundum et quartum modum, non omnis. Hypothetici sex sunt: et elenchi sophisticii tredecim.

Ἀ τοῦ τρίτου σχήματος τρόποι συλλογιστικοί· ὁ ἀπὸ τῆς πᾶς καὶ πᾶς, συνάγων τίς· ὁ ἀπὸ τῆς πᾶς καὶ οὐδείς, συνάγων οὐ πᾶς ὁ ἀπὸ τῆς τίς καὶ πᾶς συνάγων τίς· ὁ ἀπὸ τῆς τίς καὶ οὐδείς συνάγων ὡς δεύτερος τρόπος οὐ πᾶς· ὁ ἀπὸ τῆς πᾶς καὶ τίς συνάγων ὡς ὁ τρίτος τρόπος τίς· ὁ ἀπὸ τῆς πᾶς καὶ οὐ πᾶς, συνάγων κατὰ τὸν δεύτερον καὶ τὸν τέταρτον τρόπον οὐ πᾶς. Ἰποθετικοὶ ἕξ· καὶ σοφιστικοὶ ἕλεγχοι ὅκα καὶ τρεῖς.

μ'. Περὶ προτάσεων καὶ συλλογισμῶν.

Πᾶσα πρότασις	{	ἢ κατάφασις, ἢ ἀπόφασις.
Ἐπι ἡ πρότασις δη- λοῖ	{	ἢ ἕξις, ἢ στέρησις.
Ἐπι ἡ πρότασις	{	ἢ ἀπλῆ, ἢ μεταθεσίσις.

Tabula capituli 40, de propositionibus et syllogismis.

Omnis propositio est aut	{	affirmatio, negatio
<b>398</b> Præterea omnis propositio declarat aut	{	habitu, privationem.
Insuper propositio est aut	{	simplex, ex transpositione.
Non est justus homo et	{	injustus homo, infans modo natus, quidquid præter hominem est equus, lapis, chimæra.
Non est injustus homo et	{	justus homo, infans, quidquid est homo.
Est homo non justus	{	justus homo, infans, non etiam quidquid præter hominem est, equus, lapis.
<b>399</b> Non est homo non justus	{	justus homo, quidquid præter hominem est, non etiam infans.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ

ΤΟΥ ΒΛΕΜΜΙΔΟΥ

ΕΙΣΑΓΩΓΙΚΗΣ ΕΠΙΤΟΜΗΣ ΒΙΒΑΙΟΝ Β.

ΕΠΙΤΟΜΗ ΦΥΣΙΚΗ.

NICEPHORI BLEMMIDÆ

EPITOMES ISAGOGICÆ LIBER II-

EPITOME PHYSICA.

JOANNIS WEGELINI AUGUSTANI

PRÆFATIO

*Textui Græco, anno 1565, augustæ vindelicæ edito \*, præmissa*

Nobilissimo et magnifico, pietate doctrina prudentia, spectatissimo viro, Domino, Aiberio a Stetten in Bockspurg, reipubl. Augustanæ consuli, et ecclesiæ evangelicæ curatori, collegique administratori, Domino suo plurimum honorando, salutem et gratiam a Deo.

Quibus a rebus alias artes et scientiæ commendari solent, nobilissime et magnifice vir, domine plurimum honorande, eæ in physica, hoc est, in illa scientia quæ circa corporum naturalium principia, causas, proprietates, vires et effectus versatur, copiosissime se offerunt. Cum enim origo primum et antiquas eis laudem conciliare soleat; antiquissima est physica, quæ suam originem ab ipso habet Deo opt. maximo, qui eam primo homini, Adamo, cæteris creaturis quasi alteri in terris præfecto Deo, iniecit: cujus hic etiam beneficio omnibus ad se conditore adductis animalibus in paradiso convenientia nature nomina imposuit, et sine dubio etiam cæterarum substantiarum naturalium intima mysteria perspexit. Quanquam vero hæc illius naturalium rerum scientia per lapsum invidia Satanae haud parum imminuta, non tamen prorsus sublata fuit. Nam aliquam ejus partem retinuit, et liberis suis tradidit: ut sincerior quidem physicæ notitia in patriarcharum aliorumque sanctorum, Sethi, Nohæ, Semi, Abrahami, Jacobi, Josephi, Mosis, etc. familia permanserit, et ad eorum posterum, atque hinc per tot migrationes ad alios etiam infideles populos, Chaldaeos imprimis, Babylonios et Ægyptios transmissa fuerit. De Salomone certe rege vetustissimo sacrae litteræ diserte testantur, quod non tantum aliis sapientiæ partibus sed et hac ipsa quæ est rerum naturalium ita excelluerit ut disputarit de lignis a cedro quæ est in Libano usque ad hyssopum quæ egreditur de pariete, et disseruerit de jumentis et volucribus, et reptilibus et piscibus: adeo quidem, ut de universis populis et regibus terræ cum ad reliquam tum etiam ad hanc ejus sapientiam audiendam concursum fuerit. Quid? quod etiam ethnici qui

\* *Nicephori Blemmidæ Epitome physica, triginta et unius gravissimorum capitulum cum fragmento insuper exegeseos in psalmum octavum: quibus non tantum physica, sed etiam geographica, astronomica, optica, astrologica et theologica multa pertractantur: quam ante annos 370 ab auctore conscriptam jamprimum e manuscriptis collectibus bibliothecæ Augustanæ edidit Joannes Wegelinus, Augustinus: præmissa commendatione physicæ et adjuncto sub finem libri Indice. Aug. Vindel. excudit David Francus a. 1605.*

moralem philosophiam a Socrate primum exultam et in urbibus collocatam, inque domos introductam aiunt, ut auctor est Aristoteles et Cicero, ante illum commemorant Thaletem Milesium, Anaxagoram, Empedoclem, Democritum, Pythagoram, et alios illustres philosophos, qui omnes in contemplatrice philosophia, adeoque etiam in naturali scientia insignes et clari fuerunt; ut cuius sit hinc facile colligere, naturalem scientiam morum disciplina quatenus quidem hæc certis præceptis comprehensa est, multo antiquiorem esse. Jam vero cum artibus et scientiis ipsa etiam suavitas et jucunditas tribuere laudem soleat; et ab hac physica merito commendari potest. Quid enim suavius, adeoque homine dignius, quam ex humilitate terrenarum et angustarum caducarumque rerum in altitudinem et amplitudinem ascendere rerum celestium? tot cælorum orbis, magnitudines, distantias; tot stellarum in iis pulcherrima corpora, tot eorundem tamque varios nec tamen irregulares motus; tam diversos luminis et cum lumine virtutum influxus in hæc inferiora; imprimis vero solis et lune effectus in dierum et noctium vicissitudinibus, incrementis, decrementis; in mensium, annorum, statorum temporum successione, contemplari? Quid jucundius, quam a cælis et igni qui supremum inter elementa locum obtinet, ad aerem decrecendo, tot et tam varia per diversas ejus regiones meteora, partim vere subsistentia, partim ita tantum propter umbræ et luminis commistiones radiorumque refractiones apparentia spectare, eorundem causas, materiam formam, efficientia, fines; tot inquam inflammationem, chasmatum cometarum, pluviam, rorem, pruina, nivis grandinis, tonitruorum, fulminum, halonum, iridum, pareiorum, ventorum, etc. considerare? Quid voluptuosius, quam delatum ad aquas et terram fontium et fluviorum orius, marium aestua, terræ concussiones, totidemque etiam in iis substantiarum, ut herbarum, fructuum, plantarum, lapidum item et metallorum, aliorumque fossilium proprietates et differentias scrutari? Qui ad animi oblectationem magis comparatum, quam tot in aere, aqua, terra degentium animalium naturam, in primis vero hominis cognoscere; qui non tantum ex corpore, ejus partium structura, et coagmentatio solertissima et divinissima est; sed etiam ex anima intelligente constat, quæ facultates et operationes habet multiplices et plane admirabiles? Quin imo ipsorum elementorum mutationes in se invicem itemque prima principia, materiam et formam, ac communissima omnium exinde constantium rerum attributa motum infinitum, locum et tempus examinare? Merito igitur gravissimus auctor Cicero dixit, considerationem contemplationemque naturalem quoddam animorum ingeniorumque esse pabulum. Colli picturarum, et imaginum, alii etiam ædificiorum, basilicarum, theatrorum inspectione delectantur. Sed quid ista omnia humani ingenii inventa et opera ad totius universi picturatissimum opus, ad hoc naturæ amplissimum theatrum quod a Deo opt. max. ex nihilo productum est, et adhuc potentissime sustentatur regiturque? Hic sane hic inquam vere ingenii excelsioribus voluptates paratæ sunt, non quidem illæ in esu ac potu, in lusibus, in pecuniis, in sodalitatibus, in amoribus, adeoque in corporis titillationibus, sed in animorum deliciis et oblectationibus consistentes; quæ nec ut illæ crassæ et corporeæ momentanea brevitate inanes relinquunt sectatores suos, nec diuturnitate molestiam creant, nec ipso usu damnium interant. Nimirum quod Cicero generatim dixit de studiis litterarum, hoc sigillatim de naturalium rerum scientia et contemplatione verissime affirmari potest, quod alacritatem adolescentiam, senectutem oblectet, secundas res ornet, adversis per fugium et solatium præbeat, delectet domi, non impediat foris, pernoctet nobiscum, peregrinetur, rusticetur. Quis igitur non vel hujus suavitas et jucunditas nomine, qua plena est, physicam magnificendam putet?

Verum enim vero non hæc tantum suavitas et jucunditas, sed etiam multiplex utilitas in commendationibus physice commemoranda venit. Nam licet etiam propter solam naturæ cognitionem et contemplationem, quam ut contemplativam scientiam pro fine sibi propositam habet physica, minime contentenda sit, quamplurimæ tamen illi etiam aliæ utilitates adjunguntur. Ad universam eam scilicet philosophiam multas et magnas utilitates affert. Ad metaphysicam quidem, quod ex continua moventium et mobilium serie quæ infinita esse non potest, ad primum motorem Deum opt. max. motus omnis et mutationis expertem quin et ad celestium intelligentiarum ab Aristotele sphaeris ætheriis assignatarum cognitionem nos adducit, quod item animæ humanæ inchoatam explicationem metaphysicæ perficiendam et absolvendam tradit. Ad mathematicas vero etiam disciplinas, imprimis ad illas quæ minus pure et sincere mathematicæ vocantur, quod objecta sua ex physica mutuatur; astronomia quidem cælum, musica sonum et vocem, optica radium visivum, quæ omnia ex physica desumuntur. Sed et astrologicis et physiognomonicis prædictionibus hætenus tantum fides adhibetur, quatenus illæ principiis physicis et hinc extractis fundamentis nituntur.

Præterea ad moralem philosophiæ partem plurimum emolumenti affert physica. Ut enim de ethica in specie sic dicta saltem id ostendam, primo ad Nicomachum libro philosophus divisionem animæ facultatum ex physica repetit, ut subjectum felicitatis moralis adeoque etiam virtutis, ejus illa exercitio definitur, manifestum fiat: secundo virtutem in intellectualem et moralem partitur; tertio de spontaneo et invito, quinto de jure naturali et talione agit; sexto virtutes intellectuales explicat; septimo de continentia et incontinentia itemque de voluptate, ut et decimo, disserit; quæ omnia absque animæ ejusque quoad varias facultates variorum munerum et operum notitia recte explicari vel intelligi non pos-

sunt. Nihil jam dicam de aliis artibus mechanicis, quæ omnes in materiam naturalem operantur suasque formas introducunt: adeoque naturam vel imitantur vel perficiunt. Quod si igitur physica ad nihil aliud utilis esset amplius, propter has saltem commemoratas utilitates merita prædicanda et studiose dicenda esset. Verum non has tantum philosophi præstat utilitates, sed etiam ad alias sublimiores facultates non minores affect commoditates. Medicina enim a physica sic dependet et non tantum objectum, sed etiam prima principia, plurimasque demonstrationes ex ipsa desumat. Quæ de causa etiam ipse Philosophus confines artes physicam et medicinam appellat, quod medici quidem elegantiores et diligentiores de natura dicant, et exinde suæ artis principia desumant: physici vero argutiores naturæ tractationem adusque medicinæ principia persequantur. Quod sane adeo verum est, ut etiam in proverbium abierit, quo dicitur, ubi desinit physicus, ibi medicum incipere. Quillo jam quod contemplatrix medicina, a qua etiam medici aliqui physici dicuntur, quæ versatur circa corporis humani partes, eandemque temperamenta, facultates, operationes, itemque circa sanitatem et morbum quibus illæ sunt obnoxie; et circa elementa ac medicamenta quibus morbus propulsatur, et sanitas vel conservatur acquisita vel amissa reparatur, tota est physica. Sed nec ad jurisprudentiam prorsus infructuosa est physicæ cognitio. Nam jus naturæ norma et mensura est juris civilis, adeo ut nisi cum lege naturæ, cum notitiis humanæ menti in prima creatione insitis et adhuc reliquis jus civile consentiat, non amplius juris appellationem tueatur, sed injuriæ accipiat. Et cum sibi hoc propositum habeat jurisprudentia ut civilem justitiam inter homines conservet, sine qua nulla potest consistere societas: majorem profecto justitiæ operam navabit is, qui pulcherrimam ipsius ideam in natura quoque inspexerit; quique animo suo perpenderit, quam omnia naturæ opera suo munere diligentissime fungantur; nullam sibi mutuo injuriam inferant, sed potius inserviant; superiora inferioribus suam virtutem impertiant, inferiora accipiant et vicissim superioribus obediant; adeoque omnia sine dissidio suavissima concordia, suas operationes eo referant, ne quid universitatis respublica detrimenti capiat, sed potius inviolata et illæfactata conservetur.

Quid vero jam de theologia dicam? Nonne cognitio et consideratio naturæ ad Dei optimi maximi ut causæ primæ et principis cognitionem adducit; quod nimirum cum non tantum æternam mentem, quæ ante res alias naturales fuerit omnes; sed etiam simplicem, quæ omnis compositionis et dissolutionis experta sit; sed etiam infinitam, quæ sua sapientia, potentia, bonitate cæterisque immensitatibus omnia fouat, et a nullo limitatur; sed etiam humani generis amantissimam esse oporteat, cujus gratia omnia alia, ipsum vero ad sui cognitionem et dilectionem condiderit? Certe Epicurus si Ciceroni credimus, hæc maxime de causa in adeo tetras opinionum absurditates vel potius profanitates, ut Dei providentiam negaret, incidit; quod et mathematicæ et physicæ ignarus fuit. Contra memorabile est quod Aristoteles de Heraclito refert, ipsum aliquando cum in casa furnaria caloræ gratia sedisset, aliquos qui ipsum alloqui voluerant, sed tamen reveriti humilitatem loci constiterant, ad se ingredi jussisse ratione addita: Quoniam ne huic quoque loco desint dii immortales. Quo sane Philosophus, unius veri Dei licet ignarus, indicare voluit, nullum in toto universo esse angulum, in quo Dei opt. max. bonitatis et potentie impressa non sint vestigia; nullum esse cespitem, in quo non aliquid mirandum videre liceat, quemadmodum sane etiam Aratus dixit:

Jovis omnia plena;

Sed rectius poeta Christianus:

Et levis est cespes qui probet esse Deum;

Et:

Præsentemque Deum quælibet herba facit.

Nimirum hoc est quod Paulus ad Romanos (I, 20) scribit, ex creatione mundi per ea quæ facta sunt, invisibilia Dei, ipsius scilicet simpiternam potentiam et divinitatem, intellecta conspici. Et quod ad Lystrenses inquit: Deum etiam olim gentibus expertem testimonii se non reliquisse, beneficientem ipsis, de celo dantem pluvias et tempora fructifera, impletem cibo et lætitiis corda eorum. Quod ad Athenienses inquit, Bonitatis et potentie Dei adeo plena esse omnia, ut pene manibus contrectari possit qui etiam non longe absit ab unoquoque nostrum, ut in quo vivamus et moveamur et simus. Quid? quod hæc naturæ consideratio non tantum notitiam Dei exhibet, sed ejuſdem etiam amorem excitare potest. Quis enim in talem mentem æternam simplicissimam, infinitam, amantissimam humani generis, illi presidentem et providentem non summo feratur amore et desiderio? quis eam profanitate morum ausit offendere? quis a se abalienare cupiat? Quæ tamen ita nemo interpretabitur, quasi hanc notitiam et dilectionem Dei quæ ex naturæ consideratione oboriri potest ad salutem et vitam æternam consequendam sufficere putem; quippe hoc saltem fine a me illa commemorantur, quod notitia et dilectio illa Deo quantumcumque est, ad salvificam notitiam collata, ex natura tamen haberi possit; quam etiam qui negligit, vel hac de causa apud Deum inexensabilis futuris sit: quo ex principio Paulus quoque maximam gentilium partem accusat et damnat. Quanquam autem ingens est hæc phy-

sicæ utilitas, majores tamen ad ipsammet theologiam affert, siquidem ei se ut manifestam humiliter submittat, non ut dominam imperiose præferat. Quis enim quamplurimos eosque difficillimos in doctrina Ecclesiæ locos sine physicæ scientia intelliget? Quis sine animæ notitia, quæ physica est, vel docebit alios, vel ipse feliciter percipiet doctrinam de imagine Dei, ad quam homo primum fuit conditus, cujus præcipua pars in anima, in mentis perspicuitate, et voluntatis rectitudine, omniumque affectuum harmonia constitit? Quis eodem modo articulum de peccato originis, quod imagini illi Dei concreatæ, prob dolor! successit, explicabit? Quis item controversissimum de libero arbitrio, quod et ipsum cum in ratione tum in voluntate residet, enucleabit? et quomodo illud a Deo dictum ad Cainum: Sub te erit appetitus peccati, et tu dominaberis illi, intelligendum sit; qui item etiam ante conversionem homo locomotivam in externis regere possit, et quod voluntas non tantum elicitos, sed et imparatos actus habeat, quos inferioribus facultatibus, sentienti, moventi, appetenti præcipiat, et quamplurima hujus generis alia? Prætereo jam locum de contingentia et necessitate, cujus explicatio a doctrina causarum naturalium fere tota dependet. Ad ipsa sacrosancta Biblia, ad Mosis et prophetarum, ad Christi et apostolorum dicta et scripta si perveniendum sit, quis illa fideliter et solide interpretabitur sine accurata physicæ notitia? Quot enim passim res, quot similitudines, quot metaphora, quot aliæ phrasæ ex media natura desumptæ occurrunt? Imprimis vero in hexaemero Mosis, in Jobi posterioribus capitibus, in plurimis psalmis, in Proverbiis, Ecclesiaste, Cantico canticorum Salomonis, in Siracide, in Sapientia, in Apocalypsi, quis inoffenso pede progredietur, nisi naturalium rerum probe fuerit instructus scientia? Quod sane etiam veteres theologi cum Græci tum Latini considerantes, Justinus Martyr, Clemens Alexandrinus, Origenes, Athanasius, Basilius, Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, Cyrillus Alexandrinus, Theodoretus, Eusebius Cæsariensis, Damascenus, Irenæus, Tertullianus, Lactantius, Cyprianus, Hilarius, Hieronymus, Augustinus, etc., cum aliis philosophiæ partibus, tum etiam physicæ diligentem operam impenderunt, quemadmodum ex eorum scriptis ad nos transmissis videre licet.

Nec vero est ut existimet aliquis propterea minus curandam esse physicam, quod ad eloquentiam vel impedimentum, vel nullam certe utilitatem afferat. Nam et physica partim magnam copiam earum rerum offert, in quibus explicandis et amplificandis eloquentia suas vires exserere, quin et a quibus in aliis materiis exaggerandis amplificationum præsidia mutuari potest: partim vero affectuum naturam explicat in quibus tempestive et apposite movendis non postremum eloquentiæ officium consistit. Quod sane non tantum Aristoteles sensisse arguitur, cum in rhetoricis docet quomodo auditores ad iram, ad lenitatem, ad amorem, ad odium, ad metum, ad confidentiam, ad pudorem, ad gratiam, ad misericordiam, ad indignationem, ad invidiam, ad emulationem, adducendi; et morum genera qui secundum affectus et habitus et ætates et fortunas hominum variant, diligenter cognoscenda sint; sed etiam Plato suo testimonio comprobatur, cum eloquentissimum Græciæ oratorem Periclem ad ingenii acumen non tantum exercitationem dialecticæ, sed etiam naturæ contemplationem, cui familiaritate fretus Anaxagoræ se tradidit, adjuuxisse scribit; quibus utique a rebus τὸ ἐψηλόουον καὶ πάντα τελεσιουργικόν, hoc est, mentis sublimitas et vix efficax in quavis re perficienda proficiatur. Quis igitur etiam ad eloquentiam physicæ studium prodesse negabit?

Sed finem facio utilitatum hujus scientiæ commemorandarum, in quibus forsitan justo diutius immoratus sum. Hoc unum hic saltem subjicio, quod hujus scientiæ cognitio non sit ita difficilis, quin ab adolescentibus medioeris ingenii et profectus cum fructu audiri et disci possit. Quod enim Aristoteles in Ethicis negat puerum posse fieri physicum, non est illud simpliciter, sed cum certa distinctione intelligendum; non quod universalia axiomata et pronuntiata physica capere non possit; sed quod singularium ex quibus collecta sunt, sufficientem observationem et experientiam per ætatem habere non possit. Quo fere etiam modo accipiendum, cum item negat juvenem doctrinæ moralis commodum auditorem esse: nimirum non hoc sensu, quod præcepta moralia intelligere non possit; sed quod partim mens ejus experta sit cognitionis rerum et actionum civilium de quibus et ex quibus hæc disciplina disputat; partim vero appetitus ejus ad omnis generis perturbationes et affectus proclivis sit, nec ita ut præcipitur, agendum esse judicet. Quanquam ne hoc quidem de omnibus juvenibus, sed de aliquibus saltem verum est, qui nec naturæ, nec educationis, nec divinæ regenerationis beneficio meliores evaserunt. Verum enim vero cum in quavis arte et scientia addiscenda plurimum momenti in doctore sit positum; in physica etiam scientia doctorem omnium gentium consensu solertissimum habemus Aristotelem; qui non tantum omnibus aliis ante se physicis qui partim imperfecte, partim etiam perperam de rerum naturalium causis tradiderunt, quemadmodum eorum errores passim refutat; sed ipsi etiam Platoni, in Timæo imprimis pleraque obscuritatibus et ambiguitatibus involventi præferendus videtur; cum quoad methodum et demonstrationis perfectionem, tum vero etiam quoad sententiarum acurationem, proprietatem et medioerem perspicuitatem. Quanquam autem Aristoteles sine dubio cum in aliis philosophiæ partibus, tum vero etiam in physica, quam multis libris persecutus est, quorum plerique etiamnum hodie exstant, optimus doctor et magister est: tyrones tamen hujus scientiæ non omnes adhuc idonei videntur, qui ad eum immediate sine ali-



qua compendiosiore informatione, adeoque manu ductione ablegentur; cum quod de aliquibus rebus fusius, quam illi bene capere possint, differat; tunc vero etiam quod nonnullis in locis cum propter res ipsas, tum propter dicendi genus concisum et terminorum quorundam singularium difficultatem, imprimis vero etiam et in confutationibus veterum philosophorum quorum scripta ad nos non pervenerunt, ut exinde de ipsorum opinionibus et argumentis liquidius constare posset, aliquanto sit obscurior.

Quapropter illorum studium improbandum videtur nentiquam qui ex libris Philosophi physicis perspicuas quasdam et breves synopses vel epitomas eorum quas maxime necessaria et cum primis sunt utilia, resectis aliis minutioribus et ad veterum confutationem maxime pertinentibus collegerunt: qualium etiam hodie imprimis magna copia exstat, et subinde ad eam novarum nova fit accessio. Etsi autem nulli suam laudem, quam merito obtinet, præreptam volo, eximie tamen mihi præ multis aliis in hoc genere compendiis placuit hæc Nicephori Blemmidæ (cujus *logicam* superioribus nundinis Francofurtensibus in publicum emisi) *Epitome Physica*, non antiquitatis tantum causa, sed imprimis etiam propter res ipsas non tantum physicas, sed etiam geographicas, astronomicas, opticas, astrologicas, theologicas, breviter, perspicue, erudite et nervose bona methodo et dicendi genere optimo, triginta et uno capitibus pertractatas; quorum 1° agit (ut tituli saltem singulorum quasi in tabella breviter proponantur) *de naturalibus principiis et causis*; 2° *De materia, forma et privatione*; 3° *De causis et effectibus, itemque de fortuna et casu*; 4° *De motu et quiete deque entelechia, et eo quod potentia, quodque actus est*; 5° *Adhuc de motu et quiete*; 6° *De generatione et corruptione*; 7° et 8° *De natura*; 9° *De loco et tempore*; 10° *De infinito*; 11° *De elementis*; 12° *De flammis ardentibus quæ circa cælum conspiciuntur, et de capris, fucibus et stillis discurrentibus, ut appellantur*; 13° *De cometis et lacteo circulo*; 14° *De pluvia, grandine, nive, rore et pruina*; 15° *De fontibus et fluminibus*; 16° *De mari*; 17° *De ventis et reliquis halitibus*; 18° *De terræ motu*, 19° *De tonitru et fulgore, procella et vortice et turbine et fulmine*; 20° *De apparentibus in cælo phasmatibus*; 21° *De halone et prius de visione*; 22° *De iride*; 23° *De virgis et parheliis, itemque de metallis et fossilibus*; 24° *De cælo, quodque mundus non sit æternus*; 25° *De æthere et stellis*; 26° *De sole*; 27° *De luna*; 28° *De terra et ejus zonis, quodque terra ad sphaeram cælestem, quin et ad solis sphaeram centri rationem obtineat*; 29° *De diebus et noctibus et quatuor anni horis*; 30° *De habitationibus*; 31° *De vacuo*. Quibus omnibus in fine fragmentum exegesos in psalmum octavum eodem Blemmida auctore accessit ita eruditum, ut optandum esset, totam exegesis in illum psalmum, vel etiam in totum psalterium, si modo ab auctore elaborata fuit, adhuc hodie exstare (a); ut quæ nos paucis in hunc librum vere regium (quem et ego hoc honore præ cæteris jam dignor ut non tantum objectiones ex eo prolata a discipulis dissolvam, sed etiam singulos psalmos hebraice prælegam, latine interpreter et sapius grammatice explicem) commentariis par futura, sed etiam palmam præreptura videatur.

Cæterum hanc ipsam epitomen physicam in duobus manuscriptis codicibus bibliothecæ Augustanæ, altero perveteri, recentiore altero reperi; pellectam ut eruditam et opera insumenda dignam, deprehendi; ipse descripsi; ac non tantum ex Græca Latinam feci, sed etiam ita conversam partim marginalibus notis ad Aristotelem imprimis et Cleomedem aliosque recentiores physicos et astronomos deducuntibus, partim vero cursoria lectione multo fusius totam discipulis meis explicavi. Eandem nunc ex collatione manuscriptorum codicum perfectam et integram cum ad aliorum publicam utilitatem, tum vero ad institutam cum discipulis quorum subinde aliis in academias discedentibus novi succedunt, privatam repetitionem primus Græco edo, versionem cum notis etiam brevi, Deo volente, recognitam publicaturus. Tuæ vero, nobilissime et magnifice vir, domine plurimum honorande, tuæ, inquam, magnificentiæ hanc Epitomen physicam inscribo, non quod illi ab inscriptione ad nominis claritatem quæ cum apud cives nostros, tum etiam apud exteros est amplissima, quidquam accedere posse putem amplius, sed quod partim illi quæ etiam nostri collegii administrationi præest, rationem aliquam officii mei reddere, partim vero libro in publicum exeunti auctoritatem aliquam conciliare, quin et patrocinium defensionemque, si indigeat, impetrare ab ea cupiam. Quamvis autem fortassis parum decere videbitur aliquibus, magnificentiam tuam ex curia et foro in scholas physicorum et a negotiis consularibus ad solitariam naturæ contemplationem avocare, tamen et hiis quod respondeam in prompta est. Nam etsi quidem magnificentia tua rerum civilium cognitione et transactione maxime ex officio occupata est; non tamen a nature inspectione et consideratione abhorret; nec nihil in ea reperit, quod reipublicæ aliquam ideam pulcherrime representet. Cum enim corpora cælestia tam variis quidem motibus, sed tamen sine dissidio egregie conspirantibus convertantur; docet hoc certe, inter cives quoque, in republica bene constituta, etsi studiis sint diversissimi, concordiam cætero qui esse debere. Jam vero cum non tantum cælestia corpora tanto intervallo dissita elementis et quæ ex ipsis constant, suam cum imperio vim et virtutem imperiant; sed hæc ab illis grate et sine rebellionem accipiant; iterum hoc magistratus et subditorum ordinem, et illius in hos imperium, horumque erga illos cum subjectione obedientiam quasi in lucidissimo speculo proponit. Ac cum denique res naturales in hoc inferiore mundo alias generari, alias corrumpi, alias augeri, alias minui, alias varie alterari, alias etiam secundum locum mutari videamus; quis negabit hoc significationem habere rerum etiam humanarum vicissitudi-

(a) Exstat in codd. Gr. Reg. Paris., unde eam describendam curavimus. Eorr.

nis ; quod non tantum pro re nata, pro moribus civium, pro commo republicæ, pro variis circumstantiis, leges et consuetudines modo abrogandæ, modo renovandæ modo mutandæ sint, sed quod etiam inter ipsos cives alii propter virtutem et res præclare gestas ad honores et dignitates promovendi, alii propter improbitatem puniendi et abscindi mereantur, veluti carcinomata et pestes, ne sinceriores republicæ partem inficiant, delendi sint. Nihil jam dicam de eo, quod etiam bruta animalia civitatis ordinem commonstrant, quæ et ipsa suos reges et magistratus habent, quos venerantur et observant, interque se munia et officia mirabiliter partiuntur et exsequuntur ; ut in apibus, piscibus, avibus videre licet. Quæ cum ita se habeant, adeoque etiam in natura Deus optimus maximus venustissimam republicæ ideam depinxerit, inscriptionem hujus Epitomes physicæ magnificentiam tuam minime dedecere arbitror. Quin potius cum omnia Nicephori Blemmidæ scripta Joanni Ducæ, Nicæno Græcorum imperatori, ante annos trecentos septuaginta summopere placuerint, nec hoc illius opusculum physicum, mea opera et studio sic adornatum, Tuæ magnificentiæ displiciturum sperabo : quam interim naturæ auctori, servatori, moderatori, adeoque naturæ Deo potentissimo, Patri Domini nostri Jesu Christi in spiritu sancto votis etiam meis commendo,

Datum Augustæ Vindelicorum in collegio, 21 Augusti, anno salutis 1605.

Magnificentiæ tuæ observantissimus,

M. Jo. WEGELINUS,  
collegii inspector.

---

## CANDIDO LECTORI.

---

Duobus usus sum manuscriptis codicibus bibliothecæ Augustinæ ad hanc Epitonen physicam, amice lector, uno vetustiore recentiore altero. Et quidem per mediam fore partem ex recentiore textum primo descripsi, veterisque variantem lectionem in marginem rejeci. Sed posteaquam inter describendum animadverti recentiore codice veterem multo perfectiorem esse, postea ipsum veterem describendum mihi sumpsit, et recentis lectionem ubi variabat, ad oram marginis retuli. Lectionem ergo meliorem, sive ea in margine, sive in textu reperitur, quemadmodum sane meum de variante lectione iudicium sæpius diserte indicavi, In capite 28, pag. 282, defecit codex vetustior et saltem recentior suppetiit, qui, ut dictum, non fuit per omnia integer. Ideoque etiam magis ibi quam alibi per conjecturam quædam emendanda indicavi. Cæteroque vero uterque manuscriptus codex nullas nisi punctulorum, easque sæpe alieno loco positas distinctiones habuit Ego, prout sententia exigere mihi visa fuit, has quas vides, adjeci : in quibus tamen etiam nonnunquam punctulum inferne figendum, supra, et contra, a syllabotheta fuit positum. Quod tu, lector, ipse agnosces et corriges. Subinde etiam parenthesis signis quædam inclusi, ut sententia redderetur dilucidior. Tandem ne Græcæ huic editioni quidquam decisset, indicem rerum insigniorum alphabeticum subjeci. Quod meum studium, æqui boni facies. Hoc te tantum adhuc scire cupio, si dubites, utrum logica quam superioribus nundinis emisi, et hæc Physica, quam nunc edo, sint ejusdem auctoris ; indubium te posse iudicium facere ex eo quod et in Logica duobus locis ad Physicam hanc remittatur (a). Ex quo indubie colligere licet, ejusdem auctoris utrumque istum factum esse, Nicephori nimirum Blemmidæ : cujus etiam nomen expresse præscriptum est in manuscriptis codicibus.

Bene vale.

(a) Et in Physica (cap. 4, n. 12) ad Logicam. Edit. Patr.

---

# JOANNIS WEGELINI AUGUSTANI

## PRÆFATIO

*Textui Latine, Aug. Vind. anno 1606 edito, præmissa*

---

Nobilissimo et amplissimo viro, domino Leonharto Pallero in Hammel et Ainhofen, domino suo plurimum honorando, salutem et gratiam a Deo.

Nobilissime et amplissime Vir, domine plurimum honorande. Editi ante annum Nicephori Blemmidæ Epitomen physicam Græcam ex duobus manuscriptis codicibus Bibliothecæ Augustanæ inter se collatis restitutam ; quæ non tantum antiquitatis gratia, quippe ab auctore sui

temporis præcipuo et theologo et philosopho, inque historiis nomine virtutis et doctrinæ laudatissimo, ante annos trecentos septuaginta circiter conscripta : sed etiam propter res ipsas varias et arduas, physicas, geographicas, astronomicas, opticas et theologicas, eundem tamen scopum et finem pulchre respicientes, et præterea orationis genere tersissimo et accuratissima methodo ad Platonis et Aristotelis, ut et Cleomedis, præcipuorum philosophorum mentem et sententiam triginta duobus capitibus pettractatas, merito grata et commendata doctis, imprimis philosophiæ studiosis, esse, debet. Verum cum Græcæ linguæ non omnes gnari sint, quod non omnium institutis et vitæ generibus necessaria sit vel utilis ; cumque intellexerim ex quibusdam itaque non contemnendæ auctoritatis viris gratiorem fuisse illam Græcam epitomen futuram, si Latinam versionem adjunctam habuisset : proinde quod ante annum augustia temporis exclusus præstare non potui, paucis abhinc mensibus occasionem nactus in me suscepi et versionem meam jam antea confectam recognovi, et recognitam typographo seorsim excudendam dedi. Fateor quidem ingenue et libenter me inter vertendum cum jam aliquousque progressus fuisset, comperisse Physicam B. Damasceni, quam Jacobus Billius Prunæus, Gallus, vir Latine et Græcæ doctissimus, operibus B. Damasceni a se translatis et Lutetiæ Parisiorum anno 1577 excusis, et 1603 ibidem recusis, inseruit, cum hac ipsa Blemmidæ Physica quoad aliquot capita prorsus convenire (ut illa mihi adco non B. Damasceni, sed hujus nostri Blemmidæ Physica esse videatur), et proinde translationem Billii Latinam me legisse, et alicubi postea imitatum fuisse fateor. Sed eadem illa ut a Billio inscribitur B. Damasceni Physica, septemdecim duntaxat in universum constat capitibus. Primum quidem caput de philosophicæ definitionibus idem prorsus habet cum tertio et sexagesimo quinto capite Dialecticæ Damasceni, cætera vero sedecim capita cum totidem Blemmidæ capitibus habet prorsus convenientia ; at reliqua quindecim Blemmidæ capita, ut et fragmentum expositionis in psalmum octavum, ne uno quidem verbo attingit ; vel quod ea Billius in ms. codice Physicæ Damasceni non habuerit, vel alio aliquo nescio quo consilio studiose præterierit. Quin et hoc fateor, cum jam versionem Physicæ nostri auctoris, Blemmidæ, ad finem lere perduxissem, quod inquisiturus aliquid in Laurentii Vallæ Dialecticarum disputationum libris, forte fortuna inciderim in Georgii Vallæ Placentini, Itali, opera, ut ea Venetiis anno Domini 1504, apud Aldum Romanum excusa in bibliotheca Augustana habentur, quodque in illis obiter cum alia scripta tum etiam Physiologiam Vallæ inspiciens animadverterim, primum quidem, ipsum in illam ex Blemmide quædam transcripsisse ; deinde vero etiam ulterius progressus deprehenderim, eundem totam hanc Blemmidæ Physicam Latine quidem versam, sed sine auctoris ulla mentione, sibi vindicasse, et uti laborem proprium expetendorum et fugiendorum a se structo libro vicesimo secundo et tertio, Physiologicæ autem tertio et quarto inseruisse, cum duobus tantum capitibus de cometis et de cælo aliquid de suo amplius addidisset. Sed profecto ut salva alias existimatione tanti philosophi et polyhistoris, suoque tempore doctissimi viri dicam, nonnullis in locis a genuino sensu Blemmidæ aberravit, et passim ita obscure vertit, vel certe typographus ita indistincte et confuse edidit, ut mediocriter in Græcis litteris versatus et rerum physicarum cognitione imbutus Græca ipsamet facilius quam ista Latina sit intellecturus. Proinde nihil hoc ego moratus in versione mea quam pene ad finem perduxeram absolvenda perrexi, adeoque totius hujus Epitomes physicæ novam versionem, nec parum, ut opinor, Latinam, nec adeo obscaram confeci, præterquam ubi ipsarum rerum gravitas et versionis lex quæ me ad Græcum textum fideliter reddendum astrinxit, aliquam legenti caliginem offundere et difficultatem objicere queat. Passim etiam in margine libros et capita allegavi ex Platone, Aristotele, Cleomede, ex quibus Blemmidæ multa mutuatus est. Quin et aliorum quorundam, postremis præcipue capitibus, auctorum loco citavi, unde eorum quæ a Blemmide traduntur, uberior tractatio et explicatio peti potest. Singula porro capita in certa membra resolvi, et singulorum argumenta breviter comprehendere, capitibusque suis præmisi ; ac denique in eorum gratiam qui Latina cum Græcis, vel vicissim Græca cum Latinis conjungere volunt, Græci textus paginas in Latina versione correspondentes ad marginem passim annotavi, ut adeo qui legunt Græca et hærent, protinus Latina possint numero indice consulere ; vel etiam qui legunt Latina et Græcum textum conferre volunt, ejusdem numeri indicis beneficio quod quærunt in promptu habere, sui que voti compotes illico fieri possint. Non difficile mihi fuisset cæteroqui commentariolum addere, quemadmodum sane discipulis meis totam illam epitomen privatim explicui ; et simul subinde ad Physicam Philippi Melanchthonis, itemque ad laudatissima præceptorum meorum compendia, M. Georgii Liebleri physicum, et M. Michaelis Mæslini astronomicum, aliorumque virorum doctorum hujus generis libros remisi. Sed quia nundinæ Francofurtenses instabant, et verebar etiam ne cum mihi ad typographum, tum emptoribus libri ad bibliopolam sumptus et pretium accresceret, ab ulteriore commentatione et additione abstinui. Tibi autem, vir nobilissime et amplissime, domine plurimum honorande, hanc versionem a me sic adornatam inscribo, non tantum propterea quod et ipse in studiis litterarum probe versatus es et de illis judicare potes, sicut et alios complures in familia tua habes affines non tam genere quam doctrina et virtute viros nobilissimos, sed etiam quod cum ante annum nobilissimo, amplissimo et prudentissimo viro, domino Alberto a Stetten in Bockspurg, consuli Augustano et Ecclesiæ nostræ curatori, collegiique administratori, domino meo summis colendo, socero tuo, Græcam hanc ipsam Epitomen publice inscripsissem, et ille de

versione Latina a me confecta et propediem publicanda intellexisset, benevole subiecit, posse me eam suorum alicui nuncupare. Huic ergo illius consilio ut obtemperarem, cum imprimis etiam nobilissimo, amplissimo et spectatissimo viro, domino Wolfgango Pallero, in Hammel et Ainhofen, sematori et ædili Augustano, Ecclesie item et collegii nostri administratori, domino meo summis honorando, parenti tuo, Epitomen logicam Græcam ejusdem auctoris Blemmidæ (quam etiam dudum converti et explicui, et hoc tempore recognosco) ante sesquiennium dedicarim; ea tibi hanc Epitomen physicam a me translata et sic editam, deque multis rebus cum jucundissimis tum ultissimis cognitu agentem inscribo, dedico, offero. Eam proinde ut benevole suscipias et conatum meum in meliorem partem interpreteris, et adversus malevolos defensionem et patrocinium præstes, majorem in modum qua par est animi subjectione oro. Vicissim ego te cum tua tuorumque nobilissimis et amplissimis familiis divinæ gratiæ, favori et protectioni meis etiam votis commendo. Datum Augustæ Vindelicorum, in collegio, 25 Augusti, anno Domini 1606.

Amplitud. Tuae observantise.

M. Joh. WEGELINUS Augustanus, collegii inspector.

## AD LECTOREM.

Jacobus Billius in operibus B. Damasceni, anno 1577, Lutetiæ Parisiorum, excusis, et 1603 ibidem recusis, super Physicam Damasceni sic præfatur: *Hæc Damasceni Physica, cujus exemplar Græcum nobis singulari doctrina vir Jacobus Cujacius exhibuit, est Aristotelicæ Physicæ velut quoddam compendium. Quam cum eruditissimo eximique humanitate prædito Italo cuidam ostendissem, ejus lectione majorem in modum delectatus est, meque nonnullis in locis ob rerum potius quam verborum obscuritatem hærentem juvit, explanatis iis quæ mihi negotium facessabant. Cujus propterea nomen libenter hic ascripsissem, nisi id mihi ne facerem, ab eo interdictum fuisset. Sed ipsemet brevi, si ea otia ad quæ aspirat, nactus fuerit, præclaris ingenii monumentis, clarum se atque illustrem reddet.* Hæc Billius. Quod si Damasceni Physica quæ constat capitibus septendecim tantum, et quorum a primo reliqua sedecim cum totidem nostræ Physicæ capitibus per omnia conveniunt, hanc Billii et aliorum virorum doctorum commendationem (ut facile concedimus) meretur: duplo magis eam merebitur nostra Physica, quæ supra illa sedecim capita quibus cum Damasceni Physica convenit, alia etiam sedecim continet capita illis prioribus nec minus jucunda nec minus utilia, nec etiam ad physicam Epitomen absolvendam minus necessaria. Quin si dicere licet quod sentio, Damasceno illa Physica perperam mihi ascripta a Billio videtur, quemadmodum etiam in operibus Damasceni Basileæ anno 1573 excusis nec Græce nec Latine habetur. Forte Billium hoc movit, quod nomen Damasceni præscriptum habuit in manuscripto codice suo. Sed non est hoc nunquam factum, uti suorum verorum auctorum nomina libris aliquibus præscripta non fuerint, sed aliorum, a quibus plus ipsis auctoritatis posse accedere existimatum fuit. Vel forte etiam hoc respexit Billius, quod primum caput illius Physicæ in Damasceni Logica his reperitur, ordine nimirum et tertium et sexagesimum quintum: unde existinavit, ejusdem fore auctoris etiam sequentia capita sedecim, Damasceni nimirum. Sed nec hoc adeo firmum argumentum est. Videtur enim caput istud primum non ab auctore Physicæ, sed ab alio aliquo librario vel lectore prolegomenorum vice præpositum; quippe manifestam connexionem cum sequentibus capitibus primum illud caput in textu non habet; quemadmodum sane etiam nostra Physica omisso eo statim a capite incipit, quod in illa secundum est. Quod autem hæc nostra Physica Blemmidæ sit, nec alterius auctoris: non tantum ex eo confirmo, quod in manuscriptis codicibus nomen Blemmidæ expresse præfixum habet, sed quod etiam auctor illius capite quarto p. 46, v. 5. Logicam Blemmidæ epitomen, et caput illius vicesimum quartum allegat sibi tribuit; quam quidem logicam Blemmidæ, non Damasceni esse ex manifesta utriusque differentia cuius liquido constare potest. Quin sicut auctor hujus Physicæ, Logicam Blemmidæ allegat: ita etiam Blemmides in Logica ad hanc ipsam Physicam duobus in locis, nimirum p. 118, v. ult. ad caput primum de principiis naturalibus, et p. 136, v. 3, ad quartum et quintum caput de motu et quiete lectorem remittit, ubi plura hisce de rebus dicere proposuerit; et sane etiam congruit: ut adeo nullum dubium relinquatur, quin uni auctori, Nicephoro nimirum, Blemmidæ, utramque epitomen et Logicam, priorem et Physicam, posteriorem, tribuere et acceptam referre debeamus. Quod te lector scire volui. Vale.

Cum Blemmides noster huic suæ Epitomæ Physicæ titulum faciat De acroasi Physica seu auscultatione naturali, quomodo etiam Aristoteles libros octo Physicorum inscripsisse perhibetur, quanquam Blemmides multo plura in Epitome sua persequitur, quam Aristoteles illis libris: proinde duas Epistolas brevitatis elegantissimæ tenuissimo illo contextas, Alexandri regis, discipuli, et Aristotelis philosophi, præceptoris, responsorias, deque his ipsis libris agentes, ut quidem apud Gellium lib XX, c. 4, leguntur et ex Andronico philosopho proponuntur, subjicere visum est: ut intelligerent vel hinc philosophiæ studiosi, quanti hæc doctrina rerum naturalium facienda sit, cum illam tantus rex et monarcha tanti fecerit.

Ἀλέξανδρος Ἀριστοτέλει εὐπράττειν.

Οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας ἐκδοῦς τοὺς ἀχροαματικούς τῶν λόγων. Τίτι γὰρ ἔτι διοίσομεν ἡμεῖς τῶν ἄλλων, εἰ καθ' οὗς ἐπαιδεύθημεν λόγους, οὗτοι πάντων ἔσσονται κοινοί; Ἐγὼ δὲ βουλομένη ἂν ταῖς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρίαις, ἢ ταῖς δυνάμεσι διαφέρειν.

Ἀριστοτέλης Ἀλεξάνδρῳ εὐπράττειν.

Ἐγραψάς μοι περὶ τῶν ἀχροαματικῶν λόγων οἰόμενος δεῖν αὐτοὺς φυλάττειν ἐν ἀπορρήτοις. Ἴσθι οὖν αὐτοὺς ἐκδοδομένους καὶ μὴ ἐκδοδομένους. Συνετοὶ γὰρ εἰσι μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασι.

Alexander Aristoteli salutem.

Non recte fecisti quod auscultatorios libros edideris. Etenim qua re tandem cæteris antecellemus, si disciplinæ, quibus eruditi sumus, communes fiant omnium? Ergo vero rerum optimarum peritia, quam potentia ulla præstare maluerim.

Aristoteles Alexandro salutem

Scripsisti ad me de libris auscultatoriis, existimans in arcanis custodiendos fuisse. Scito igitur ipsos editos et non editos esse. Cognosci enim percipique ab iis tantum poterunt, qui nos audierint.

## ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ.

### INDEX CAPITUM.

- |  |  |
|--|--|
| α'. Περὶ φυσικῶν ἀρχῶν καὶ αἰτίων.   | A 1 De naturalibus principiis et causis.   |
| β'. Περὶ τῆς ὕλης καὶ τοῦ εἴδους καὶ τῆς στερήσεως.  | 2 De materia et forma et privatione.   |
| γ'. Περὶ αἰτίων καὶ αἰτιατῶν· ἐν ᾧ καὶ περὶ τύχης καὶ αὐτομάτου.   | 3 De causis et effectis, ubi etiam de fortuna et casu.   |
| δ'. Περὶ κινήσεως καὶ ἡρεμίας, ἐν ᾧ καὶ περὶ ἐντελεχείας τοῦ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ.                                     | 4 De motu et quiete, ubi etiam de antelechia, ac eo quod potentia et actu est.   |
| ε'. Περὶ κινήσεως καὶ ἡρεμίας.   | 5 Adhuc de motu et quiete.   |
| ς'. Περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς.  | 6 De generatione et corruptione.   |
| ζ'. Περὶ φύσεως.   | 7 De natura.   |
| η'. Ἔτι περὶ φύσεως.   | 8 Adhuc de natura.   |
| θ'. Περὶ τόπου καὶ χρόνου.   | 9 De loco et tempore.  |
| ι' Περὶ ἀπέριου.   | 10 De infinito.  |
| ια'. Περὶ στοιχείων.   | 11 De elementis.   |
| ιβ'. Περὶ τῶν φαινομένων φλογῶν καιομένων περὶ τὸν οὐρανόν, καὶ τῶν καλουμένων αἰγῶν καὶ δαδῶν καὶ διαθεόντων ἀστέρων. | 12 De flammis urdentibus quæ in celo apparent, et de iis quæ cupræ et succi et stellæ discurrentes vocantur.   |
| ιγ'. Περὶ κομητῶν καὶ τοῦ γαλαξίου κύκλου.   | 13 De cometis seu stellis crinitis et lacteo circulo.  |
| ιδ'. Περὶ ὀμβροῦ, χαλάζης, χιόνος, ὄρου καὶ πάχνης.  | 14 De pluvia, grandine, nive rore, et pruina.  |
| ιε'. Περὶ πηγῶν καὶ ποταμῶν.   | B 15 De fontibus et fluviiis.  |
| ισ'. Περὶ θαλάσσης.  | 16 De mari.  |
| ιζ'. Περὶ ἀνέμων καὶ τῶν λοιπῶν πνευμάτων.   | 17 De ventis et reliquis flatibus.   |
| ιη'. Περὶ σεισμοῦ.   | 18 De terræ motu.  |
| ιθ'. Περὶ βροντῆς καὶ ἀστραπῆς, ἐκνεφίου τε καὶ τυφῶνος καὶ πρηστῆρος καὶ κεραυνοῦ.                                    | 19 De tonitruis et fulguribus, et conephio, id est procella, et vortice, qui typhon vocatur, et turbine accenso, quem Greci presteru vocant, et fulmine. |
| κ'. Περὶ τῶν ἐν τῷ οὐρανῷ φαινομένων φασμάτων.   | 20 De ostentis sive spectris quæ in celo conspiciuntur.  |
| κα'. Περὶ ἄλω, καὶ πρῶτον περὶ ὀράσεως.  | 21 De area seu corona, et primum de visione.   |
| κβ'. Περὶ ἰριδος.  | 22 De Iride seu arcu caelesti.   |
| κγ'. Περὶ ῥάβδων καὶ παρηλίων, ἔτι δὲ καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ γῆ μεταλλευτῶν καὶ ὄρυκτῶν.                                   | 23 De virgis seu bacillis, et parheliis, hoc est, geminatis vel adulterinis solibus, ac insuper etiam de metallicis in terra, et fossilibus.             |
| κδ'. Περὶ οὐρανοῦ, καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ κόσμος αἰδίος.  | 24 De celo, et quod mundus non sit æternus.  |



25 De æthere et stellis.

26 De sole.

27 De luna.

28 De terra et ejus zonis, ut primum, quod terra ad caelestem sphaeram, quin et ad ipsam solarem, centri rationem obtineat.

29 De diebus et noctibus et quatuor anni horis.

30 De habitationibus.

31 De vacuo.

Fragmentum expositionis in psalmum octavum.

Α κέ. Περὶ αἰθέρος καὶ ἀστέρων.

κζ'. Περὶ ἡλίου.

κξ'. Περὶ σελήνης.

κδ'. Περὶ γῆς καὶ τῶν ταύτης ζωνῶν, ὅτι ἡ γῆ κέντρον λόγον ὑπέχει πρὸς τὴν οὐράνιον σφαῖραν, ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ἡλιακὴν.

κθ'. Περὶ ἡμερῶν καὶ νυκτῶν καὶ τῶν τεσσάρων τοῦ ἔτους ὡρῶν.

λ'. Περὶ οἰκίσεων.

λα'. Περὶ κενοῦ.

Ἀπόσπασμα ἐκ τῆς εἰς τὸν τ' ψαλμὸν ἐξηγήσεως.

# ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ

## ΤΟΥ ΒΛΕΜΜΙΔΟΥ

### ΕΙΣΑΓΩΓΙΚΗΣ ΕΠΙΤΟΜΗΣ ΒΙΒΛΙΟΝ Β'.

ΠΕΡΙ ΦΥΣΙΚΗΣ ΔΚΡΟΔΣΕΩΣ.

# NICEPHORI BLEMMIDÆ

## ISAGOGICÆ EPITOMES LIBER II.

DE ACROASI PHYSICA, HOC EST DE AUSCULTATIONE NATURALI.

SYVORSIS CAPITIS I.

QUOD EST DE NATURALIBUS PRINCIPIS ET CAUSIS.

¶ 1 Agit de differentia principii et causæ, ostendens principium latius patere quam causam: utrumque tamen etiam quatenus conveniant, pluribus dici modis; ex quo, secundum quod a quo, propter quod, item per quod et ad quod fiat sitque aliquid. — 2. Causas in proprie causas et concusas dividit, indicans quo a se invicem distent discrimine. — 3. Causam efficientem omnium proprie et primo Deum: finalem, ejusdem bonitatis agnitionem et prædicationem pie affirmat: proximè efficientem causam naturam dici ostendit, quam tamen cum Platone potius instrumentalem causam facit: et exemplarem item describit. — 4. Aliâ duo significata principii explicat, quibus causam superat: quod significat, id unde primus motus est, in quo significato diutius moratur; quodque notat cujusque rei ortus temporarii principium. — 5. Probat corporum naturalium prima principia esse formam et privationem; ut, quæ sint prima et suprema omnium contrariorum; quod item quia sunt contraria, subjecte opus habeant, quod est materia, ut ita tria sint principia; sed per se quidem duo, materia et forma; tertium per accidens, privatio, quanquam et hæc generationis necessarium est principium; ut a deo non erraturi sint qui tria, et qui duo sub diversa consideratione numerant principia. — 6. Privationem physicam a logica, de qua agitur in categoriis, distinguit, illamque aptitudine in subiecto ad formam recipiendam describit cui etiam secundum contrariorum oppositionem repugnat; ubi duplicitia facit contraria. — 7. Per occupationem diluit objectionem, qui forma et privatio cum sint contraria, non sint sub eodem genere; formæ interim et accidentis differentiam exponens, et cur privatio accidens sit materiæ, formæ non item. — 8. Aliam objectionem occupat, qui formæ privatio sit contraria, cum substantiæ nihil sit contrarium; in cujus solutione ostendit, quatenus formæ et materiæ sint essentiæ, quatenus non sint; et, quo respectu materia magis quam formæ, quo item formæ magis quam materiæ sit substantia. — 9. Quo respectu privatio sit principium et causa per accidens, quo per se; et quod una eademque res contrario modo affecta contrariorum causa sit, ut forma et privatio.

CAPUT I.

De naturalibus principis et causis.

¶ 1. Omnis causa etiam principium<sup>1</sup>: non omnes

B

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Περὶ τῶν φυσικῶν ἀρχῶν καὶ αἰτίων.

α'. Πᾶν τὸ αἴτιον καὶ ἀρχή, οὐ πᾶσα δὲ ἀρχή, ἔδη

<sup>1</sup> 1 Metaphys. c. 1.

καὶ αἴτιον. Πρῶτον δὲ πρότερον περὶ τῆς ἰσαχῶς A  
τῆ αἰτίας λεγομένης ἀρχῆς. Λέγεται τοῖνον ἀρχὴ τὸ  
ἐξ οὗ, ὡς ἡ ὕλη· ἐξ οὗ πρῶτως ἐνυπάρχοντος γίνε-  
ται τι· οἷον λίθοι καὶ ξύλα οἰκίας ἀρχαί. Τὸ καθ' ὃ,  
ὡς ἡ μορφή καὶ τὸ σχῆμα καὶ ὅλως τὸ εἶδος. Τὸ  
ὑφ' οὗ, ὡς ἡ φύσις τῶν φυσικῶν ἀρχῆ, καὶ ἡ τέχνη  
τῶν τεχνητῶν. Τὸ δι' ὃ, ἤτοι οὗ ἕνεκα· ὡς ἡ νίκη,  
ἀρχὴ τῆς ἀθλήσεως· ἕνεκα γὰρ τῆς νίκης τελει-  
ται ἡ ἀθλήσις. Ἀρχὴ δὲ κατὰ Πλάτωνα καὶ τὸ δι'  
οὗ, ὡς τὸ ὄργανον· καὶ τὸ πρὸς ὃ, ὡς τὸ παρα-  
δειγμα. Ἰσαχῶς δὲ λέγεται καὶ αἴτιον τὸ ἐξ οὗ,  
οἷον τὸ ὑλικόν· ὁ καθ' ὃ, οἷον τὸ εἰδικόν· τὸ ὑφ' οὗ,  
οἷον τὸ ποιητικόν· τὸ δι' ὃ, οἷον τὸ τελικόν· τὸ δι'  
οὗ, οἷον τὸ ὀργανικόν· τὸ πρὸς ὃ, οἷον τὸ παρα-  
δειγματικόν. Κατὰ γοῦν τὰ τοιαῦτα τοῦ αἰτίου καὶ  
